

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

C. SVETONI TRANQVILLI

PRAETER CAESARVM LIBROS

RELIQVIAE

EDIDIT

AVGVSTVS REIFFERSCHEID

INEST

VITA TERENTI

A

FRIDERICO RITSCHELIO

EMENDATA ATQVE ENARRATA

LIPSIAE

SVMPTIBVS ET FORMIS B. G. TEVBNERI

MDCCCLX

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO · INLVSTRISSIMO

FRIDERICO · THEOPHILO · WELCKERO

MVNERIS · PVBLICI · SEMISAECVLARIA

D · XVI · OCT · A · MDCCCLVIIII

CELEBRANTI

HVNC · LIBRVM · SACRVM · ESSE · VOLVIT

AVGVSTVS · REIFFERSCHEID

DISCIPVLVS · PIENTISSIMVS

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO

C. Suetoni Tranquilli praeter Caesarum libros reliquiis conligendis primus Angelus Politianus operam navavit. fragmentorum deinde numerum auxit Isaac Casaubonus. cuius cura ut fuit sane laudabilis ita omnibus numeris absoluta a viris doctis superiorum saeculorum videtur habita esse, ut nemo de integro ad retractanda praeclara haec antiquitatis monumenta eaque in integrioris aliquam corporis speciem instauranda accederet. sic soli casui debebatur, si novum fragmentum addebant veluti illud quod ex codice Oxoniensi de natura rerum Iacobus Gronovius rettulit. nostra demum aetate, qua omnes antiquarum litterarum partes pari animi intentione atque fervore pertractantur, intellectum est Casaubonianam operam desideriis paulo severioribus satis non facere. quod vidisse Iosephi Regenti meritum est, qui 'de C. Suetonii Tranquilli vita et scriptis' Vratislaviae dissertationem inauguralem m. Maio a. MDCCCLVI edidit: etsi nihil fere eorum quae in hoc genere praestari et poterant et debebant confecit.

Itaque ordo philosophorum Bonnensis auctumno eiusdem anni hanc quaestionem ut certamen fieret proposuit: 'de Suetonii libris grammaticis et antiquariis quaestio instituatur ita ut reliquiis librorum ab eo praeter Caesarum vitas scriptorum diligentius quam adhuc factum est collectis et dispositis de ratione atque auctoritate studiorum a Suetonio in hoc genere positorum iudicium formetur.' cuius quaestionis et difficultate et gravitate inlectus cum certandi periculum subirem, eo passus non sum me deterreri, quod C. L. Rothium novam Suetoni editionem bibliothecae Teubnerianae destinatam parare conperi. nam et sero nuntius ad me adlatus est quam qui rem paene iam ad finem perductam plane abicerem et non nihil etiam post Rothium, qui quominus in parte

Digitized by Google

operae rem cum pulvisculo exhauriret eo inpeditus esset quod in toto Suetonio recensendo desudaret, mihi relictum iri sperabam. denique ne quid dissimulem laudis studio detinebar. nec eventus constantiam lusit: commentationem enim meam ordo praemio proposito 'cum honoris testimonio' ornavit.

Ex quo tempore praestantissimorum praeceptorum auctoritate adductus et retractandae commentationi meae et ipsis reliquiis ad librorum fidem refingendis vacabam. atque FRIDERICVS RITSCHELIVS praeceptor optime de me meritus B. G. Teubnerum bibliopolam honestissimum adduxit, ut libri edendi sumptus ea lege liberaliter concederet, ut ipsa fragmenta a me adderentur. nec solum ut a typorum chartarumque elegantia liber meus commendaretur verum etiam ut splendidissimo ornamento decoratus in publicum prodiret eximia viri inlustrissimi erga me benevolentia effectum est qua vitam Terenti a se emendatam et enarratam inesse ei voluit. simul subsidia ad recensendas reliquias lautissima in meum usum paravit et sua auctoritate CAROLVM HALMIVM et OTTONEM RIBBECKIVM movit, ut quae est egregiorum virorum insignis humanitas libros ipsi excuterent conferendosve curarent. eodem intercedente GEORGIVS THILO scripturae varietatem ad vitas et scholia Vergili conlectam mea gratia liberalissime excerpsit.

Summas deinde gratias debeo OTTONI IAHNIO, cuius de Suetonio meo merita maiora sunt quam quae singillatim persequi possim. sparsae quidem sunt per totum librum observationes ab ipso mecum communicatae, quibus licebat eius nomen adponere, adnotare autem non poteram quae institutioni eius familiari accepta refero beneficia graviora. rectam enim viam ingressum me hortabatur firmabatque, sin vero periculum erat ne falsis opinationibus inretirer ut res ferebat modo comiter modo severe me admonebat. porro eius opera contigit splendidis subsidiis uti, quorum alterum DVMASII professoris Montepessulani comitati alterum ADOLPHI MICHAELIS benevolentiae debetur.

Denique IOANNES FREVDENBERGIVS praeceptor olim meus in gymnasio Bonnensi suavissimae memoriae pro antiqua erga me voluntate luculentissimo artis criticae instrumento me instruxit. nam Lerschianas conlationes fragmenti de grammaticis et rhetoribus plenissimas ante aliquot annos a se ad MARTINVM HERTZIVM missas mihi utendas permisit. nec gravate hic eas mihi concessit, simul suis inde excerptis, quibus varietas scripturae a Lerschio

Digitized by Google

e singulis codicibus separatim adnotata ab ipso suis locis unoque conspectu disposita esset, comiter ut me iuvaret transmissis.

Tantam doctissimorum virorum benevolentiam expertus totus in eo eram, ut ne indignum me ipsorum favore praestarem: cum aestate a. MDCCCLVIII editio C. L. Rothi dudum a me expectata in lucem emissa est. qua non nulla quae et ipse inveneram occupata esse non tam dolui quam gavisus sum, quod tali consensu fidem rebus addi maiorem intellegebam. deinde nova quae me fugerant didici quaedam: at plura mihi relicta esse vidi ex instituto ni fallor editionis Rothianae. ut omittam pauca fragmenta sollertissimo viro non innotuisse, omnes illas reliquias quibus nomen Suetoni adpositum non erat in conlectionem suam non admisit nec reconcinnandae pristinae librorum formae apteque disponendis reliquiis animum fere intendit, ut plurimam partem fragmentorum non per libros et argumenta dispositam sed quasi per saturam fusam protulerit. igitur rem integram esse ratus librum meum iam elaboratum emittendum duxi.

In reliquiis autem edendis eam viam tenui, ut eas quas coniecturis aut aliorum aut meis Suetonio restitui, asterisco ad numerum addito notarem: duplici eodem signo usus sum, ubi non modo verba auctoris commutata erant sed etiam instituta vetera a Christianis breviatoribus cum noviciis moribus ita confusa, ut Suetoniana ab alienis sine sententiae detrimento secerni non possent. tum miserae plurimarum reliquiarum condicioni superiori adnotatione pro virili parte consulere studui. qua praeter fontis indicem delectum eorum quae ad eundem eruditionis locum spectarent ex veteribus scriptoribus conpositum perscripsi, ut excerpta facili negotio pleniori illi memoriae in cuius continuatione olim posita essent restituerentur et quae esset fides breviatorum constaret. in qua opera praecipue id egi ut quoad eius fieri posset et auctores Tranquilli et vestigia auctoritatis ipsius incertiora per scriptores posterioris aetatis dispersa indagarem. sic eis qui libro meo uti volent cum γένεσις ut ita dicam tum corruptio Suetonianae memoriae in propatulo erit.

Verum per diutinum tempus, quo liber prelo premebatur, largam additamentorum materiam, quam infra exposui, sensim succrevisse nemini credo mirum erit.

Digitized by Google

Pag. 16 ad adn. sup. in p. 13, 9 — p. 15, 4 adde Commentatori Cruqui Acronis in eund. Horati vers. testimonium: 'praetextam quidam dicunt tragoediam, comoediam togatam. alii autem dicunt praetextam et togatam comoedias esse, sed togatas in quibus Graeca argumenta sunt, in quibus Latina praetextas. et togatas Aelius Lamia Antonius Rufus Gn. (*immo* C.) Melissus Afranius (*cod. Guelf.* Africanus) Pomponius scripserunt. 'comoediarum genera sunt sex: stataria motoria praetexta tabernaria togata palliata.'

16, 10 lacuna post *philosophia* sic explenda erat: *ut poemata de natura rerum.*

17, 9 de novo Enniani carminis indice disputavi in Fleckeiseni annal. 1859 p. 157 sq.

25 adn. sup. ad fragm. 9* cf. Ritschelius comm. in v. T. p. 497.

26, 2 sq. cf. idem ibidem.

40, 1 repone e Bongarsiano *C. Caesaris*; quod prorsus inconsulto temptavi.

45, 6 scribendum duco *magis in iudiciis*; *extremis* interpretamentum scholiastarum videtur. cf. p. 390.

46, 7 sqq. adn. sup. vers. 5 emenda e cod. Guelf. (et Monacensi, qui *nobit* supra scr. *u* praebet) *nolit*. ibidem vers. 7 scribe e Monacensi *et ex his versibus.*

50 adn. sup. ad p. 50, 4. 51, 12. 16. 52, 2. cf. p. 386.

51, 15 verba *usque eo intemperans ut Caesaris caput proximo cuique iactaret* gravi turba affecta sunt. nam primum non intellegitur quid sibi velint haec *Caesaris caput iactare*, deinde *iactare* numquam non absolute usurpatur: postremo *proximo* non est *τῷ τυχόντι*, quod *proximi* semper homines in intimam amicitiam admissi dicuntur. emendatio certa in promptu non est, possunt enim multa intemperantiae Lucani circa Caesaris caput exempla excogitari, ut hoc: *ut Caesaris caput promisisse se pro xenio cuidam iactaret.*

83, 1 praeter notationem Hieronymianam (cf. adn. sup. ad fragm. 62*) aetatis annus quo Pollio obiit falsus est. cf. Tacitus dial. 34: 'nono decimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et uicesimo Caesar Dolabellam, altero et uicesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multum aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuti sunt quas hodie quoque cum admiratione legimus.' nam C. Porcium Catonem Pollio accusavit a. u. 700. cf. Cicero ad Att. 4, 15. 16. 17. natus igitur erat a. 678. quodsi anno 764 decessit, decessit LXXXVII non LXXX aetatis suae anno. atque nominatur Asinius a Valerio Maximo VIII 13, 4 'nervosae vivacitatis exemplum.' praeterea adde testimoniis de Asinio Pollione (adn. sup. ad fragm. 59*) Tac. dial. 38: 'quod maius argumentum est quam quod causae centumvirales, quae nunc primum obtinent locum, adeo splendore aliorum iudiciorum obruebantur, ut neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Caelii neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus legatur, exceptis orationibus Asinii quae pro heredibus Vrbiniae inscribuntur,

Digitized by Google

ab ipso tamen Pollione mediis divi Augusti temporibus habitae.' e. q. s. quod Suetonius sine dubio non praetermisit.

99 adn. sup. LVDOVICVS SCHOPENVS praeceptor carissimus quae est summa eius erga me benevolentia mihi concessit, ut codicem Leidensem sibi ad conferendum Taciti dialogum transmissum denuo in meum usum excuterem. nec frustra operam consumpsi, etsi admirabilis Ritscheli diligentia perpauca reliquit. in libro igitur illo tres manus conspicuae sunt: prima scilicet codicem scripsit, secunda paulo post in margine memorabiles res adnotavit, raro corrigebat scripturas: contra recentior tertia imprimis in Tacito primam manum saepissime obscuravit, sine dubio libro typis expresso fortasse iam Rhenani editione usa. etiam haec indiculos in margine posuit. quae nondum ut debebat discretae sunt. ceterum quae nova videbantur esse aut me in adnotatione conscribenda fugerant suis locis adnotavi.

99 adn. sup. vers. 2 pro *C.* scribe *Q.* i. e. quart.

98. 99 adn. inf. indices grammaticorum et rhetorum in *L* minusculis scripti sunt.

100, 7 in *L* correctiones eadem manus, quae codicem scripsit, exarasse videtur 8 p̄legebāt
prealleg̣aḅāt *L* (p̄legebāt *m. rec.*) 101, 12 generq3 *L* (q3 *in ras.*) 103, 2 fescennius *corr. ex* sescennius *m. ut videtur rec.* nam secunda manus 'Sesceñius Laccus' in mg. scripsit, tertia in eodem 'F' iuxta 'S' posuit 104, 9 patrum n̄rorū *L* 105, 9 opillius *minio*
unā lram *L* (minio scripta alteram i. opillius *minio*
manum ferunt) 14 scythabachionis *L* 109, 13 siren *ortum ex* syren *L* 110, 3 mi*e*rātur *L* (corr. m. rec.) 113, 9 et Epirota *L* (*rec. man.* et *expunxit*).

100, 20 I. Fr. Gronovius emendationes Suetonianas cum Graevio communicavit. eiusdem non Iac. Gronovi sunt emendationes 101, 7. 102, 12.

109, 14 *is* inducendum erat; ortum est ex volgari pronuntiatione voculae quae sequitur *scripsit*. cf. p. 101, 15 ubi libri *istilo* pro *Stilo* praebent. quibus argnitur archetypum ab Italo aut a Gallo exaratum fuisse. cf. infra.

114, 2 publicauerat *L* 12 et in *L* (et *m. rec.*).

115, 3 *Fri* supra *Higinus* induxit m. rec. in *L*; ibidem *natione* (*ne* in ras.) in eodem. fortasse *hispanus* ante scriptum erat. 116, 9 cās *L* 117, 19 incertum est utrum *fatis* an *satis* in *L* extet.

118, 1 verba *in mulieres* ut inscitum interpretamentum eiciendum; nam Remmium non solum in mulieres sed etiam in mares libidinibus flagrasse eis quae deinceps narrat ostendit Tranquillus.

118, 5 *haesitantem* recte reposuisse videor, quando is qui turba impeditus est quominus importunum hominem devitet non festinat sed haesitat. deinde ambiguitas verbi *haesitantem* — nam etiam puer in schola haesitare dicitur — maxime ad rem adposita est; adludi enim ad institutionem puerorum Remmianam, quade supra Tranquillus iudicia imperatorum rettulerat, voce *magister* indicatur.

Digitized by Google

119, 9 De rhetoribus *L* non DE RHETORIBVS nec in ipso versu sed in mg. minio pictum est 121, 11 profluit *L* (*x* m. rec.) 121, 13 sumos *L* 122, 2 rescogniti sunt *L* (*s* m. rec. induxit) 123, 7 cepisse *VL* 124, 3 lr̃arũ *L* 125, 6 salsum *L* (*s* ex *f* ortum est) 126, 4 tum *L* (*ut* m. rec.) 127, 3 ipseũ *L* 127, 7 dele punctum post *cibo*.

135 adn. sup. ad p. 134, 18. Acronis testimonium e codice Guelf. et ed. Mediol. 1486 Pauly sic edidit: 'scriptor librarius] id est naturalis; vel bibliopolas veteres dicebant. hoc et Tranquillus affirmat.' quod sic debemus emendare: 's. l.] i. e. antiquarius v. bibliopola sicut v. d. h. e. T. a.'

136, 3 distinctio post *Vipsanius* tollenda est.

ad 136, 4 adnotanda erat haec Cassi Dionis 55, 7, 6 memoria: (*Μαικήνας*) *πρῶτος σημεῖά τινα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε καὶ αὐτὰ δι' Ἀκύλου ἀπελευθέρου συχνοὺς ἐξεδίδαξεν*.

137 adn. sup. ad fragm. 107*. adhibe ad tenuitatem excerpti supplendam ipsum Suetonium Caes. 56: 'extant et ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus, in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est sic structo litterarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quae si quis investigare et persequi uolet, quartam elementorum litteram id est D pro A et perinde reliquas commutet.' cf. Gellius N. A. XVII 9, 5: 'est adeo Probi grammatici commentarius satis curiose factus de occulta litterarum significatione in epistularum C. Caesaris scriptura.'

139, 18 corrige *ut utrimque manifestetur uoluntas eius*.

140, 10 lege ex Isidori epitoma *potius eligendus sit*.

142, 6 scribe *ἑτεροδόξως* 24 *εἴ σοι φίλον ἐπιζήτει* 25 *τεχνικῶν* ex emend. A. Naucki Philolog. VI p. 563.

149 adn. inf. de libris Isidori de natura rerum iudicium feci in Fleckeiseni ann. 1859 p. 718sq.

170, 7sqq. adn. sup. Tacitus dial. 16: 'nam si ut Cicero in Hortensio scribit is est magnus et verus annus quo eadem positio caeli siderumque quae cum maxime est, rursum existet isque annus horum quos nos vocamus annorum duodecim milia nongentos quinquaginta quattuor complectitur' e. q. s. ibidem non debebam Servi (Aen. III 284) verba quibus quae excripsi continuantur omittere: 'bene ergo nunc 'magnum' addidit, ne lunarem intelligeremus. bene solis nomen ne quia dixerat 'magnum' illum VII planetarum acciperemus, de quo uaria a Metone et ab Eudoxo et a Ptolemaeo et ab ipso Tullio. nam in libris de deorum natura tria milia annorum dicit magnum annum tenere.'

197, 2 Varro] cf. p. 408.

215 adnot. ad fragm. 130* (p. 217, 2sqq.) falso dixi Isidorum synodicos et siderales planetarum circulos confudisse. iuvat Guil. Lexis physici amici disputationem adponere: *luna VIII annis uel tot quot sol id est XVIII annis*] hoc illo accuratius est. (fuit tamen octaeteris). *Mercurius annis XX*] satis recte; nam viginti post certam coniunctionem annis sexagesima tertia ab illa coniunctio in eodem loco existit.

Digitized by Google

Lucifer annis VIII] novem annorum circulus quem librarii finxerunt nihili est; contra circulus octo annorum prope a veritate abest (coniunctio 5. post 8 annos). *sol annis XVIIII*] cyclus notissimus. *Mars annis XV*] nempe oppositio septima post quindecim annos existit. *Phaethon annis XII Saturnus annis XXX*] efficiunt quidem siderales horum circuli siquidem rotundos numeros sequeris, parem annorum numerum: tamen non inepte dicas, synodicos eorum cyclos eundem conplere, cum Iovis undecima oppositio post annos duodecim, Saturni undetricesima post triginta annos eundem fere caeli locum teneat. sideralis autem circulus temporis spatium vocatur, intra quod planeta ad eundem fixum locum cursus sui revertitur, synodicus vero illud, quo confecto se in eandem relativam quae vocatur positionem id est coniunctionem aut oppositionem ad solem qui et ipse movetur recipit.

216, 12 sqq. adn. sup. Cicero de nat. deor. 2, 51: 'maxime uero sunt admirabiles mōtus earum quinque stellarum, quae falso uocantur errantes. nihil enim errat, quod in omni aeternitate conseruat progressus et regressus reliquosque motus constantes et ratos. quod eo est admirabilius in his stellis, quas dicimus, quia tum occultantur, tum rursus aperiuntur, tum adeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum subsequuntur, tum celerius mouentur, tum tardius, tum omnino ne mouentur quidem sed ad quoddam tempus insistunt. quarum ex disparibus motionibus magnum annum mathematici nominauerunt' e. q. s. cf. p. 214, 17 sqq.

217, 5 tolle asteriscos. cf. addenda ad 215 e. q. s.

219, 7 sq. ut Arcturum Isidorus cum arcto maiore ita Booten vel Arctophylaca cum minore arcto confudit. pone igitur cruces ante *Bootes* et *Arctophylax*. cuius neglegentiae beneficio intellegitur Booten quoque, cuius signi una stella Arcturus nominata est, potentissimis sideribus adnumeratum esse a Suetonio. cf. Ampelius 3.

247 adnot. ad fragm. 161 neglegenda non erant Papiae s. v. *vox* excerpta Vgutianis similia: 'uoces mutorum animalium sic declarante (*aperte olim* Suetonio *vel* Sidonio declarante *fuit*) efferunt: aquilas clangere, accipitres pipliare, uultures pulpulare, coruos cruxata uel crocitare, miluos lupire vel iuiere, olores drensare, anseres griare uel sclingere, pauones paupulare, gallos cucurrire uel cantare, anates tetrisitare, turtures gemere, palumbes paucitare, perdices cacabare, graculos fringulire uel grincire, noctuas cucubire, merulas frindire vel zinziare, turdos cucillare uel facillare uel soccitare, sturnos passitare, hirundines minurrire uel tricissare, passeres ticiare, apes bombillare uel bouire, cicadas fritunire. feras etiam proprias voces habere ita pronunciant: leones fremere, tigrides rachare, pardos felire, pantheras caurire, ursos uocare uel seuire, apros frendere, lynces urcare, lupos ululare, serpentes sibillare, elephantos batrire, onagros magillare, cervos surbire, tauros mugare, equos hinnire, asinos rudere, porcos grunire, uerres quiritare, arietes crissitare, oues ballare, hircos micire, haedos uebare, canes latrare, vulpes gannire, catulos clatire, lepores uagire, mustellas murire, sorices destalare, ranas ranire uel coaxare'. ex edit. Venet. 1491. quae diductis litteris exprimenda curavi, Vgutionis excerpta supplent.

Digitized by Google

267 adnot. sup. ad fragm. 167. Papias: 'lena graece amictus uillosus rotundus duplex, qua infulati (*immo* infibulati) flamines sacrificabant. huius inventor dicitur Lenas.' idem: 'Lenas proprium cuiusdam qui invenit lenam.' idem: 'lena id est coitus (*immo* amictus), sagum quoddam vel palla.' cf. schol. Iuv. III 283 gloss. Vat. VI p. 531 VIII p. 324 Mai. Gloss. Amplon. p. 347 n. 41.

273 cf. addenda ad p. 455.

279, 7 pro *animi* scribe ex *G* (v. adn. sup.) *autem*.

308 de *B* codice cf. Lerschius ant. diar. 1846 p. 390sqq.

316 pone crucem ante *sine*.

309, 23 tolle crucem ante *grunnis*: grunna enim palus est. cf. Du Cange s. v. grunda.

320, 7sqq. adn. sup. adde Lydum de mensibus IIII 24 et Suidam s. v. *Σούπερβος*.

332, 3 dele cum O. Iahnio *quorundam*.

338, 5 Stesichorus] *1 Bergk*.

338sq. adn. sup. Ioannes Malalas p. 175sq.: *τὸν δὲ ἱππικὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐπενόησε πρῶτος Ἐνυάλιός τις ὀνόματι, υἱὸς Ποσειδῶνος, ἀγαγόμενος τὴν Λιβύην, θυγατέρα τῆς Ἰοῦς καὶ τοῦ Πίκου Διός, ὃς κρατήσας τὰ μεσημβρινὰ μέρη ἐκάλεσε τὴν αὐτὴν χώραν ἐν ᾗ ἐβασίλευσε Λιβύην εἰς ὄνομα τῆς αὐτοῦ γυναικός. τὸν δὲ αὐτὸν ἱππικὸν ἀγῶνα ὁ Ἐνυάλιος ἅρμασι διπώλοις ἐφεῦρε, καθὼς ταῦτα συνεγράψατο Καλλίμαχος ὁ σοφὸς ἐν ταῖς Αἰτίαις αὐτοῦ. καὶ λοιπὸν μετ' αὐτὸν ὁ Ἐριχθόνιος ἐπετέλεσε τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἅρμασι τετραπώλοις· διὸ καὶ περιβόητος ἐγένετο, καθὰ ἐν ταῖς Χάρακος ἐμφέρεται ἱστορίαις· ὃς συνεγράψατο καὶ ταῦτα, ὅτι τοῦ ἱπποδρομίου τὸ κτίσμα εἰς τὴν τοῦ κόσμου διοίκησιν ᾠκοδομήθη, τοῦτ' ἐστὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης· τὰς δὲ δεκαδύο θύρας τοὺς δώδεκα οἴκους ἱστόρησε τοῦ ζωδιακοῦ τοῦ διοικοῦντος τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸν παροδικὸν τοῦ βίου δρόμον. τὸ δὲ πέλμα τοῦ ἱππικοῦ τὴν γῆν πᾶσαν εἶναι, τὸν δὲ Εὔριπον τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς γῆς μεσαζομένην, τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτὸν τὴν ἀνατολήν, τὸν δὲ ἐπὶ τὴν σφενδόνην τὴν δύσιν, τὰ δὲ ἑπτὰ σπάτια τὸν δρόμον καὶ τὴν κίνησιν τῆς ἀστρονομίας τῶν ἑπτὰ ἀστέρων τῆς μεγάλης ἄρκτου. Ὁ δὲ Ῥῶμος βασιλεὺς πρὸς τιμὴν καὶ αὐτὸς τοῦ Ἡλίου καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν τεσσάρων στοιχείων τὸν ἀγῶνα ἐν τῇ Ῥώμῃ πρῶτος ἐφεῦρε, καὶ ἐπετέλεσεν ἐν τῇ χώρᾳ τῆς δύσεως, ἤτοι τῆς Ἰταλίας ἅρμασι τετραπώλοις, τοῦτ' ἐστὶ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ καὶ τῷ πυρὶ καὶ τῷ ἀέρι. καὶ ἐπέθηκεν ὁ Ῥῶμος τοῖς αὐτοῖς τετράσι στοιχείοις τὰ ὀνόματα (immo χρώματα), τῇ γῇ τὸ πράσινον μέρος, ὅ ἐστι τὸ χλοῶδες, τῇ δὲ θαλάσσῃ, ὅ ἐστι τοῖς ὕδασιν, τὸ Βένετον μέρος ὡς κυανόν, τῷ δὲ πυρὶ τὸ ῥούσιον μέρος, ὡς ἐρυθρόν, τῷ δὲ ἀέρι τὸ ἄλβον μέρος, ὡς λευκόν· κἀκεῖθεν ἐπενοήθη τὰ τέσσαρα μέρη ἐν Ῥώμῃ. ἐκάλεσε δὲ τὸ πράσινον μέρος, ὅ ἐστι ῥωμαϊστὶ τὸ ἐμπαράμονον, πραισεντεύειν γὰρ λέγεται τὸ παραμένειν, διότι ἡ χλοώδης γῆ διὰ παντὸς ἵσταται σὺν τοῖς ἄλσεσι· τὸ δὲ Βένετον ἐκάλεσεν ἐκ τοῦ εἶναι ὑπὸ τὴν Ῥώμην ἐπαρχίαν μεγάλην χώραν λεγομένην Βενετζίαν, ἥστινος μητρόπολίς ἐστιν Ἀκυληία, κἀκεῖθεν ἐξέρχεται τὰ*

Digitized by Google

κυανά, τοῦτ' ἐστὶ τὰ Βενέτζια βάμματα τῶν ἱματίων. καὶ προσεκόλλησε τῷ πρασίνῳ μέρει, ὅ ἐστι τῇ γῇ, τὸ λευκόν, φησὶ τὸν ἀέρα, καθότι καὶ βρέχει καὶ ὑπουργεῖ καὶ ἁρμόττει τῇ γῇ· καὶ τῷ Βενέτῳ μέρει, ὅ ἐστι τοῖς ὕδασι, προσεκόλλησε συμμίξας τὸ ῥούσιον μέρος, ὅ ἐστι τὸ πῦρ, καθότι σβέννυσι τὸ ὕδωρ τὸ πῦρ, ὡς ὑποτεταγμένον αὐτῷ. καὶ λοιπὸν οἱ τὴν Ῥώμην οἰκοῦντες διεμερίσθησαν εἰς τὰ μέρη καὶ οὐκέτι ὡμονόησαν πρὸς ἀλλήλους διὰ τὸ ἐρᾶν λοιπὸν τῆς ἰδίας νίκης καὶ ἀντιποιεῖσθαι τοῦ ἰδίου μέρους, ὥσπερ θρησκείας τινός. e. q. s. eadem fere chron. pasch. p. 207 sq. in brevius coegerunt excerptor Ioannis Antiocheni Salmas. p. 391 Mueller. fr. hist. graec. IIII p. 552 chron. anon. Crameri (anecd. Paris. II) p. 192 Cedrenus p. 258.

345, 9 *cum* in Monacensi et Guelf. videtur esse.

345, 13 in cod. Monac. et Guelf. spatium vacuum relictum est: Graecum videtur epigramma fuisse. ita enim intellegitur cur librarii omiserint.

346, 4 sq. *scabies* . . . *Tranquillo* om. cod. Guelf. et ed. Mediol. 1486.

346 adn. sup., 13 scribe ex Paulyi editione *ergo ex.*

349 fragm. 202. etiam quae praecedunt apud Lydum, veluti Pisandri testimonium (cf. adn. sup.), Suetoniana videntur.

353, 2 cum vulgata restituendum esse *Graecae* recte monuit Rothius p. XCI. ceterum cf. p. 468, 2 a fine e. q. s.

363, 10 a fine e. q. s. falso subscriptionem dixi adnotationem illam Pontani; est enim in margine minio picta, ubi Suetonius incipit. versu 1 a fine liber haec habet: *'Asculan'* (*e* erasum); p. 364, 2 *hñdę eam partem* s * * * *grȝ* (in ras.; scriptum erat *hñda est grā*); vers 3 *q cū. de oratorem quę est toribus ac poetis est adinuenisset;* sequitur rasura. subscriptio adnotationis haec est: *IOV. PONTANVS. VMBER EXcripsit*, ut Ritschelius parerg. Plaut. p. 612 eam perscripsit. in folio averso primo codicis alia manu scripta sunt (cf. Ritschelius l. c. p. 613): *Hos libellos Iouianus Pontanus excripsit nuper adinuentos et in lucem relatos ab Enoc asculano quanquam satis mendosos. MCCCC. LX Martio mense.* adnotationem autem illam marginalem non is qui codicem scripsit exaravit, sed adiecit manus altera, de qua supra.

337, 17 perperam chrias cum *ὑποθήκαις* conposui. nec tamen earum mentio ab interpolatore inlata est. cf. Seneca ep. IIII 4 (33), 6: 'facilius enim singula insidunt circumscripta et carminis modo inclusa. ideo pueris et sententias ediscendas damus et has quas Graeci chrias uocant.'

381, 6 E Phlegonte Tralliano fortasse etiam ea recepta sunt, quae Christiani chronographi de Graecis scriptoribus tradunt.

390, 2 a fine. cf. addenda ad p. 45, 6.

391, 14 a fine. de epistulae brevitate Augustus ideo queri videtur, quod epicum carmen expectaverat. cui conscribendo se inparem esse ipsa hac epistula Horatius exponit.

401, 11 a fine. de Vergilio mago cf. nunc doctissima C. L. Rothii

Digitized by Google

disputatio in Pfeifferi Germania IIII 1859. ceterum interpolatam vitam in libris manuscriptis legi quarti decimi scilicet saeculi Rothius l. c. refert.

402, 4 non finxit interpolator iudicium Vergili de Ennio p. 67, ut a Rothio doctus sum. recepit e Cassiodori inst. div. et hum. rer. l. cf. idem de ceteris interpolationibus, praecipue de versibus *sic uos* c. q. s. de aetate tamen interpolatae vitae falso iudicavit.

408, 5 Plinius ab Hieronymo comm. Iesaiae 54 tom. IIII p. 637 Vall. philosophus nominatur.

408, 12 quod carmen aperte in causa est, ut Varro ab Hieronymo (fragm. 83*) 'philosophus et poeta' nominetur.

411, 1 nunc quibusdam indiciis adductus sum ut credam, Henochum codicem illum veterem in bibliotheca monasterii Corbeiensis, quod in Westphalia situm est, invenisse. Corbeiensis enim fuit etiam ille Taciti ab excessu divi Augusti lib. I—VI codex, quem Arcimboldus quaestor pontificius monachis fraude ablatum 1513 in Italiam reportavit. cf. epistula Leonis X. apud Bayle dict. s. v. Leo, Beroaldus in praef. ed., Rhenanus ad ann. IIII 43 p. 125. nempe etiam hunc annalium codicem manibus tractasse videtur commodatum a Corbeiensibus monachis, ut mos fuit illa aetate (cf. Lupus Ferrariensis ep. 91 p. 137 ed. Baluz.), idem Ruodolfus Fuldensis monachus in ann. Fuldensibus ad a. 852, ubi Cornelium Tacitum citans, quod non fecit in Germaniae capitibus transcribendis, annalium libros I et II se legisse indicat. cf. Ritterus prolegg. p. XXXVII. deinde de monasterio Corbeiensi monachum Hersfeldensem Poggio illa narrasse arguere videntur Poggi verba in epistula a. 1420 ad Nicolaum Nicolum (p. 43 ed. Tonell.): *de monasterio Corbeia quod est in Germania non est quod speres* (immo *desperes*). *dicitur multos esse in eo libros*. denique iam in antiqua Corbeia Belgica, quae Corbeiam Saxonicam condidit, Taciti Germaniam fuisse suspicor, quod in vicinia eius Hariger Lobiensis gest. pontif. Tungrens. Traiectens. et Leodiensium (scribebat autem ille saec. X exeunte) c. 7 Tacitinae Germaniae nsum prodit. cf. M. Hauptius Zeitschrft. f. d. Alterth. V p. 77 not. ut codex Corbeiensis uel annum 815 superet, quo monasterium in Saxonia a Francis illis monachis conditum est. cuius originis vestigia in nostris apographis adhuc manserunt. cf. p. 101, 15 *istilo* pro *stilo* p. 109, 14 *is scripsit* pro *scripsit*. cf. Diez. Gramm. d. Rom. spr. I p. 225. — ceterum de Fuldensi monasterio iam Massmannus ann. crit. 1841 p. 705 cogitavit, quam sententiam postea reiecisse videtur. cf. Taciti Germ. ab illo ed. p. 182. — praeterea monendum est scholion antiquum (124) ad Adamum Bremensem gest. Hammab. pontif. IIII (Pertz. mon. VIIII p. 286) Taciti testimonium e Germania repetere.

411, 11 cum Rothio faciunt de Tacito disserentes Tagmannus de Taciti Germaniae apparatu critico Vratislav. 1847 p. 62 et Haasius p. LIX ed. Tauchn.

413, 9. quae suspitio confirmatur epistula Nicolai V apud Vogtium die Wiederbelebung des klass. Alterth. p. 361 n. 2, qua pontifex ille maximus ad commendandum Enoch Asculanum haec dicit: *nolumus enim ut aliquis liber surripiatur, sed tantum modo ut fiat copia transcribendi.*

Digitized by Google

413, 20 Duplicium lectionum in Taciti dialogo conspicuarum, quas etiam hic Vaticanus 1862 pientissime servavit, ut hic adponere liceat delectum L. Schopenus permisit: c. 12, v. 5 ed. Halm. 2: *ſ secedit sedit* 12, 12 *ſ ore more* 15, 13 *ſ in conquiro* 16, 19 *ſ mnc Nestor* 20, 11 *ſ sce cenã* 20, 18 *ſ i exercetur* 27, 1 *ſ aparte apparate* 29, 7 *ſ nec improbitati* 30, 5 *ſ uocant uocatis* 39, 11 *ſ quam quando* 40, 26 *ſ bene bone* 41, 3 *ſ quis eni; quidem.* e Taciti Germania satis magnus talium numerus enotatus est, sed eum auctum iri puto diligentius tandem excusso Vaticano 1862 optimo libro. ceterum nonnullas harum ut breviter dicam dittographiarum certissime ostendere librum archetypum uncialibus scriptum fuisse optime monuit Müllenhoffius Zeitschrift f. d. Alterth. VIIII p. 240. 256 *(auri- ſ albri niam niam* p. 12, 10 ed. Haupt. *oxionas ſ etionas* p. 53, 10). cf. praeterea 19, 16 *longant ſ locant* 43, 6 *corpore ſ tempore.*

413, 8 a fine. ceterum iam Tagmannus l. c. p. 62 sqq. docuit Pontani apographum non esse fontem relicuorum librorum.

414, 1 sqq. Perizonianum codicem non esse ipsum Pontani apographum et mihi ipsi adfirmare nunc licet codice inspecto. primum enim satis differt a Pontani manu, cuius exempla dedit Massmannus in ed. Germaniae, etsi scriptura similis est. ut una defungar differentia, scriptor codicis semper sic ſ pingit, Pontanus solita litterae forma utitur. quod quidem Massmannus quae sunt eius inscitae argutiae sic interpretatus est, ut Pontanus hac sola littera veterem illum librum expresserit. tum vero illa Pontani adnotatio manu nec Pontani nec eius qui codicem scripsit — est autem altera quam dixi — exarata est. est tamen codex ille aut ipse a docto homine scriptus, aut apographum libri huiusmodi, ut singulares eius scripturae ostendunt. nec quidquam impedit, quominus Pontanum hunc fuisse dicamus: poterat enim adnotatio illa paulo post descriptum librum ex eodem exemplari scilicet Pontani ab alio librario addi. manus enim eiusdem aetatis videtur esse, qua codex scriptus est.

414, 9 non nullae quidem earum scripturarum quae Leidensi peculiares sunt correctori debentur saeculi sexti decimi, qui libro typis edito usus videtur. cf. supra. exime igitur ex numero interpolationum aut emendationum Pontani hasce: 103, 2 *Fescennius* 113, 9 deletum *et* 125, 6 *salsum.* adde 104, 6 *reputo* 105, 4 *simul* 106, 21 *repetiit* ibidem *non* omissum 107, 19 *marmorea** 123, 14 *ordinarium* 124, 1 *Otacilius.* idem corrigendi studium in Taciti Germania et dialogo deprehenditur. veluti titulus iste qui nunc vulgatur Germaniae 'de origine situ moribus ac populis Germaniae' Pontani inventum est, nisi quod hic 'Germanorum' scripsit, 'Germaniae' nusquam legitur. scilicet offendit in indice a libris sic tradito: 'de origine et situ Germanorum' et recte offendit, ut mox in museo Rhenano exponam; quamquam ipse plane intolerabile monstrum tituli procreavit. ante repertum Leidensem librum

Digitized by Google

vulgabatur hic titulus: 'de situ moribus et populis Germaniae' inde ab editione Vindelini Spirensis sine ulla auctoritate.

415, 6 praeter unum illud *et*] relicua nullius momenti sunt.

415, 14 mirum in modum, quasi modestior meritam laudem evitare studuisset, scriptor Vat. 1862 in fine haec contendit: *Ego tantum repperi et meliusculum feci.* nimirum hoc nomine libri illa aetate emptoribus commendabantur. librarium enim illum nihil mutasse sed summa fide exemplaris fidem secutum esse, conparatione cum relicuis in tribus illis scriptis docemur.

417, 4 a fine. emblematis antiquis adde p. 118, 1 *in mulieres* cf. add. ad h. l.

426, not. idem Suetonius Q. Ciceronem simpliciter Ciceronem p. 39, 1 (fragm. 20*) dicit. nec si Marcus esset, hic qui nihil laudum suarum premere poterat carminis memoriam in scriptis praetermisisset.

432, 8 a fine. Libri titulus quo modo ab ipso Suetonio elatus sit nusquam traditur. licet tamen eum non incerta coniectura recuperare. non enim fuisse puto eum, quem ipse paginis inscripsi 'de anno Romanorum' secutus Censorinum de die natali 20, 2: *ad Romanorum annum transibimus.* nempe fuit idem ni fallor, quem Mamilius Sura libro eiusdem argumenti inscripsit 'de anno populi Romani.' leguntur enim apud Velleium I 6 haec: *Aemilius Sura de annis populi Romani: Assyrii principes omnium gentium rerum potiti sunt, deinde Medi, postea Persae, deinde Macedones. exinde duobus regibus Philippo et Antiocho qui a Macedonibus oriundi erant haud multo post Carthaginem subactam devictis summa imperii ad populum Romanum pervenit. inter hoc tempus et initium regis Nini Assyriorum, qui princeps rerum potitus, intersunt anni MDCCCXCV.* haec non Vellei esse sed e margine in illum inrepsisse iam pridem intellectum est. nam ut breviter argumenta omnia subinde prolata conplectar primum Velleius initio capitis de imperio ab Assyriis ad Medos translato egerat. interpositum autem est illud Aemili Surae testimonium ineptissime in fine capitis Carani Macedonis inter et Hesiodi 'huius temporis aequalis' memoriam. deinde conputus ille omnino non congruit cum Velleiano initio capitis posito, sive verba *inter hoc tempus* interpretare de tempore quo Carthago subacta est sive Velleianam aetatem eis indicari putas. denique Velleius nusquam alibi auctores citat. non reicienda tamen in marginem sed transponenda post verba eiusdem capitis *imperio uitaque priuauit* censuit Scaliger canon. isagog. p. 320 egregia ratione conputationem Aemili Surae refingens. at accidit divino illi viro, ut et verba *Carthaginem subactam* de deleta Carthagine acciperet et incredibili errore Philippum et Antiochum reges ut conputationem illam efficeret post deletam Carthaginem devictos esse statueret. nec removentur transpositione relicuae offensiones. itaque restat ut cum plerisque Vellei editoribus verba illa a docto homine adscripta esse putemus Velleianis propter argumenti similitudinem. iam verba 'inter hoc tempus', quae refutata Scaligeri argumentatione referri non possunt ad deletae Carthaginis aetatem, si Velleianum conputum conparabis, indicabunt Aemi-

Digitized by Google

lium illum Suram a. 85 p. Chr. illa scripsisse. etenim cum inter annum 30 i. e. Vinicl consulatum et id tempus quo Ninus rerum potitus est a Velleio 1940 anni interfuisse dicantur, Sura, qui 'inter hoc' id est quo scripsit tempus et Nini aetatem annos 1995 ponit, 55 annos post Velleium id est 85 p. Chr. illa conposuit. sed quisnam est ille Aemilius Sura? unus Lipsius de solvenda hac quaestione cogitavit, cum ita ad h. l. scribit: *non repperi. hoc tantum, in Plinii indicibus aliquoties laudari Manilium Suram.* atqui legitur nunc Mamilius Sura, qui de naturis animalium scripsisse videtur. iam vero uno loco, ubi libri plerique *Mamilius* produnt, Silligius inprudenter *Manilius* reposuit, chronologica eademque physica adnotatio eiusdem a Plinio X 4sq. refertur: *primus atque diligentissime togatorum de eo* (phoenice) *prodidit Manilius senator* (non inepte L. Ianus in hoc 'Sura' cognomen latere suspicatur) *ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo.* deinde paucis interiectis de phoenicis natura: *cum huius alitis uita magni conuersionem anni fieri prodit idem Mamilius, iterumque significationes tempestatum et siderum easdem reuerti, hoc autem circa meridiem incipere quo die signum arietis sol intrauerit et fuisse eius conuersionis annum prodente se P. Licinio Cn. Cornelio consulibus ducentesimum quintum decumum.* itaque non dubitabis mecum Mamilium Suram in margine Vellei reponere pro Aemilio Sura homine incognito. iam vero Mamilius Sura ille non post Velleium sed ante eum ipso testante anno 14 a. Chr. illam computationem scripsit. quid igitur? corruitne nostra disputatio? minime, modo Mamili Surae testimonium in verba *ad populum Romanum peruenit* desinere statuamus. iam reliqua eius esse adparet, qui Mamiliana Velleio adscripsit, ut scholion sit anno 85 p. Chr. a quodam qui computationem Velleianam ad suam aetatem produxit in margine sui exemplaris adnotatum. sic etiam verba 'inter hoc tempus,' quibus Mamilius obscurius suam aetatem significasset, cum eodem iure ad Carthaginis subactae tempus referrentur, sine ullis artificiis explicata sunt. sed redeo ad Mamilium, cuius libri indicem codex Murbacensis prodidit hunc: 'de annis populi Romani'. quem confidenter olim sic exaratum esse contendo, cum 'annis' nihili sit: 'de anno populi Romani' (cf. Suidas s. v. *Τράγκυλλος: περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ* et Suetonius p. 169, 6: *principium autem anni alii a bruma putant ut populus Romanus*; sic enim scripsi: libri inepte produnt *populi Romani*). eundemque indicem Suetonium octavo pratorum libro indidisse non inprobabiliter suspicari videor. habes igitur hanc adnotationem ad Velleium a. 85 p. Chr. adscripta: *Mamilius Sura de anno populi Romani: 'Assyrii principes omnium gentium rerum potiti sunt, deinde Medi, postea Persae, deinde Macedones. exinde duobus regibus Philippo et Antiocho qui a Macedonibus oriundi erant haud multo post Carthaginem subactam devictis summa imperii ad populum Romanum peruenit'. inter hoc tempus et initium regis Nini Assyriorum, qui princeps rerum potitus, intersunt anni MDCCCCXCV.* Velleius itaque noster ex libro viri docti qui anno 85 vixit non ex exemplari publicae cuiusdam bibliothecae manavit.

440, 15 praeter ea, in quibus tacite (cf. adn. sup.) Beckeri operam correxi, ex Ambrosi hexaemeron libro sumpta sunt ultima Isidoriani libri

Digitized by Google

verba, ex Hieronymo comm. in eccles. 1 tom. III p. 338sq. Vall. Isidori verba 17, 2 p. 34, 7sq. et 27, 2 p. 53, 9sqq. cf. Fleckeiseni annal. 1859 p. 713 not. deinde in mysticis rerum interpretamentis Isidorus *τοὺς περὶ Μελίτωνα* secutus est. cf. p. 449.

443, 3. 19. sic etiam ea quae Ambrosius II 4, 15 (cf. adn. sup. ad fragm. 127*) de originatione vocis 'caelum' profert, cum nec e Basilio petita sint et consentiant Aelio Stiloni apud Varronem L. L. V 18, Suetoniana videntur.

445, 9 Nigidium Figulum cum Woelfflino auctorem Ampeli etiam in c. 3 dixi, quamquam nec de cap. 2 id constare videtur. qua de re mox in Museo Rhenano disputabo. interim sufficiat adnotasse in Hygino Dositheano (p. 69sq. ed. Boecking.) duodecim signa enarrari ita, ut et cum Ampelio et cum Nigidio Figulo apud scholiastam Germanici historiae conveniant. cuius capitis reliquiae passim per Hygini fabulas quas dicunt dispersae etiam nunc agnoscuntur.

455, 16 a fine (cf. 476, 16. 11 a fine). perperam veri specie deceptus in glossario ad litteras disposito Pamphili et Zopyrionis substiti, ut non altius eiusdem illius glossae origines repetendas esse putarem. nam Aristophanem Byzantium, qui idem Pamphili et Zopyrionis potissimus auctor erat, *λέξεων* suarum capiti *περὶ βλασφημιῶν* inscripsisse sollerti conparatione a Nauckio p. 79 inter Eustathium et fragmentum Parisinum *ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους τοῦ περὶ λέξεων διαλαβόντος* a Boissonadio primo editum instituta investigatum est. iam vero apud Eustathium, ex quo plurima Aristophanea huius generis acutissimus ille Aristophanis sospitator eruit, eadem *ἀρχολιπάρου* glossa reperitur sed ita ut Hesychi et Suetoni in etym. magn. memoriae suppleantur. cf. Eustathius Il. II 234. Suetonium autem ipsi Aristophani illam glossam debere inscriptionis ratio evincit. sed etiam longius progressa imitatio Aristophanis Suetoniana. nam sic via munita est ad corruptelam quae catalogum Suidae s. v. *Τράγκυλλος* (cf. p. 476) insedit ut certissima ita lenissima emendatione sanandam novumque capitis indicem Suetonio restituendum. postquam enim Byzantinus homo pratorum particulas hasce *περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδέας ἐσθημάτων καὶ ὑποδημάτων καὶ τῶν ἄλλων οἷς τις ἀμφιέννυται· περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη· περὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν βιβλία β'* miro sane ordine recensuit, sic pergit *συγγενικὸν Καισάρων — περιέχει δὲ βίους καὶ διαδοχὰς αὐτῶν ἀπὸ Ἰουλίου ἕως Δομετιανοῦ — βιβλία η'*. in quibus *συγγενικὸν* cum *Καισάρων* coniunctum sententia prorsus privatum est: nec si Caesarum genealogiae sic significari possent, quod voluit Rothius, qui p. 283 *στέμμα συγγενικὸν* reponi iussit — repetivit autem verbum *στέμμα* ex eis quae secuntur *στέμμα Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων* — conspiraret cum argumenti notatione quae sequitur *περιέχει* e. q. s. deinde isto titulo summa argumenti librorum de vita Caesarum silentio premeretur nec conspirat cum tradito librorum indice. atqui Aristophanes Byzantius earundem *λέξεων* capiti *περὶ συγγενικῶν* inscripsit, quem titulum scriptor epistulae *πρὸς Ἀλέξιον τὸν Κομνηνὸν περὶ τῆς ὁμαίμων φωνῆς ἐρωτή-*

σαντα sic edit: Ἀριστοφάνης ἐν τῷ συγγενικῷ (Nauck. p. 130). adparet igitur συγγενικόν dispescendum esse a Καισάρων, quo facto suum pratis caput restituitur. quae autem remanent: Καισάρων — περιέχει δὲ βίους καὶ διαδοχὰς αὐτῶν ἀπὸ Ἰουλίου ἕως Δομετιανοῦ — βιβλία ἡ intacta relinquenda sunt, nisi quod e scriptura Vossiani libri καὶ σάρωνϊ cum Bernhardyo Καισάρων ιβ΄ efficiendum et pro καὶ διαδοχάς, quod nihili esse monuit Ritschelius, κατὰ διαδοχάς reponendum est, quo verba interposita περιέχει e. q. s. simul cur Suetonius duodecim Caesarum vitas octo libris conprehenderit exponant. ceterum etiam huius libri optimum titulum recuperavimus hunce: 'Caesarum libri octo.' quae cum ita sint, non audacior esse videor, si etiam cetera λέξεων capita quae nobis nota sunt Aristophanea a Tranquillo in pratis imitando expressa esse suspicor. sunt autem haec duo: περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν et περὶ προσφωνήσεων. Ἀττικὰς enim Aristophanis et Λακωνικὰς λέξεις Latinus grammaticus non poterat imitari. Suetonianae autem imitationis rationem hanc fuisse conicio ut cum Graecis vocabulis ab Aristophane explicatis Latina eiusmodi vocabula conponerentur. iam vero quaeritur Eustathius Aristophane ipso an Suetonio eius excerptore usus sit. quae res cum prorsus incerta sit, malo nunc fragm. 174 ex glossa etymologici magni non ex Eustathio referre: Ἀρχολίπαρος, ὁ λιπαρῶν ἵνα ἀρχῆς τύχῃ· ἢ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενος. consectarium est ut fragm. 175* delendum sit; cuius loco περὶ συγγενικῶν titulus Suetonio vindicatus reponatur velim. deinde sub 175a et 175b indices illi: περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν et περὶ προσφωνήσεων sequantur.

Sed ne rursus Aristophani indices Suetonianos ut ab illo desumptos restituamus gravissimae rationes adversantur. nam inde ab eo tempore, quo λέξεις Aristophanes conlegit nova λέξεων capita inventa sunt, quae Suetonius sua facere poterat. ut non liceat Aristophani tales titulos vindicare περὶ ἰδέας ἐσθημάτων et similes. attamen eius quoque scriptum hac cum Suetonio conparatione nova quadam luce inlustratur. nam in anecdoto illo Parisino 5 haec Aristophanis λέξις adponitur: καὶ κοκκύζειν ἐπὶ τοῦ ἀλεκτρυόνος, quae a Nauckio inter fragmenta sedis incertae (LXXIII p. 218) relata est. iam si reputaverimus Suetonium in pratorum libro nono, quo de animantium naturis scripsit, voces animantium recensuisse, in simili argumenti continuitate ab Aristophane hanc vocem positam fuisse probabile videbitur. at reapse Aristophanes περὶ ζώων scripsit (cf. Nauck p. 280 sqq.) auctorem in rebus Aristotelis historiam animalium, in qua et ipsa IIII 9 de vocibus animantium disputatur, secutus, ut huius adeo epitomator aut commentator a scriptoribus posterioris aetatis vocitaretur. huius autem περὶ ζώων libri partem sic adfert Lydus de mag. p. R. III 63 ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν ἐν ἰχθύσι φυσικῶν id est in epitoma Aristotelis de naturis piscium. quid igitur? nonne haec pars magni illius Aristophanei operis est, ut Aristophanes plane ut Suetonius in λέξεων libro occasione data non tantum singulas λέξεις sed simul ipsas res aequali cura persecutus sit. itaque Suetonius etiam in hac pratorum parte Aristophanem auctorem habuit, cuius

Digitized by Google

inscripsit quam ne codicem Iosi sequi vide de Coloss quemadmodum proponebat Bentleius in Alexandrinis notitiis. — Antiquissimus in hac re etiam Trypho Alexandrinus accedit cui in libris deperditis, quorum fragmenta collegit Ritschelius, Opuscc. II 1 sqq., 1 sqq., 1 sqq., 1 sqq.

XII. 12 cum cf. quae supra ad p. 232 exposui. Adde autem. Cyrenii et Lentuli sententia comparatio loci inde a vivi huic actatis grammaticis incubuit erat, veluti a Scholeo Hypomnem. ritterio a M. Varrone L. L. 9, 95; Gellio N. A. XVI. 12, 8 libros eius consuesse Varronem Hermogenis Tarsensis Hermogenis Tarsensis Περὶ ἰδεῶν λόγων Ὑπόμνημα Pseudo Minucio. cf. M. Schmidt Diatr. Pros. Gr. p. 19 sq. Ceterum Varronis de Lingua Lat. libros ad Ciceronem quod scripsit Varro a Stertinio cum Ritschelio Opuscc. Philologicos cum mercatis ab multi utriusque sermonis conferebant illa grammaticus in deliberationem et Graecum sermonem cum Latino comparandi Praetorius ad Fenestrat exemplo probatur, quorum disputationes Iuvenalis Gellius scribis inscribit.

XII. 17 Priscianus argumentum triplex videtur Ritschelius: aut ipsa ne praefixi studio grammaticos cui Servianus Aliquo tantum ordinis semper habitus, aut ipsius potioni cura gratuitis sed ita quidem ut cum necessitate. Ceterum Ritschelius Opuscc. Philologicos cum Ritschelius Ceterum ne nostris adiguntur, ut in hoc verborum differentiis Hoppe, 1866.

XII. 4 non prius tamen Scriptum partis titulum esse nobis tradere, stipulum in eo non solum de parvorum habitus sed et de alias et stabilitas dispositus fuit, atque respondere debuit inditi 'de Grammaticis' Inditus,' ut talem vocis Latinae condidam 'de Romanorum Inditus.'

XII. 8 sqq. Chaeri Pergamenum qui Servium sequutus videtur Iulius Iul. Maxim. supra. fuit. cf. Schmidt III p. 686 plane eadem ratione de chori Inditi Scriptor. cf. schmidt ad p. 1 Hoppe, 1866. sqq.

XII. 1 In codicibus cf. Wochenschrift de Glossis Mallota p. 8.

Veritatem filia proverbii dicta die docent satis ens expertum esse video. nobis igitur adversi tempus, quo publice vitia egisti, qui laborem meum benevolentia et subsidiis adiuverunt, gratum animum meum testificari licuit. quos etiam nos humanitate suo plene indignum illorum favisse spero fore ut aequi iudicii ere iudicium esse.

Bonnae Bonnae.
mense Iunio MDCCCLIII.

Digitized by Google

LIBRI

DE VIRIS INLVSTRIBVS

RELIQVIAE

Digitized by Google

DE VIRIS INLVSTRIBVS

Fecerunt hoc idem apud Graecos Hermippus peripate- 1*
ticus Antigonus Carystius Satyrus doctus uir et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus, apud Latinos autem Varro Santra Nepos Hyginus.

DE POETIS

L· LIVIVS ANDRONICVS
CN· NAEVIVS
T· MACCIVS PLAVTVS
Q· ENNIVS
STATIVS CAECILIVS
P· TERENTIVS AFER
M· PACVVIVS
L· ACCIVS
SEX· TVRPILIVS
C· LVCILIVS
T· QVINTIVS ATTA
L· AFRANIVS
L· POMPONIVS
T· LVCRETIVS CARVS
M· FVRIVS BIBACVLVS
C· VALERIVS CATVLLVS
P· TERENTIVS VARRO
D· LABERIVS
P· PVBLILIVS LOCHIVS
CORNIFICIVS
M· BAVIVS
C· CORNELIVS GALLVS
AEMILIVS MACER
QVINTILIVS VARVS
P· VERGILIVS MARO
ALBIVS TIBVLLVS
SEX· PROPERTIVS
Q· HORATIVS FLACCVS
L· VARIVS RVFVS
P· OVIDIVS NASO
PHILISTIO
A· PERSIVS FLACCVS
M· ANNAEVS LVCANVS

1* Hieronymus proleg. ad Dextrum in librum de uiris illustribus tom. II p. 821 Vall.: 'Hortaris me Dexter ut Tranquillum sequens ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram, et quod ille in enumerandis gentilium litterarum uiris fecit illustribus ego in nostris faciam, id est ut a passione Christi usque ad decimum quartum Theodosii imperatoris annum omnes qui de scripturis sanctis memoriae aliquid prodiderunt tibi breuiter exponam. Fecerunt quidem ..... Hyginus et ad cuius nos exemplum prouocas Tranquillus. sed non mea est et illorum similis condicio: illi enim historias ueteres annalesque replicantes potuerunt quasi de ingenti prato non paruam opusculi sui coronam texere. ego quid auecturus (acturus?), qui nullum praeuium sequens pessimum ut dicitur magistrum memet ipsum habeo?' Hieronymus epist. 47 ad De-

Digitized by Google

2 Cum primum homines exuta feritate rationem uitae habere coepissent seque ac deos [suos] nosse, modicum cultum ac sermonem necessarium commenti sibi, utriusque magnificentiam ad religionem deorum [suorum] excogitauerunt. igitur ut templa illis domibus pulchriora et simulacra corporibus ampliora faciebant, ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos putauerunt laudesque eorum et uerbis inlustrioribus et iocundioribus numeris extulerunt. id genus quia forma quadam efficitur, quae *ποιότης* dicitur, poema uocitatum est, eiusque factores poetae.

3* Poematos genera sunt tria. aut enim actiuum est uel imitatiuum, quod Graeci dramaticon uel mimeticon, aut enar-

siderium tom. I p. 211 Vall.: 'Scripsi librum de illustribus uiris, ab apostolis usque ad nostram aetatem, imitatus Tranquillum Graecumque Apollonium.' Hieronymus epist. 112 ad Augustinum tom. I p. 738 Vall.: 'Legisti enim et Graecos et Latinos, qui uitas uirorum illustrium descripserunt, quod numquam epitaphium titulum indiderint, sed de illustribus uiris, uerbi gratia ducibus philosophis oratoribus historicis poetis epicis tragicis comicis.' Hieronymus praefat. in chronica tom. VIII p. 7 Vall.: 'A Troia usque ad uicesimum Constantini annum nunc addita nunc mixta sunt plurima, quae de Tranquillo et ceteris illustribus historicis excerpsimus.'

2 Isidorus origg. VIII 7, 1—2. 'De poetis. Poetae unde sint dicti, sic (*sicut Gu. 2*) ait Tranquillus: c u m' e. q. s. cf. Rabanus Maurus excerpt. de arte gramm. Prisciani II p. 46 ed. Colon. qui Isidorum exscripsit. pergit sic Isidorus l. c. 3: 'Vates a ui mentis appellatos Varro auctor est uel a uiendis carminibus id est flectendis hoc est modulandis; et proinde poetae Latine uates olim et scripta eorum uaticinia dicebantur, quod ui quadam et quasi uesania in scribendo commouerentur, uel quod modis uerba conecterentur, uiere antiquis pro uincire ponentibus.' cf. Varro de ling. Lat. VII 36 p. 323 Sp.: 'Antiquos poetas uates appellabant a uersibus uiendis, ut de poematis cum scribam ostendam.' Seruius Aen. III 443: 'uates a ui mentis appellatos Varro auctor est.'

3* Diomedes artis gramm. lib. III p. 482, 14—492, 14. ABM sunt codices Diomedis a Keilio conlati (A=Parisinus 7494, B=Parisinus 7493, M=Monacensis), abm=codicum ABM manus secundae, ς=editiones interpolatae a Keilio adhibitae. ceterum et ordinem Suetonianum plane invertit Diomedes et disputationi eius sua immiscuit. qua de re in Quaestionibus disputavi.

11—p. 5, 12 Plato de re publica III 394 B C: *Ὀρθότατα, ἔφην, ὑπέλα-*

---

1 primi *Gu. 1* || 2 suos *seclusi* || modicum cultum *Gu. 1* cultum modicum *vulgo* || 3 commentis *Gu. 2* || utrisque *Gu. 1, 2 ed. princ.* || 4 a religione *Gu. 1* || relegionem *Monac. 6250* || suorum *seclusi* || 7 laudes eorum *Gu. 1* || uerbum *Monac.* || illustribus *Gu. 2* || 9 potes *Monac.* poesis *Arevalus* || uocatum *Gu. 1* || 10 factores *Rabani schedae Casaubono teste:* fictores *Isidorus (?)* || 11 Poematus *AB* Poematum *M*

Digitized by Google

ratiuum uel enuntiatiuum, quod Graeci exegeticon uel apangelticon dicunt, aut commune uel mixtum, quod Graeci *κοινὸν* uel micton appellant. dramaticon est uel actiuum in quo personae agunt solae sine ullius poetae interlocutione, ut se habent tragicae et comicae fabulae; quo genere scripta est prima bucolicon et ea cuius initium est: 'quo te Moeri pedes?' exegeticon est uel enarratiuum in quo poeta ipse loquitur sine ullius personae interlocutione, ut se habent tres georgici et prima pars quarti; item Lucreti carmina et cetera his similia. *κοινὸν* est uel commune in quo poeta ipse loquitur et personae loquentes introducuntur, ut est scripta Ilias et Odyssia tota Homeri et Aeneis Vergilii et cetera his similia.

Poematos dramatici uel actiui genera sunt quattuor: apud Graecos tragica comica satyrica mimica, apud Romanos praetextata tabernaria Atellana planipes.

Tragoedia est heroicae fortunae in aduersis conprehensio.

βις καὶ οἶμαί σοι ἤδη δηλοῦν ὃ ἔμπροσθεν οὐχ οἷός τ' ἦν, ὅτι τῆς ποιήσεώς τε καὶ μυθολογίας ἡ μὲν διὰ μιμήσεως ὅλη ἐστίν, ὥσπερ σὺ λέγεις, τραγωδία τε καὶ κωμωδία, ἡ δὲ δι' ἀπαγγελίας αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ· εὕροις δ' ἂν αὐτὴν μάλιστα που ἐν διθυράμβοις· ἡ δ' αὖ δι' ἀμφοτέρων ἔν τε τῇ τῶν ἐπῶν ποιήσει, πολλαχοῦ δὲ καὶ ἄλλοθι, εἴ μου μανθάνεις. Prolegg. ad Schol. Theocr. VI ed. Meineke: *Πᾶσα ποίησις τρεῖς ἔχει χαρακτῆρας· διηγηματικὸν δραματικὸν καὶ μικτόν.* Probus in Vergili Bucol. ed. Keil. p. 7, 12 sqq: 'Omne carmen in tres characteres diuiditur: dramaticon, in quo personae tantummodo loquuntur, diegematicon, in quo solus poeta, *μικτόν*, ubi promiscue et poeta et persona.' Seruius Bucol. III 1: 'Nouimus autem tres characteres hos esse dicendos: unum exegematicum, in quo tantum poeta loquitur, ut est in tribus libris georgicorum: alium dramaticum, in quo nusquam poeta loquitur, ut est in comoediis et tragoediis: tertium *μικτόν*, ut est in Aeneide: nam et poeta illic et introductae personae loquuntur.' Proclus Diadochus prolegg. ad Hesiodum p. 4 ed. Gaisf.: *Ἰστέον δέ, ὅτι πᾶσα ποίησις τρεῖς ἔχει χαρακτῆρας· διηγηματικὸν δραματικὸν καὶ μικτόν· καὶ διηγηματικὸν μέν ἐστιν ἐν ᾧ ὁ ποιητὴς μόνος φαίνεται φθεγγόμενος, ὥσπερ ἐνταῦθα ὁ ποιητὴς Ἡσίοδος μόνος ἐν παντὶ τῷ συγγράμματι φαίνεται διαλεγόμενος· δραματικὸν δὲ ἐν ᾧ οὐδαμοῦ ὁ ποιητὴς φθέγγεται, ὥσπερ ἐν ταῖς κωμωδίαις ὁρῶμεν, καὶ ταῖς τραγωδίαις γενόμενον· μικτὸν δὲ ἐν ᾧ ὅτε ποιητὴς διαλέγεται, καὶ πρόσωπα εἰσῆκται διαλεγόμενα, οἷον ἐν τῇ Ἰλιάδι ἐμφαίνεται.* cf. Isid. origg. VIII 7, 11. 'Poematos — similia' Beda de metris p. 2381 sq.

16 — p. 7, 8 Ioa. Tzetzes *περὶ διαφορᾶς ποιητῶν* 119 sqq.: *τραγωδία δὲ παρὰ τὸν οἶνον τρύγα | ἐν ᾗπερ ἐξέχρισαν τὰς αὐτῶν θέας*

---

2 cynon *ABM* ‖ 4 sine ulla ς ‖ 9 Lucreti carmina *Keilius:* lucretica carmina *ABM* ‖ 10 cynon *ABM* ‖ 15 atellana ς: abellana *ABM* ‖ 16 tragydia *A* tragidia *B* trigidia *M*

Digitized by Google

a Theophrasto ita definita est: *τραγῳδία ἐστὶν ἡρωικῆς τύχης περίστασις.* tragoedia, ut quidam, a *τράγῳ* et *ᾠδῇ* dicta est, quoniam olim actoribus tragicis *τράγος*, id est hircus, praemium cantus proponebatur, qui Liberalibus die festo Libero patri ob hoc ipsum immolabatur, quia, ut Varro ait, depascunt uitem; et Horatius in arte poetica:

carmine qui tragico uilem certauit ob hircum,
mox etiam agrestis satyros nudauit,

et Vergilius in georgicon secundo, cum et sacri genus monstrat et causam talis hostiae reddit his uersibus:

non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
caeditur.

alii autem putant a faece, quam Graecorum quidam *τρύγα* appellant, tragoediam nominatam per mutationem litterarum *υ* in *α* uersa, quoniam olim nondum personis [a Thespide] repertis tales fabulas peruncti ora faecibus agitabant, ut rursum est Horatius testis sic:

| *ἢ παρὰ τὴν τρύγα δὲ τὴν δωρουμένην | ἤτοι τὸν οἶνον Ἀττικῶ πάντως λόγῳ | ἢ τὸν τράγον δὲ καὶ τετράγωναν στάσιν | ἢ τὴν τραγῳδίαν τε καὶ θρηνῳδίαν.* Euanthius de fabula init. ed. Lindenbrog.: 'Initium tragoediae et comoediae a rebus diuinis est inchoatum, quibus pro fructibus uota soluentes operabantur antiqui. nam incensis iam altaribus et admoto hirco id genus carminis, quod sacer chorus reddebat Libero patri, tragoedia dicebatur: uel *ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς*, hoc est ab hirco, hoste uinearum et a cantilena; eius ipsius rei apud Virgilium plena fit mentio: uel quod hirco donabatur eius carminis poeta, uel quod uter eius musti plenus sollemne praemium cantoribus fuerat, uel quod ora sua faecibus perlinebant scenici ante usum personarum ab Aeschylo repertum. faeces enim dicuntur Graece *τρύγες*. ex his quidem causis tragoediae nomen est inuentum.' Donatus de comoedia ed. Lindenbrog.: 'Caper namque pro donis his dabatur, quia uitibus noxium animal habebatur: a quo etiam tragoediae nomen exortum est ..... nonnulli autem ex amurca [olei faex quae est humor aquatilis] tragoediam dici nocarique maluerunt .... Thespis autem primus haec scripta in omnium notitiam protulit. postea Aeschylus secutus exemplum publicauit. de

---

1 atheofrasto *A* utheofrasto *B* ut eo frasto *M* || tragydia est erotices thyches peristasis *A* tragidia est herotices (eroticaes *M*) tyches peristasis *BM* || 2 atragoeto dedicta *AB* atrogoede dicta *M* || 3 actoribus *Caesarius*: auctoribus *ABM* || tragos *ABM* || 6 in arte poetica] *v. 220* || 7 tragico *B* tragica *A* tragicam *M* || 8 et satyros (saty *B*) agrestis nouauit *ABM* | nominauit *ed. princ.* || 9 in georgicon secundo] *v. 380* || 13 afece *M* affece *B* affecte *A* || tryga *A* triga *M* tirga *B* || 15 uersam *ABM* || a Thespide *seclusi*: athesipide *AM* atesipide *B* || 16 rursum *M* rursu *A* rursus *B* || 17 Horatius] *de arte poetica 275*

Digitized by Google

ignotum tragicae genus inuenisse Camenae
dicitur et plaustris uexisse poemata Thespis,
quae canerent agerentque infecti faecibus ora.

alii (a) uino arbitrantur, propterea (quod) olim τρύξ dictitabatur, a quo τρύγητος hodieque uindemia est, quia Liberalibus apud Atticos [die festo Liberi patris] uinum cantoribus pro corollario dabatur, cuius rei testis est Lucilius in duodecimo.

* * *

Comoedia est priuatae uitae ciuilisque fortunae sine periculo conprehensio, apud Graecos ita definita: *κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν (καὶ πολιτικῶν) πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή.* comoedia dicta *ἀπὸ τῶν κωμῶν. κῶμαι* enim appellantur pagi, id est conuenticula rusticorum. itaque iuuentus Attica, ut ait Varro, circum uicos ire solita fuerat et quaestus sui causa hoc genus carminis pronuntiabat. aut certe a ludis ui-

quibus Horatius in arte poetica loquitur: Ignotum tragicae — qui docuere togatas.' Isidorus origg. VIII 7, 5: 'Tragici dicti quod initio canentibus praemium erat hircus, quem Graeci *τράγον* uocant. unde et Horatius: Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum.'

9—p. 8, 10 Prolegg. de comoedia ed. Duebner. III: *Τὴν κωμῳδίαν ηὑρῆσθαί φασιν ὑπὸ Σουσαρίωνος· τὴν δὲ ὀνομασίαν ἔχειν οἱ μὲν ὅτι ἐπὶ τὰς κώμας περιόντες ᾖδον καὶ ἐπεδείκνυντο, μήπω πόλεων οὐσῶν, ἀλλ' ἐν κώμαις οἰκούντων τῶν ἀνθρώπων, οἱ δὲ ἀντιλέγοντές φασι μὴ κώμας καλεῖσθαι παρὰ Ἀθηναίοις ἀλλὰ δήμους, καὶ κωμῳδίαν αὐτὴν καλοῦσιν, ἐπεὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐκώμαζον.* Schol. Dion. Thracis p. 747, 11: *Εἴρηται δὲ (ἡ κωμῳδία) παρὰ τὸ κώμη καὶ τὸ ᾠδή, ἔστι δὲ εἶδος ποιήματος ἐν κώμαις κατὰ τὸν βίον ἀδόμενον.* Tzetzes *περὶ διαφορᾶς ποιητῶν* 115 sqq.: *Ἐφευρέθη μὲν ὡς ἔφην ἀνωτέρω | ἀγρῶν δὲ κώμαις ἐκτελουμένη τότε | κώμοις παρ' αὐτοῖς καὶ πότοις Διονύσου | κωμῳδίας*

---

1 camenae ς: carmina *ABM* || 2 plaustris ς: plauctus *A* plautus *BM* || 3 infecti] peruncti ς || 4 alii uino arbitrabantur propterea olim (olym *BM*) tryx dictitabantur (trix dictabantur *M*) a quo trygoetis (trygetis *B* trigetis *M*) odieque *ABM* alii a uino arbitrantur, propterea quod olim uinum dictitabatur *τρὺξ* a quo *τρύγητος* hodie quoque ς || 6 die festo Liberi patris *seclusi* || 7 corollario *m*ς: corellario *M* colellario *B* corellarios *A* || dabatur *ABm* tradabatur *M* || rei testis *B* rei gestis *M* regestis *A* || 9 uitae *transpos. O. Jahn.: in libris post* periculo *legitur* || 10 difinita *B* || comoedia est inidioticon pragmaton acindino (achindino *M*) sperioche *ABM: καὶ πολιτικῶν addidi* || 12 apoton comon *ABM* || comae *BM* comoe *A* || 14 circum quos *M* || fuerit *AM*

Digitized by Google

cinalibus. nam postea quam ex agris Athenas commigratum est, et hi ludi instituti sunt, sicut Romae conpitalicii, (ubi uicini) ad canendum prodibant, et ab urbana *κώμη καὶ ᾠδῇ* comoedia dicta est: uel quod in ea uiculorum, id est humilium domuum, fortunae conprehendantur, non ut in tragoedia publicarum regiarumque; uel *ἀπὸ τοῦ κώμου*, id est comesatione, quia olim in eius modi fabulis amantium iuuenum *κῶμοι* canebantur. sunt qui uelint Epicharmum in Coo insula exulantem primum hoc carmen frequentasse, et sic a Coo comoediam dici.

Comoedia a tragoedia differt, quod in tragoedia introducuntur heroes duces reges, in comoedia humiles atque priuatae (personae); in illa luctus exilia caedes, in hac amores uirginum raptus (nuptiae). deinde quod in illa frequenter et

ἔσχηκε κλῆσιν εὐλόγως. Euanthius de fabula: 'At uero nondum coactis in urbem Atheniensibus, cum Apollini Nomio uel *ΑΓΥΑΘῶ* (*immo Ἀγυιεῖ*) id est pastorum uicinorumque praesidi deo, constructis aris in honorem diuinae rei circum Atticae uicos uillas pagos et compita festum carmen sollemniter cantarent, orta est comoedia, *ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ᾠδῆς* composito nomine, uel *ἀπὸ τοῦ κωμάζειν καὶ ᾄδειν*, quod est comessatum ire cantantes.' Donatus de comoedia ed. Lindenbr.: 'Comoedia est fabula diuersa instituta continens affectuumque ciuilium ac priuatorum, quibus discitur, quid sit in uita utile, quid contra euitandum. hanc Graeci sic definiere: *κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή*. . . . . comoediae autem a more antiquo dictae: quia in uicis huius modi carmina initio agebantur apud Graecos: ut in Italia compitaliciis ludieris, admisto pronuntiationis modulo, quo dum actus commutantur, populus detinebatur. aut *ἀπὸ τῶν κωμῶν*, hoc est ab actu uitae hominum, qui in uicis habitabant ob mediocritatem fortunarum, non in aulis regiis ut sunt personae tragicae.' Isidorus origg. VIII 7, 6: 'Comici appellati siue a loco, quia circum pagos agebant, quos Graeci *κώμας* uocant: siue a comessatione, solebant enim post cibum homines ad eos audiendos uenire.'

11 — p. 9, 9 Euanthius de fabula: 'Inter tragoediam autem et comoediam cum multa tum in primis hoc distat, quod in comoedia mediocres fortunae hominum parui impetus periculaque laetique sunt exitus actionum. at in tragoedia omnia contraria: ingentes personae

---

2 ladi *AM* || conpitalici *A* compitalici *BM* || ubi uicini *addidi* || 3 *κώμη καὶ ᾠδῇ Gaisfordius conl. schol. Dion. Thracis l. c.*: comice (comicae *M*) odae *ABM* come et oda ς || 4 uel quod in ea *B* uela enea *AM* || 6 apotu comu *AB* apotu comin *M* || comesationem *B* comisationem *A* commirationem *M* || 7 qui *AM* || 8 comoe *AM* comae *B* || canebant *M* || in Coo insula *scripsi*: in eo insula *A* in choum insule *B* in cum insulae *M* || 9 a coo *AM* a choo *B* || 12 adque *A* || 13 personae *om. ABM, add.* ς || 14 nuptiae *addidi*

paene semper laetis rebus exitus tristes ut liberorum adgnitio fortunarumque priorum in peius ** in hac ***. quare uaria definitione discretae sunt. altera enim *ἀκίνδυνος περιοχή*, altera *τύχης περίστασις* dicta est. tristitia namque tragoediae proprium; ideoque Euripides petente Archelao rege ut de se tragoediam scriberet abnuit ac precatus est ne accideret Archelao aliquid tragoediae (proprium), ostendens nihil aliud esse tragoediam quam miseriarum conprehensionem. Poetae primi comici fuerunt Susarion Mullus et Magnes. hi ueteris disciplinae iocularia quaedam minus scite ac ueneuste pronuntiabant, in quibus hi uersus fuerunt:

Σουσαρίων ταῦτα λέγει·
κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

secunda aetate fuerunt Aristophanes Eupolis et Cratinus, qui uel principum uitia sectati acerbissimas comoedias conposuerunt. tertia aetas fuit Menandri Diphili et Philemonis, qui omnem acerbitatem comoediae mitigauerunt atque argumenta multiplicia (*ἤθεσιν* et) erroribus secuti sunt ab his

magni timores exitus funesti habentur. et illic turbulenta prima, tranquilla ultima. in tragoedia contrario ordine res aguntur. tum quod in tragoedia fugienda uita, in comoedia capessenda exprimitur. postremo quod omnis comoedia de fictis est argumentis, tragoedia saepe ab historica fide petitur.'

---

1 ut *scripsi:* et *ABM* || liberorum ς: hiberorum *M* iberorum *AB* || 2 fortunarumque (furtunarum quae *M*) priorum (*sic* ς, prior *ABM*) in peius adgnitio *ABM vulgo:* adgnitio *transposui et lacunas vv.* in hac *additis indicavi:* in poenis agnitio in hac tristibus laetiora succedunt. quare *Buschius* || 3 uariat (uareat *BM*) difinitione *ABM* || acindinos perioche (parioche *M*) altera tychis peristasis dictae sunt *ABM* || 5 ideoque ς: ideo quod *ABM* || 6 scriberit *ABM* || abnuet *AM* || 7 accederet *ABM* || proprium *om. ABM, add.* ς: aptum *cod. Parisinus 7538 apud Gaisfordium* || 9 mullus *AB* nullus *M* Rullus *Caesarius* || 10 ioculatria *AB* ioculae. utra *M* ioculatoria ς || 11 pronuntiabat *AM* || 12 susarion tau talogica congyne cecallumoso odemote uesti curin yciana neu caeu *A* susarion tauta legi cacon gyne cae allumoso odemote uc esti curin ycian eneu caeu *B* susarion tautalegi. cacon gyne cetalumos. oodemote uesti euryni canan. eucaeu *M* *Ἀκούετε λέξιν. Σουσαρίων λέξει τάδε κακὸν sqq.* ς || 15 cratinus ς: oratius *ABM* || 16 uel *scripsi:* et *ABM* || aceruissimas *AB* aceruinimas *M* || 17 difhili *B* phili *M* fili *A* || 18 aceruitatem *ABM* || adque *A* || 19 *ἤθεσιν* et *scripsi:* graecis *ABM*

Romani fabulas transtulerunt, et constat apud illos primum Latino sermone comoediam Liuium Andronicum scripsisse. * ** Dramata autem dicuntur tragica ita ut comica *παρὰ τὸ δρᾶν* id est agere. Latine fabulae appellantur siue fatibulae; in Latinis enim fabulis plura sunt (diuerbia quae fantur quam) cantica quae canuntur: uel a faciendo; nam et agi fabula, non (res modo) referri ab actoribus dicitur. ideoque Horatius utraque significatione interpretatur, cum ita de fabula dicit:

* aut agitur res in scenis aut acta refertur,

sicut in choro. ** in Graeco dramate fere tres personae solae agunt. ideoque Horatius ait:

ne quarta loqui persona laboret,

quia quarta semper muta. at Latini scriptores conplures personas in fabulas introduxerunt, ut speciosiores frequentia facerent. **** antea itaque galearibus, non personis ute-

1 sq. Cassiodorius a. u. c. 515 (ex Liui ab urbe condita lib. XX): 'His coss. ludis Romanis primum tragoedia et comoedia a L. Liuio ad scenam data.' Euanthius de fabula: 'Latinae fabulae primo a Liuio Andronico scriptae sunt, adeo cuncta re etiam tum recenti ut *(ex emend. Schopeni cf. Mus. Rhen. 1828 p. 153; legebatur:* ad cunctas res etiam tum recentius) idem et poeta et actor fabularum suarum fuisset.' Donatus de comoedia: 'Comoediam apud Graecos dubium est qui inuenerit primus, apud Latinos certum est: comoediam et tragoediam togatam primo Liuius Andronicus reperit'. Lydus de mag. p. r. I 40: *Τότε Λίβιος (ex emend. Reuensii coll. litt. p. 20; legebatur: Τίνιος) ὁ Ῥωμαῖος κωμικὸς μῦθον ἐπεδείξατο ἐν τῇ Ῥώμῃ.*

3 sq. Donatus de comoedia: 'Fabula generale nomen; eius duae primae partes sunt tragoedia et comoedia.' Idem Adelph. prol. 7: 'sicut apud Graecos *δρᾶμα* sic apud Latinos generaliter fabula dicitur.'

---

1 primo *ABM* || 2 Liuium ς: liboeum *ABM* || 3 ita ut *scripsi:* aut *ABM* || parato dyan *ABM* || 4 latinae *AM* || factibulae *ed. princ.* factubulae *Buschius* fabululae *Casaubonus de satyr. poësi p. 85 ed. Rambach.* || 5 plura] pauca *Casaubonus l. c. p. 85* || diuerbia quae fantur quam *addidi* || 7 res modo *addidi* || 8 Horatius] *de arte poetica 179* || 11 sicut graeco in choro. dramate uero tres ς dramaticae uero tres *(rel. om.) Caesarius* || choro *codex Scioppii susp. lect. V 14* chorum *AB* choru *M* || 12 Horatius] *de arte poetica 192* || 13 nec ς *et codex Scioppii* || 14 muta at latinis *A* mutat latini *B* mutat latinis *M* mutat *etiam codex Scioppii* || 15 introduxerint *BM* || speciosiores *Buschius* spaciosiores *A* spatiosiores *BM* || 16 galearibus *Keilius qui conferri iubet Charis. p. 61:* galeribus *AM* galerileribus *B* galeris ς

bantur, ut qualitas coloris indicium faceret aetatis, cum essent aut albi aut nigri aut rufi. personis uero uti primus coepit Roscius Gallus, praecipuus histrio, quod oculis peruersis erat nec satis decorus sine personis nisi parasitus pronuntiabat. ****** membra comoediarum sunt tria, diuerbium canticum chorus. † membra comoediae diuersa sunt, definito tamen numero continentur a quinque usque ad decem. diuerbia sunt partes comoediarum in quis diuersorum personae uersantur. personae autem diuerbiorum aut duae aut tres aut raro quattuor esse debent, ultra augere numerum non licet. in canticis autem una tantum debet esse persona, aut si duae fuerint, ita esse debent ut ex occulto una audiat nec conloquatur sed secum si opus fuerit uerba faciat. in choris uero numerus personarum definitus non est, quippe iunctim omnes loqui debent, quasi uoce confusa et concentu in unam personam se formantes. Latinae igitur comoediae chorum non habent, sed duobus membris tantum constant, diuerbio et cantico. primis autem temporibus, sicuti adserit Tranquillus, omnia quae in scena uersantur, in comoedia agebantur. nam et pantomimus et pythaules et choraules in comoedia canebant. sed quia non poterant omnia simul apud omnes artifices pariter excellere, siqui erant inter actores comoediarum pro facultate et arte potiores, principatum sibi artificii uindicabant. sic factum est (ut) nolentibus cedere mimis in artificio suo ceteris separatio fieret reliquorum. nam dum potiores infe-

2 sqq. Donatus de comoedia: 'Personati primi egisse dicuntur comoediam Cincius Faliscus, tragoediam Minucius Prothimus.' cf. Wolffius de cant. p. 23, Schopenus l. c. p. 155 sq.

---

2 ruffi *AB* || 3 peruersis *Keilius ex Cic. de nat. deor. I 28, 79: 'at erat (Roscius), sicut hodie est, oculis peruersissimis'*: euersis *ABM* obuersis ς || 4 nec satis decorus nisi personatus pronuntiabat *coniecit Reuensius collect. litt. p. 10* || sine personis *Langius vind. trag. Rom. p. 43*: in personis *ABM* || nisi *om. M* || 5 sunt tres *ABM* tria sunt ς || 6 membra *corruptum videtur* || 8 in quibus *B* || 10 numerum *om. M* || 11 tantum *B* tamen *AM* || 12 fuerunt *M* || 13 conlocatur *A* || 14 iunctim *AB* iuncti *M* || 15 concentum ς || 16 se formantes *scripsi:* reformantes *ABM* || 20 pytaules *AB* pitaules *M et codex Scioppii susp. lect. V 16* || 24 ut *om. ABM, add.* ς || minnis *B* Remimis *M* se mimis *A* || 25 dum *om. BM*

rioribus, qui in communi ergasterio erant, seruire dedignantur, se ipsos a comoedia separauerunt, ac sic factum est ut exemplo semel sumpto unus quisque artis suae rem exequi coeperit neque in comoediam uenire. cuius rei indicia produnt nobis antiquae comoediae, in quibus inuenimus 'acta tibiis paribus aut inparibus aut sarranis'. quando enim chorus canebat, choricis tibiis id est choraulicis artifex concinebat, in cantico autem pythaulicis responsabat. sed quod 'paribus tibiis' uel 'inparibus' inuenimus scriptum, hoc significat quod, siquando monodio agebat, unam tibiam inflabat, siquando synodio, utrasque. ****

Satyrica est apud Graecos fabula, in qua item tragici poetae non heroas aut reges sed satyros induxerunt ludendi causa iocandique, simul ut spectator inter res tragicas seriasque satyrorum iocis et lusibus delectaretur, ut Horatius sensit his uersibus:

> carmine qui tragico uilem certauit ob hircum,
> mox etiam agrestis satyros nudauit et asper
> incolomi grauitate iocum temptauit, eo quod
> inlecebris erat et grata nouitate morandus
> spectator.

12—21 Marius Victorinus II 4 p. 2527 P. p. 110 G.: 'Superest satyricum, quod inter tragicum et comicum stilum medium est. haec apud Graecos metri species frequens est sub hac condicionis lege, ut non heroas aut reges sed satyros inducat, ludendi iocandique causa, quo spectatoris animus inter tristes res tragicas satyrorum iocis et lusibus relaxetur, quod Horatius his uersibus testatur: Carmine qui tragico — spectator.' Euanthius de fabula: 'Et hinc deinde aliud genus fabulae, id est satyrica sumpsit exordium: quae a satyris, quos illotos

---

1 communi *Langius vindic. trag. Rom. p. 44:* omni *ABM et codex Scioppii* ‖ ergesterio *B* magisterio ς ‖ dedignarentur *codex Scioppii* ‖ 2 ac *om. B* ‖ 3 exemplo *B* extemplo *AM* ‖ sumtu *A* ‖ unusquisque ς: usus quisque *ABM* ‖ exaequi *AB* ‖ 4 coeperit ς: coepit *ABM* ‖ 6 saranis *A* ‖ 7 cholaulicis *ABM* ‖ 8 phithaulicis *M* ‖ 11 utrisque *B* utriusque *AM* ‖ 12 Satyrica *Marius Victorinus l. c.:* satyricae *ABM* ‖ 14 iocandique ς *et Marius Victorinus:* iocundique *ABM* ‖ spectator *A* expectator *M* expectatur *B* ‖ 15 satyrorum *Marius Victorinus:* satyrorumque *ABM* satyrorum quoque ς ‖ Horatius] *de arte poet. 220* ‖ 18 mox et asatyros nouauit et asper *AB* mox et satyros nouant (*corr.* nouauit) **** et corū *M* ‖ ornauit *ed. princ.* ‖ 19 grauitate *om. ABM* ‖ locum *A* loci *BM* ‖ 20 erat et nouitatem eorum spectator (spectatur *B*) *ABM* ‖ mouendus *ed. princ.*

Digitized by Google

Mimus est sermonis cuiuslibet (et) motus sine reuerentia et factorum uel turpium cum lasciuia imitatio, a Graecis ita definitus: *μῖμός ἐστιν μίμησις βίου, τά τε συγκεχωρημένα καὶ ἀσυγχώρητα περιέχων.* mimus dictus *παρὰ τὸ μιμεῖσθαι*, quasi solus imitetur, cum et alia poemata idem faciant; sed solus quasi priuilegio quodam quod fuit commune possedit: similiter atque is qui uersum facit dictus *ποιητής*, cum et artifices, cum aeque quid faciant, non dicantur poetae.

** Togatae fabulae dicuntur, quae scriptae sunt secundum ritus et habitum hominum togatorum, id est Romanorum — toga namque Romana est — sicut Graecas fabulas ab habitu aeque palliatas Varro ait nominari. togatas autem, cum sit generale nomen, specialiter tamen pro tabernariis non modo communis error usurpat, qui Afrani togatas appellat, sed et poetae, ut Horatius, qui ait:

uel qui praetextas uel qui docuere togatas.

initio togatae comoediae dicebantur, quod omnia in pulpito †thonore confusa cernebantur. quae togatae postea in praetextatas et tabernarias diuidebantur. togatarum fabularum species tot fere sunt quot et palliatarum. nam prima species est toga-

semper ac petulantes deos scimus esse, uocitata est.' Tzetzes *π. δ. ποιητ.* 125 sq.: *τὸ σατυρικὸν ἐκ σατύρων εὑρέθη· | τοὺς ἀγρόται δὲ πρὶν ἐκάλουν σατύρους· | ἐκ τῶνδε γοῦν εὕρηκε τὴν κλῆσιν τόδε.*

9 — p. 15, 4 Caesius Bassus V p. 311 ed. Gaisf.: 'Poeticae species Latinae. Epos siue dactylicum, epigramma, iambica, lyrica, tragoedia, satyra (*imino* satyrica), praetextata, comoedia, tabernaria, Atellana, Rhinthonica, mimi.' Cod. Atilii Fortunatiani Vatic. 5216 p. VII Gaisf.: 'Poeseos genera sunt tria: actuale narratiuum coniunctiuum.

1 et *om. ABM, addidit Iahnius prol. in Pers. p. LXXXIV:* imitatio et *Keilius* || siue *corr.* sine *A* sene *B* || 2 et factorum uel turpium *scripsi:* uel factorum et turpium *ABM* uel factorum et dictorum turpium *Keilius* || 3 mimus (mimos *M*) e in mimesis (mimeisis *M*) biutate syncechorem (synchechorem *B*) enacea sinchoreta (synchoreta *B*) periechon (perdechon *M*) mimus (mumus *A*) dictus parato mimisthe *ABM* || 5 quasi a solus *A* || 5 cum 5: eum *ABM* || 7 *ποιητής*] petes *ABM* || 8 faciunt *AB* || 10 id est — 11 est *om. M* || 12 tagas autem *A* || 14 qui Afranii togatas appellat *Reuvensius coll. litt. p. 4:* quia fauni togatas (togas *BM*) appellant *ABM* quia Fannius togatas appellat 5 || 15 Horatius] *de arte poet.* 288 || 17 pulpito *scripsi:* publico *ABM* || 18 honore *quoque corruptum videtur* || pretextas *M* || 20 pallatarum *AM* pellatarum *B*

Digitized by Google

tarum quae praetextatae dicuntur, in quibus imperatorum negotia agebantur et publica et reges Romani uel duces inducuntur, personarum dignitate et argumentorum sublimitate tragoediis similes. praetextatae autem dicuntur, quia fere regum uel magistratuum qui praetexta utuntur in eius modi fabulis acta conprehenduntur. secunda species (est) togatarum quae tabernariae dicuntur et humilitate personarum et argumentorum similitudine comoediis pares, in quibus non magistratus regesue sed humiles homines et priuatae domus inducuntur, quae quidem olim quod tabulis tegerentur, communiter tabernae uocabantur. tertia species est fabularum Latinarum, quae a ciuitate Oscorum Atella, in qua primum coeptae, appellatae sunt Atellanae, argumentis dictisque iocularibus similes satyricis fabulis Graecis. quarta species est planipedis, qui Graece dicitur mimus. ideo autem Latine planipes dictus, quod actores pedibus planis, id est nudis, proscenium introirent, non ut tragici actores cum cothurnis neque ut comici cum soccis; siue quod olim non in sug-

actuale est quod Graeci drasticon dicunt, ubi poeta * * * *(lacunam ego statui)* lyrica tragedia satyrica pretextata comedia tabernaria Atellana rhythmica (*immo* Rhinthonica) mimica.' Euanthius de fabula: 'Illud uero tenendum est, post *νέαν κωμῳδίαν* Latinos multa fabularum genera protulisse: ut togatas, a scenicis atque argumentis latinis: praetextatas, ab dignitate personarum et latina historia: Atellanas a ciuitate Campaniae, ubi actitatae sunt plurimae (*immo* primae): Rhinthonicas ab auctoris nomine: tabernarias ab humilitate argumenti et stili: mimos ab diuturna imitatione uilium rerum et leuium personarum.' cf. Schopenus l. l. p. 152 sq. Donatus de comoedia: 'Fabula generale nomen est: eius duae primae partes sunt tragoedia et comoedia. si Latina argumentatio sit, praetextata dicitur. comoedia autem multas species habet. aut enim palliata est, aut togata aut tabernaria aut Atellana aut mimus aut Rhinthonica aut planipedia. planipedia autem dicta ob humilitatem argumenti eius ac uilitatem actorum, qui non cothurno aut socco utuntur in scena aut pulpito, sed plano

---

3 argumentorum *Buschius cf. 7 sq.*: 'et humilitate personarum et argumentorum similitudine': personarum *ABM, seclusit Keilius* ‖ 4 praetextae autem *AB* praetexta autem *M* ‖ 6 est *om. ABM, add. Keilius* ‖ 10 inducuntur quae quidem olim quod *Keilius*: inducuntur (indicuntur *B* indicantur *M*) quaedam olim quod *ABM* inducuntur quae quod olim ς ‖ 11 tabernae *Neukirchius de fab. tog. Rom. p. 40*: tabernariae *ABM* ‖ 12 primum * * * * caeptae *M* ‖ 13 iocolaribus *M* ‖ 17 coturnis *ABM*

Digitized by Google

gestu scenae sed in plano orchestrae positis instrumentis minicis actitabant. cuius planipedis Atta togatarum scriptor ita in Aedilicia fabula meminit:

. daturin estis aurum? exultat planipes.

[siquas tamen ex soccis fabulas fecerant, palliati pronuntiabant.] togata praetextata a tragoedia differt, quod in tragoedia heroes inducuntur, ut Pacuuius tragoedias nominibus heroicis inscripsit, Orestem Chrysen et his similia, item Attius; in praetextata autem (uiri inlustres Romanorum, ut in ea) quae inscribitur Brutus uel Decius, item Marcellus. togata tabernaria a comoedia differt, quod in comoedia Graeci ritus inducuntur personaeque Graecae, Laches Sostrata; in illa uero Latinae. togatas tabernarias in scenam datauerunt praecipue duo, L. Afranius et T. Quintius. [nam Terentius et

pede: uel ideo quod non ea negotia continet, quae personarum in turribus aut in cenaculis habitantium sunt, sed in plano et humili loco. . . . . comoediarum formae sunt tres, palliatae Graecum habitum referentes, togatae iuxta formam personarum habitum togarum desiderantes, quas nonnulli tabernarias uocant, Atellanae, salibus et iocis compositae, quae in se non habent nisi uetustam elegantiam.' cf. Reuvensius coll. litt. p. 47, Schopenus l. c. p. 157. Donatus Adelph. prol. 7: 'Sicut apud Graecos *δρᾶμα* sic apud Latinos generaliter fabula dicitur: cuius species sunt: tragoedia comoedia togata tabernaria praetexta crepidata Atellana mimos Rhinthonica.' cf. Reuvensius l. l. p. 47, 68. Lydus de mag. p. r. I 40: *Ὁ δὲ μῦθος τέμνεται εἰς δύο, εἰς κρηπιδάταν καὶ πραιτεξτάταν, ὧν ἡ μὲν κρηπιδάτα Ἑλληνικὰς ἔχει ὑποθέσεις, ἡ δὲ πραιτεξτάτα Ῥωμαϊκάς. ἡ μέντοι κωμῳδία τέμνεται εἰς ἑπτά, εἰς παλλιάταν τογάταν Ἀτελλάνην ταβερναρίαν Ῥινθωνικὴν πλανιπεδαρίαν καὶ μιμικήν· καὶ παλλιάτα μέν ἐστιν ἡ Ἑλληνικὴν ὑπόθεσιν ἔχουσα κωμῳδία, τογάτα δὲ ἡ Ῥωμαϊκὴν ἀρχαίαν· Ἀτελλάνη δέ ἐστιν ἡ τῶν λεγομένων ἐξοδιαρίων· ταβερναρία δὲ ἡ σκηνωτὴ ἢ θεατρικὴ κωμῳδία,*

---

1 orchesthae *M* orchesthe *AB* || 2 minicis *BM* || atta *A* acta *B* ac *M* actius ς: *Attae nomen ex codice Puteaneo restituit L. Carrio emendat. I 14* || 3 edilitia *AB* edicitia *M* || 4 daturine estis aurum *B* datur inest scaurum *A* datur inest isairum *M* datum inest aurum ς daturi si estis aurum *Hermannus opusc. V p. 255* daturin estis aurem? *susp. Keilius* || 5 siquas — pronuntiabant *seclusi* || siquas *AB* siquis *M* || tamen exoticas fabulas *coniecit Reuvensius collect. litt. p. 64* || 6 togata praetextata a tragoedia ς: togata a praetextata tragoedia *AB* togata ax pretextetata tragoedia *M* || 8 horestem *ABM* Dulorestem *Putschius* || chrisen *M* || actius *ABM* || 9 uiri inlustres Romanorumut in ea *addidi* || 10 quae *om.* ς || inscribit *M* scribitur ς || 11 tabernaria *om. B* || 12 sustrata *B* || 13 itogatas *A* intogatas *BM* || ductauerunt ς || 14 duo lafranius *M* duo uel afranius *A* duo afranius *B* || et T. Quintius *scripsi:* et g. quintius *AM* et quintilis *B* et Quintus Ennius ς || nam — scripserunt *seclusi*

Caecilius comoedias scripserunt.] Latina Atellana a Graeca satyrica differt, quod in satyrica fere satyrorum personae inducuntur, aut siquae sunt ridiculae similes satyris, Autolycus Busiris, in Atellana Oscae personae, ut Maccus.

(Poematos) exegetici uel enarratiui species sunt tres, angeltice historice didascalice. angeltice est qua sententiae scribuntur, ut est Theognidis liber, item chriae. historice est qua narrationes et genealogiae conponuntur, ut est *Ἡσιόδου γυναικῶν κατάλογος* et similia. didascalice est qua conprehenditur philosophia ut Empedoclis et Lucreti, item astrologia, ut phaenomena *Ἀράτου* et Ciceronis, et georgica Vergilii et his similia.

Κοινοῦ uel communis poematos species prima est heroica ut est Iliados et Aeneidos, secunda (est lyrica ut est **, tertia est) elegiaca (ut est **, quarta est iambica) ut est Archilochi [et Horatius].

Ῥινθωνικὴ ἡ ἐξωτικὴ πλανιπεδαρία ἡ καταστολαρία, μιμικὴ ἡ νῦν δὴ θεν μόνη σωζομένη, τεχνικὸν μὲν ἔχουσα οὐδέν, λόγῳ μόνον τὸ πλῆθος ἐπάγουσα γέλωτι. Comment. Cruq. in Hor. art. poet. 288: praetextas] 'praetexta tragoedia fuit a praetexta ueste, qua utebantur nobiles pueri sub disciplina ad annum usque decimum quintum. togata uero comoedia fuit a toga ueste Romana, qua omnis sexus omnisque condicio utebatur apud Romanos, unde est dicta gens togata. togata autem comoedia differt a palliata, quod palliata dicta sit a pallio Graeco indumento. praetextas et togatas scripserunt Aelius Lamia, Antonius Rufus, Cn. (*immo* C.) Melissus, Afranius, [Africanus,] Pomponius. fabularum autem Romanarum genera quinque: stataria motoria praetextata tabernaria togata.'

14 sq. Quintilianus X 1, 96: 'At lyricorum idem Horatius fere solus legi dignus. nam et insurgit aliquando et plenus est iucunditatis et gratiae et uarius figuris et uerbis felicissime audax. siquem adicere uelis, is erit Caesius Bassus, quem nuper uidimus; sed cum longe praecedunt ingenia uiuentium.'

---

2 in satyrica ς: ineatyrica *ABM* || 3 autolicus *ABM* || 4 Busiris *Casaubonus de sat. poesi p. 95 ed. Ramb.:* busiridis *ABM* burris ς || obscoenae personae ς || 5 Poematos *addidi* || 7 chriae *A* diriae *BM om.* ς || 8 hesiodugine concatalogos *AB* hesiodugine contagalogos *M* Hesiodi theogonia ς || 10 philosophia ut libri Varronis Empedoclis Lucretii ς ut *om. ABM* || 11 aratu *ABM* || 13 Cynu *AB* Cynun *M* || 14 iliadis *ABM* || est — est *lacuna indicata addidi:* secundae liaca *A* secunda eliaca *BM* secunda lyrica ς, secunda est lyrica *Keilius* || 15 ut — iambica *lacuna indicata item addidi* || 16 archiloci *ABM* || et Horatius *seclusi:* et

Digitized by Google

Epos dicitur Graece carmine hexametro diuinarum rerum et heroicarum humanarumque conprehensio; quod a Graecis ita definitum est: *ἔπος ἐστὶν περιοχὴ θείων τε καὶ ἡρωϊκῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων.* Latine paulo communius carmen audit. epos Latinum primus digne scripsit Ennius qui res Romanorum decim et octo conplexus est libris, qui uel annales inscribuntur, quod singulorum fere annorum actus contineant, sicut puplici annales, quos pontifices scribaeque conficiunt, uel Romais, quod Romanorum res gestas declarat. epos autem appellatur ut Graecis placet *παρὰ τὸ ἕπεσθαι ἐν αὐτῷ τὰ ἑξῆς μέρη τοῖς πρώτοις.* praecipue uero hexameter uersus epos dicitur, quoniam quidem hoc uersu uerba responsi in mutuam, ut sic dixerim, consequentiam primus deus uates conprehendit, unde postea abusiue [uerbum] et solutae orationis ipsa scriptura consequens ab aliis epos dictum. rapsodia dicitur Graece *ποιήσεως μέρος*, aliqua particula

10—15 Schol. Dionysi Thracis p. 751, 9 sqq.: *Ἔπος κυρίως ὁ ἔμμετρος λόγος λέγεται, καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶς λόγος· νῦν δὲ πάντα λόγον λέγει· ἢ ἔπος τὸ ἑξάμετρον· ἐκείνη ἡ ποίησις ἔπος λέγεται, ὅταν τὸ σωμάτιον ὅλον ἐκ τοῦ ἑξαμέτρου στίχου συγκέηται.*

16—p. 18, 5 Dionysius Thrax p. 630, 19 sqq.: *Ῥαψωδία ἐστὶ μέρος ποιήματος ἐμπεριειλημμένον τινὰ ὑπόθεσιν. εἴρηται δὲ ῥαψωδία, οἱονεὶ ῥαβδῳδία τις οὖσα, ἀπὸ τοῦ δαφνίνῃ ῥάβδῳ περιερχομένους ᾄδειν τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα.* Schol. Dion. Thracis p. 768, 21 sq.: *ποιήσεως ἔχρην εἰπεῖν, οὐ ποιήματος· ποίησις γὰρ ἡ πᾶσα Ἰλιάς, ποίημα δὲ*

---

oratius *ABM* et Horatii ς || 1 epos est enperioche (henperiochae *B*) thion tece heroicon (eroicon *M* hieroicon *A*) cea antropinon pragmaton *ABM* epos est enperioche thionte και eroicon και anthropinon (antropinon *B′M′*) pragmaton *A′B′M′ h. e. ABM in repetitione scripturae de qua disputavi in Quaestionibus suo loco* || 5 audit *Santenius in Terentian. Maur. p. 231:* auditur *ABM* || Ennius *scripsi:* is *ABM* Liuius is ς || 6 decem (decim *B*) et octo *ABM* quindecim *A′B′M′* || uel *scripsi:* et *ABM* || 7 inscribuntur ς: scribuntur *ABM. om. cod. Scioppii susp. lect. V 10* || 8 puplici *AM* publici *B* publi *A′M′* puta ς || 9 conficiunt de Romanis qui quidem Romanorum ς || Romais *scripsi:* Romanis *ABM* Romani *Vahlenus Enn. poes. rel. p. XVIII* || declarat *AB et codex Scioppii* declaratur *M* declarant *A′M′* || 10 parato epese (epesae *B*) enauto (aenaute *B* enaito *M*) ita exes meretis (meretys *M* metris *A*) protys (protis *M*) *ABM* parato epes the en auto icta exey (exes *B′M′*) mereto is protois *A′B′M′ παρὰ τὸ ἕπω τὸ λέγω.* proprie enim *ἔπος* est *ἔμμετρος λόγος* uel *ἀκόλουθος* ς || 14 uerbum *seclusit O. Iahnius* || 16 pyeseos meros *ABM*

discreta atque diuulsa; dicta *παρὰ τὸ ῥάπτειν*, quod uersus in unum uolumen uelut consuantur et conprehendantur, uel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum *ῥάβδῳ* id est uirga pronuntiabant qui ab eodem Homero dicti Homeristae.

* * *

Elegia est carmen conpositum hexametro uersu pentametroque alternis in uicem positis, ut

diuitias alius fuluo sibi conserat auro
et teneat culti iugera multa soli.

quod genus carminis praecipue scripserunt apud Romanos Propertius et Tibullus et Gallus imitati Graecos Callimachum et Euphoriona. elegia autem dicta siue *παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας*: fere enim defunctorum laudes hoc carmine conprehendebantur: siue *ἀπὸ τοῦ ἐλέου* id est (a) miseratione,

ἑκάστη ῥαψῳδία p. 766, 11 sqq.: *ἢ οὖν ἀπὸ τῆς ῥάβδου καὶ τῆς ᾠδῆς ἐτυμολογεῖται ἡ ῥαψῳδία ἢ ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν, ὅπερ ἐστὶ τὰ διεστῶτα καὶ διακεχωρισμένα εἰς ἓν συνάπτοντα ὑγιάζειν.* p. 767, 1 sqq.: *διὰ τοῦτ' οὖν καὶ αὐτὸς ὁ Διονύσιος εἶπε τὰς δύο ἐτυμολογίας ἢ ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν τουτέστι τὰ διεστῶτα συνάγειν, ἢ ἀπὸ τοῦ ῥάβδου κρατοῦντας ἐπιδείκνυσθαι.*

10 sq. Quintilianus X 1, 93: 'Elegia quoque Graecos prouocamus, cuius mihi tersus atque elegans maxime uidetur auctor Tibullus. sunt qui Propertium malint. Ouidius utroque lasciuior, sicut durior Gallus.'

12—p. 19, 1 Proclus chrestom. 6: *Τὴν δὲ ἐλεγείαν συγκεῖσθαι μὲν ἐξ ἡρῴου καὶ πενταμέτρου στίχου· ἁρμόζειν δὲ τοῖς κατοιχομένοις· ὅθεν καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε. τὸ γὰρ θρῆνος ἔλεγον ἐκάλουν οἱ παλαιοί· καὶ τοὺς τετελευτηκότας δι' αὐτοῦ ἐὐλόγουν. οἱ μέντοι μεταγενέστεροι τῇ ἐλεγείᾳ πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις ἀπεχρήσαντο. λέγει δὲ καὶ ἀριστεῦσαι τῷ μέτρῳ Καλλῖνον τὸν Ἐφέσιον καὶ Μίμνερμον τὸν Κολοφώνιον· ἀλλὰ καὶ τὸν Τηλέφου Φιλητᾶν τὸν Κῷον· καὶ Καλλίμαχον τὸν Βάττου· Κυρηναῖος δὲ οὗτος ἦν.* Schol. Dion. Thracis p. 750, 10 sqq.: *διὸ καὶ καλεῖται ἐλεγεῖα, οἱονεὶ ἐλεεῖα, τοῦ ῑ ἐκθλιβομένου, παρὰ τὸ ἐλεεῖν τὸν τετελευτηκότα· ἢ εὐλεγεῖα παρὰ τὸ εὖ λέγειν τὸν ἀποβιώσαντα.* 17 sqq.: *τοῦτο (ἐλεγεῖον) πάλιν παρὰ τὸ ε λέγειν, ὥσπερ ἐλεοῦντες τοὺς ἀποιχομένους τοῦτο ἐφεῦρον τὸ μέτρον. ἢ ἐλε-*

---

1 adque *AB* || parato paptin *B* parato paptini *M* parato aptin *A* || 3 partes ς: pares *ABM* || 4 *ῥάβδῳ Ios. Frey Mus. Rhen. nov. XII p. 634:* baculo *ABM* || 7 alternis in uicem *Keilius:* alternis uicem *ABM* ad inuicem ς alterna uice *ex codice Parisino 7538 saec. XV adnotavit Gaisfordius* || 8 diuitias] *Tibullus I 1, 1* || conserat *AB* conserunt *M* congerat ς conferat *Putschius* || 9 multa] magna ς || 11 tribullus *ABM* || 12 euforiona *ABM* || parato eu legintus (legentus *B* legent *M*) tethneotas *ABM* || 14 apotu eleu *ABM* || a *add. O. Iahn.*

Digitized by Google

quod *θρήνους* Graeci uel *ἐλεεῖα* isto metro scriptitauerunt. cui opinioni consentire uidetur Horatius, cum ad Albium Tibullum elegiarum auctorem scribens ab ea quam diximus miseratione elegos miserabiles dicit hoc modo:

neu miserabiles
decantes elegos.

apud Romanos autem id carmen quod cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo accinitur nenia dicitur *παρὰ τὸ νείατον*, id est *ἔσχατον*: unde et in chordis extremus neruus appellatus est *νήτη*. nam et elegia extrema mortuo accinebatur sic uti nenia. [ideoque ab eodem elegia uidetur tractum cognominari, quod mortuis uel morituris ascribitur nouissimum.]

Iambus est carmen maledicum plerumque trimetro uersu et epodo sequente compositum, ut

mala soluta nauis exit alite
ferens olentem Maeuium.

appellatum est autem *παρὰ τὸ ἰαμβίζειν*, quod est maledicere. cuius carminis praecipui scriptores apud Graecos Ar-

γεῖόν ἐστι θρῆνος ἐπιτάφιος. οἱονεὶ ἐλεεινόν τι ὄν, τοῦ ῡ ἐκθλιβομένου, παρὰ τὸ ἐλεεῖν τὸν τετελευτηκότα· ἢ εὐλογεῖον παρὰ τὸ εὖ λέγειν τὸν ἀποβιώσαντα. Schol. Horat. carm. I 33, 2 (Porph.): 'nam et nomen ipsum elegiarum *παρὰ τὸ ἒ ἒ*, quae uox est lamentantium, dictum putant.'

14–19 Proclus chrestom. 7: *Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν ἴαμβον τάττεσθαι μὲν ἐπὶ λοιδορίας τὸ παλαιόν· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἰαμβίζειν κατά τινα γλῶσσαν λοιδορεῖν ἔλεγον . . . . . Ἰάμβων δὲ ποιηταί, Ἀρχίλοχός τε ὁ Πάριος ἄριστος καὶ Σιμωνίδης ὁ Ἀμόργιος ἢ ὡς ἔνιοι Σάμιος καὶ Ἱππῶναξ ὁ Ἐφέσιος.*

---

1 quod *θρήνους* Graeci uel *ἐλεεῖα* isto metro *Keilius conl. schol. Dion. Thracis l. c.*: quod threnus grecia ea eia isto metron *ABM* quod *θρήνους* Graeci seu *ἐλεγεῖα* isto metro *coniecit Santenius in Terentian. Maur. p. 306* || 2 Horatius] *carm. I 33, 2* || 4 elogos *ABM* || 8 adque *A* || parato niaton *BM* paratoni athon *A* || 9 eschaton *ABM* || 10 mete *A corr.* nete *BM* || 11 ideoque — nouissimum *seclusi* || ob eodem *B* ob eadem *AM* || 12 tractum] carmen *coniecit Santenius l. c. p. 310* || ascribitur] accinitur *Santenius l. c.* || 14 Iambus *Keilius*: Iambum *ABM* iambicum ς || 16 mala] *Horatius epod. 10, 1* || 17 meauium *ABM* || 18 parato iambiziu *ABM*

chilochus et Hipponax, apud Romanos Lucilius et Catullus et Horatius et Bibaculus.

** Satura dicitur carmen apud Romanos nunc quidem maledicum et ad carpenda hominum uitia archaeae comoediae charactere compositum, quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius. sed olim carmen quod ex uariis poematibus constabat satura uocabatur, quale scripserunt Pacuuius et Ennius. satura autem dicta siue a satyris, quod similiter in hoc carmine ridiculae res pudendaeque dicuntur, quae uelut a satyris proferuntur et fiunt: siue satura a lance, quae referta uariis multisque primitiis in sacro apud priscos dis inferebatur, et a copia ac saturitate rei satura uocabatur; cuius generis lancium et Vergilius in georgicis meminit, cum hoc modo dicit:

lancibus et pandis fumantia reddimus exta

et

lancesque et liba feremus:

1 sq. Quintilianus X 1, 96: 'iambus non sane a Romanis celebratus est ut proprium opus, quibusdam interpositus; cuius acerbitas in Catullo Bibaculo Horatio, quamquam illi epodos interueniat, reperietur.'

3—p. 22, 2 Schol. Pers. cod. Bern. 665 e descriptione Iahni: 'Satyra genus est lancis uariis frugum generibus plenum quae referta sacrificiis Veneri consueuit inferri. dicta autem satira a saturitate i. e. ab habundantia, unde in choro Liberi patris ministri uino atque epulis pleni saturi appellabantur: inde scriptum poematis satirici hunc titulum accepit quod personis factisque satiata abundare uideo (*i. e.* uidetur). Vel satyra dicitur apud Romanos carmen maledicum et ad carpenda hominum uitia compositum quale scripserunt Lucilius horatius et persius. at olim carmen quod e uariis poematibus constabat satira uocabatur quale scripserunt pacuuius et emilius (*immo* Ennius). Satyra autem dicta siue a satyris quod similiter in hoc carmine ridiculae respuendeque (*i. e.* res pudendaeque) dicuntur quasi uelut a satyris proferantur siue a satura lance, quae referta uariis multisque primitiis diis inferebatur et a copia et a satietate rei satura uocabatur. alii autem dictam putant a lege satira, quae uno rogatu multa simul capiebat, quod scilicet in huiusmodi carmine multa poemata comprehen-

1 catulus *ABM* || 2 uiuaculus *ABM* || 3 Satyra *ABM* || Satyra est carmen apud romanos non quidem apud graecos maledicum ς | 4 archeae *ABM* || 5 quales *AM* || 6 sed *scripsi:* et *ABM* || 7 satyra *BM* satira *A* || quales *AB* || 8 satyra *ABM* || 10 satyra a lance *AB* satyra lante *M* a satyra lance ς || 11 in sacris Cereris inferebatur ς || 12 priscos diis *BM* priscordis *A* || ac *om BM* || satyra *AM* satira *B* || 15 lancibus] *Verg. georg. II 194* || 17 lancesque] *Verg. georg. II 394*

Digitized by Google

siue a quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum saturam dicit Varro uocitatum. est autem hoc positum in secundo libro Plautinarum quaestionum: 'satura est uua passa et polenta et nuclei pini ex mulso consparsi. ad haec alii addunt et de malo punico grana'. alii autem dictam putant a lege satura, quae uno rogatu multa simul conprehendit, quod scilicet et satura (uno) carmine multa simul poemata conprehendantur. cuius saturae legis Lucilius meminit in primo:

per saturam aedilem factum qui legibus soluat,

dantur. satira est genus clarni i. disci uel lancis et dr. a satietate eo quod plena conuiciis et reprehensionibus est hominum. satirae proprium' e. q. s. v. Pers. ed. Iahn. p. 211. Quintilianus X 1, 93 sqq.: 'Satira quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus Lucilius quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non eiusdem modo operis auctoribus sed omnibus poetis praeferre non dubitent. ego quantum ab illis tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum et esse aliquid quod tollere possis putat. nam eruditio in eo mira et libertas atque inde acerbitas et abundantia salis. multum est tersior ac purus magis Horatius et, non labor eius amore, praecipuus. multum et uerae gloriae quamuis uno libro Persius meruit. sunt clari hodieque et qui olim nominabuntur. alterum illud etiam prius satirae genus sed non sola carminum uarietate mixtum condidit Terentius Varro, uir Romanorum eruditissimus. plurimos hic libros et doctissimos composuit, peritissimus linguae Latinae et omnis antiquitatis et rerum Graecarum nostrarumque, plus tamen scientiae collaturus quam eloquentiae.' Euanthius de fabula: 'quod primo Lucilius nouo conscripsit modo, ut poesin inde faceret, id est unius carminis plures libros.' Lydus de mag. p. r. I 41: *Ῥίνθωνα καὶ Ἀσκήραν καὶ Βλέσον καὶ τοὺς ἄλλους τῶν Πυθαγόρων (Σκίραν καὶ Βλαῖσον καὶ τοὺς ἄλλους τῶν φλυακογράφων* coni. Reuvens) *ἴσμεν οὐ μικρῶς διδαγμάτων ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος γενέσθαι καθηγητάς, καὶ διαφερόντως τὸν Ῥίνθωνα, ὃς ἑξαμέτροις ἔγραψε πρῶτος κωμῳδίαν· ἐξ οὗ πρῶτος λαβὼν τὰς ἀφορμὰς Λουκίλιος ὁ Ῥωμαῖος ἡρωϊκοῖς ἔπεσιν ἐκωμῴδησε. μεθ' ὃν καὶ τοὺς μετ' αὐτόν, οὓς καλοῦσι Ῥωμαῖοι σατυρικούς, οἱ νεώτεροι τὸν Κρατῖνον καὶ Εὔπολιδος χαρακτῆρα ζηλώσαντες. τοῖς μὲν Ῥίνθωνος μέτροις τοῖς δὲ τῶν μνημονευθέντων διασυρμοῖς χρησάμενοι, τὴν σατυρικὴν ἐκράτυναν κωμῳδίαν, Ὁράτιος μὲν οὐκ ἔξω τῆς τέχνης χωρῶν, Πέρσιος δὲ τὸν ποιητὴν Σώφρονα μιμήσασθαι θέλων τὸ Λυκόφρονος παρῆλθεν ἀμαυρόν· Τοῦρνος δὲ καὶ Ἰουβενάλιος καὶ Πετρώνιος, αὐτόθεν ταῖς λοιδορίαις ἐπεξελθόντες, τὸν σατυρικὸν νόμον παρέτρωσαν.* Isidorus origg. VIII 7, 8: 'Satyrici autem dicti siue quod pleni sint omni facundia siue

---

2 satyram *ABM* ‖ uocitatam *codex Scioppii susp. lect. V 10* ‖ 3 satyra *ABM* ‖ uua] ubi ς ‖ 4 polenta muclea (*corr.* nuclei) *M* ‖ pini et mulso conspersi *codex Scioppii* pinei mulso conspersi *Putschius* ‖ 6 conprehendit *O. Iahn.*: conprehendat *ABM* ‖ satyra *ABM* ‖ 7 uno *add. O. Iahn.* ‖ carminae *M* carmina *A* ‖ carmina multa simul et poemata ς ‖ 8 satyrae *AB* satyra *M* ‖ 10 satyram *ABM* ‖ quis *coniecit I. Dousa Lucilii sat. rel. I 9 p. 24*

et Sallustius in Iugurtha: 'deinde quasi per saturam sententiis exquisitis in deditionem accipitur'.

4* Pylades Cilix pantomimus, cum ueteres ipsi cantarent adque saltarent, primus Romae chorum et fistulam sibi praecinere fecit *(a. 732)*.

I

5* LIVIVS tragoediarum scribtor clarus habetur *(† a. 567)*:

a saturitate et copia: de pluribus enim simul rebus loquuntur: seu ab illa lance, quae referta diuersis frugum uel pomorum generibus ad templa gentilium solebat deferri: aut a satyris nomen tractum qui inulta habent ea quae per uinolentiam dicuntur.'

p. 20, 7 sq. Porph. Hor. sat. I 10, 46: 'item Ennium qui quatuor libros saturarum reliquit ac Pacuuium huic generi uersificationis non suffecisse' (Horatius ait).

4* Hieronymus Ol. 189, 3. Macrobius Sat. II 7, 18: 'hic *(Pylades)*, quia ferebatur mutasse rudis illius saltationis ritum, quae apud maiores uiguit, et uenustam induxisse nouitatem, interrogatus ab Augusto, quae saltationi contulisset, respondit:

Αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν ὁμαδόν τ' ἀνθρώπων.'

Ceterum non recte Scaliger Hieronymum insimulat, cum Pyladis inventum cum Liviano (cf. Livius ab urbe condita VII 2) confudisse.

5* Hieronymus Ol. 148, 2. Cicero Brut. 18, 72: 'atqui hic Liuius primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus docuit, anno ipso ante quam natus est Ennius, post Romam conditam autem quarto decumo et quingentesumo, ut hic ait, quem nos sequimur. est enim inter scriptores de numero annorum controuersia. Accius autem a Q. Maxumo quintum consule captum Tarento scripsit Liuium, annis XXX post quam eum fabulam docuisse et Atticus scribit et nos in antiquis commentariis inuenimus, docuisse autem fabulam annis post XI, C. Cor-

---

In Hieronymianis excerptis recensendis his subsidiis usus sum: B = Bernensis 219 olim Bongarsianus (Floriacensis) s. VIII 'maiusculis litteris ante annos DCCCXXVII scriptus (a. 782) omnium vetustissimus et luculentissimus' Scaliger in praef. anim. in Eusebi chronicon. contuli e descriptione eius a Ritschelio comparata. P = Petavianus, nunc fortasse Reginensis, cf. Montfaucon bibl. bibl. I Catal. bibl. Al. Petavii p. 85: 'Eusebius Caesariensis chronicon 1165'. etiam Petaviana fragmenta (cf. Pontacus p. 21 ed. Vall.) in eadem bibliotheca extant. cf. Montf. ibid.: 'Fragmentum eiusdem 1217, 2 & 4'.

1 et salustius *M*, *om. B* || in Iugurtha] *cap. 29* || satyram *ABM* || 3 Cilex *BP* || 4 *fecit Scal.* || 5 fecit *in B lacerato folio periit* || 6 Liuius *scripsi:* Titus Liuius *B (Scal.)* 'Μνημονικὸν σφάλμα. *Praenomen eius erat Marcus non Titus' Scaliger. Immo fuit Lucius neque error Hieronymo sed librariis tribuendus est* || scriptor *(Scal.)*

qui ob ingenii meritum a Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est.

II

NAEVIVS comicus Vticae moritur *(a. 552)*, pulsus Roma 6* factione nobilium ac praecipue Metelli.

nelio Q. Minucio consulibus *(a. 565)*, ludis Inuentatis quos Salinator Senensi proelio uouerat. in quo tantus error Acci fuit, ut his consulibus XXXX annos natus Ennius fuerit: cui si aequalis fuerit Liuius, minor fuit aliquanto is qui primus fabulam dedit quam ei qui multas docuerant ante hos consules et Plautus et Naeuius.' Cassiodorius (ex Liui ab urbe condita lib. XX): 'C. Mamilius et Q. Valerius *(a. 515 adscriptum errore librariorum)*. his coss. ludis Romanis primum tragoedia et comoedia a L. Liuio ad scenam data.' Gellius XVII 21, 42: 'consulibus Claudio Centone Appii Caeci filio et M. Sempronio Tuditano primus omnium L. Liuius poeta fabulas docere Romae coepit.' — C. F. Hermannus in progr. Gotting. 1848 p. 3 probabiliter coniecit Hieronymum eodem quo Accium errore lapsum esse, qui alteram Tarenti expugnationem cum priore confunderet Liiumque Salinatorem illum putaret, qui victoriam Senensem rettulerat: nisi mauis statuere a Suetonio errore Acci commemorato Hieronymum quae erat eius neglegentia Acci notationem cum Suetoniana commutasse.

6* Hieronymus Ol. 141, 3. Cicero Brut. 15, 60: his *(Cethego et Tuditano)* consulibus *(a. 550)*, ut in ueteribus commentariis scriptum est, Naeuius est mortuus: quamquam Varro noster diligentissumus inuestigator antiquitatis putat in hoc erratum uitamque Naeui producit longius.' cf. Ritschelii Parerga p. 50. Suetonius Varronem secutus esse videtur. — Gellius XVII 21, 45: 'eodemque anno *(a. 519)* Cn. Naeuius poeta fabulas apud populum dedit, quem M. Varro in libro de poetis primo stipendia fecisse ait bello Poenico primo, idque ipsum Naeuium dicere in eo carmine quod de eodem bello scripsit.' Idem III 3, 15: 'sicuti de Naeuio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Hariolum et Leontem, cum ob assiduam maledicentiam et probra in principes ciuitatis de Graecorum poetarum more dicta in uincula Romae a triumuiris coniectus esset. unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias

---

erant ille et haec olim Pauli Petari in suprema curia Parisiensi senatoris regii, cuius beneficio et ad Scaligerum et ad Pontacum delatus est. 'optimae notae' Scaliger l. c. huius scripturas multis locis Pontacus in castigationibus et notis ad Eusebi chronicon protulit: unde diligenter excerpsi. etiam Scaliger nonnumquam eius lectiones commemorat. F = Frcherianus, deinde a M. Frehero Scaligero (cf. l. c.) dono datus, nunc Leidensis (cf. Catal. Lugd. Bat. p. 339 Manuscr. gr. et cat. legati Scaligerani 14) s. VIIII ineunte teste Gcelio scriptus. 'luculentus et optimae notae' Scaliger l. c. huius scripturae paucis locis a Scaligero enotatae. praeterea Scaligeri scripturam adscripsi: consensum eius cum editione H. Stephani Paris. (1512) sic significavi: (Scal.).

1 ingenti *B* ‖ 3 Neuius *P*

Digitized by Google

III

7* PLAVTVS ex Vmbria Sarsinas Romae †moritur *(a. 554)*: qui propter annonae difficultatem ad molas manuarias pistori se locauerat, ibi quotiens ab opere uacaret scribere fabulas solitus ac uendere.

IIII

8* QVINTVS ENNIVS poeta †Tarenti nascitur *(a. 515)*: qui a Catone quaestore Romam translatus habitauit in monte Auentino, parco admodum sumptu contentus et unius ancillae ministerio.

dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.' Pseudo-Asconius in act. 1 Verr. 29 p. 140, 10: 'dictum facete et contumeliose in Metellos antiquum Naeuii est: Fato Metelli Romae fiunt consules. cui tunc Metellus consul *(a. 548)* iratus uersu responderat senario hypercatalecto, qui et saturnius dicitur: Dabunt malum Metelli Naeuio poetae.' Gellius I 24, 1 sq.: 'Trium poetarum illustrium epigrammata, Cn. Naeuii Plauti M. Pacuuii, quae ipsi fecerunt et incidenda sepulcro suo reliquerunt, nobilitatis eorum gratia et uenustatis scribenda in his commentariis esse duxi. epigramma Naeui plenum superbiae Campanae, quod testimonium esse iustum posset, nisi ab ipso dictum esset:

Immortales mortales si foret fas flere,
flerent diuae Camenae Naeuium poetam.
itaque postquam est orci traditus thesauro,
obliti sunt Romae loquier lingua Latina.'

7* Hieronymus Ol. 145, 1. Cicero Brut. 15, 60: 'nam Plautus P. Claudio L. Porcio uiginti annis post illos quos ante dixi coss. mortuus est Catone censore.' cf. Ritschelii Parerga p. 47. Gellius XVII 21, 47: 'atque non nimium longe *(post sumptum bellum aduersus Poenos secundum)* M. Cato orator in ciuitate et Plautus poeta in scena floruerunt.' unde apparet aut ipsum Hieronymum aut librarium aliquem pro 'clarus habetur' 'moritur' scripsisse. Hertzius 'moratur' coniecit, quod ab usu chronographorum alienum est. — Quintilianus X 1, 99: 'in comoedia maxime claudicamus, licet Varro Musas, Aelii Stilonis sententia, Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si Latine loqui uellent' e. q. s. Gellius III 3, 14: 'sed enim Saturionem et Addictum et tertiam quandam, cuius nunc mihi nomen non subpetit, in pistrino eum scripsisse Varro et plerique alii memoriae tradiderunt, cum pecunia omni, quam in operis artificum scenicorum pepererat, in mercatibus perdita inops Romam redisset et ob quaerendum uictum ad circumagendas molas, quae trusatiles appellantur, operam pistori locasset.' Gellius I 24, 3: 'epigramma Plauti, quod dubitassemus an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum esset in libro de poetis primo:

Postquam est mortem aptus Plautus, comoedia luget,
scaena est deserta ac dein Risus Ludus Iocusque
et Numeri innumeri simul omnes conlacrimarunt.'

8* Hieronymus Ol. 135, 2. 9* Hieronymus Ol. 153, 1. Cicero Brut.

---

1 moritur] clarus habetur *Ritschelius* moratur *Hertzius* || 2 pistorem *Scal.* || 3 uacasset *Scal.* || scribere fabulas solitus ac uendere (uindere *B*) *B Scal.* scribere fabulas ac uendere solitus *P* || 5 Q. *(Scal.)*

Digitized by Google

Ennius poeta septuagenario maior articulari morbo perit 9*
(a. 586) sepultusque † in Scipionis monumento uia Appia intra primum ab urbe miliarium: quidam ossa eius Rudiam ex Ianiculo translata adfirmant.

V

STATIVS CAECILIVS comoediarum scribtor clarus habetur 10*

18, 72: 'atqui hic Liuius primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus docuit, anno ipso ante quam natus est Ennius, post Romam conditam autem DXIIII.' Gellius XVII 21, 43: 'Claudium et Tuditanum consules secuntur Q. Valerius et C. Mamilius, quibus natum esse Q. Ennium poetam M. Varro in primo de poetis libro scripsit eumque cum septimum et sexagesimum annum haberet, duodecimum annalem scripsisse idque ipsum Ennium in eodem libro dicere.' Cicero de orat. II 68, 276: 'at illud Nasicae, qui cum ad poetam Ennium uenisset eique ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset domi non esse, Nasica sensit, illam domini iussu dixisse, at illum intus esse. paucis post diebus cum ad Nasicam uenisset Ennius et eum a ianua quaereret, exclamat Nasica se domi non esse. tum Ennius: Quid? ego non cognosco uocem, inquit, tuam? hic Nasica: Homo es inpudens, ego cum te quaererem, ancillae tuae credidi, te domi non esse: tu mihi non credis ipsi.' Cicero Tuscul. I 15, 34: 'Quid poetae? nonne post mortem nobilitari uolunt? unde ergo illud?

Adspicite o ciues senis Enni imaginis formam:
hic uestrum panxit maxuma facta patrum.

mercedem gloriae flagitat ab eis quorum patres affecerat gloria: idemque:

Nemo me lacrumis decoret nec funera fletu
faxit. cur? uolito uiuus per ora uirum.'

Ceterum Rudiae vel Rudiis natus erat Ennius; Tarenti vero veri simile est eum educatum Graecisque litteris institutum esse. cf. Fr. Ritter. Zeitschrift f. Alterth. 1840 p. 370. quod cum narrasset Suetonius, Hieronymus has duas urbes confudit. — In monte Aventino erat aedis Minervae in qua consistebant scribae histrionesque. cf. Festus p. 333. O. Iahn. Berichte der sächs. Ges. d. W. VIII 1856 p. 296 sqq. — Praeterea in eo quoque indiligens fuit Hieronymus quod Ennium in Scipionis monumento sepultum tradit; ubi tantum eius effigiem ex marmore positam esse testantur Cic. pro Archia 9 Liv. XXXVIII 56 Ovid. A. A. III 409 Val. Maxim. VIII 14, 1 Plin. N. H. VII 30, 114. corpus in Ianiculo conditum esse ipsa Hieronymi quae secuntur verba 'ex Ianiculo' euincunt. — 'Cicero autem quod eundem anno ante, Q. Marcio Philippo iterum et Cn. Seruilio Caepione coss. obiisse tradit (Brut. 20, 78: 'C. Sulpicio Gallo praetore ludos Apollini faciente, cum Thyesten fabulam docuisset'), huius potius errorem esse arbitror, qui cum numero rotundo ipsos LXX annos explesse crederet (cf. de senect. 5), computando ad illos consules delatus est.' C. F. Hermannus l. c. p. 4.

10* Hieronymus Ol. 150, 2. Gellius XVII 21, 49: 'neque magno interuallo postea Q. Ennius et iuxta Caecilius et Terentius' (fuit). Idem IIII 20, 13: 'Caecilius quoque ille comoediarum scriptor inclutus seruus fuit et propterea nomen habuit Statius. sed postea uersum est quasi in cognomen, appellatusque est Caecilius Statius.' — vv. 'En-

---

1 poetacta *B* || periit (*Scal.*) || 3 Rudiam *BP* (*Scal. et Pontaco auctoribus*) Rodiam *F* || 5 Cecilius *B* || scriptor *(Scal.)*

Digitized by Google

(a. 575) natione Insuber Gallus et Ennii primum contubernalis; quidam Mediolanensem ferunt. mortuus est anno post mortem Ennii et iuxta Ianiculum sepultus.

VI

11 PVBLIVS TERENTIVS AFER, Karthagine natus, seruiit Romae Terentio Lucano senatori, a quo ob ingenium et formam non institutus modo liberaliter, sed et mature manu missus est. quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet, cum inter finem secundi Punici belli et initium tertii et natus sit et mortuus. nec si a Numidis aut Gaetulis captus sit, ad dominum Romanum

nii primum contubernalis' explicat O. Iahn. Berichte d. sächs. Ges. d. W. VIII 1856 p. 298. — Quintilianus X 1, 99: 'in comoedia maxime claudicamus ..... licet Caecilium neteres laudibus ferant' e. q. s. cf. Varro ap. Charis. p. 241, ap. Non. p. 374 Hor. ep. II 1, 59 Gellius XV 24.

5; p. 28, 3. 8, p. 32, 15 Hieronymus Ol. 155, 3 *(a. 596)*: 'Publius Terentius Carthaginiensis (Carthaginienses *B*) comoediarum scribtor, ob ingenium et formam libertate donatus, in Arcadia (Archadia *B*) moritur. qui primam Andriam antequam aedilibus nenderet, Caecilio (Caelio *P*) multum se miranti legit.' — 'Metachronismus unius anni' Scal.

---

1 insuper *B* || 3 iuxta cum in Ianiculo *coni. C. F. Hermannus*

Vitae Terentianae hi codices praesto fuerunt: A = *Parisinus membr. 7920 saec. XI, olim Petri Danielis* B = *Parisinus chart. 7921 saec. XV* C = *Leidensis membr. Voss. 186 saec. XV* D = *Dresdensis membr.-chart., Elect. 539ᵇ, Reg. D. 101 saec. XV: qui ubi propter evanidam scripturam legi non potuit, sic* [D] *notatur* E = *Vrbinas membr. 354 saec. XV* F = *Reginensis membr. 1496 saec. XV* G = *Neapolitanus membr. mus. Borbon. 411 saec. XV* Z = *editio princeps Donati Romana anni 1472. Praeterea* Ald. *nobis est Franc. Asulani Aldina anni 1517*, St. *Rob. Stephani Parisina anni 1529*, Vet. *Aldo aliqua vetustior, principe posterior.* a *et* b *notis manus pr. et sec. signatur* || 4 affer *A* || kartagine *BCD.* cartagine *A.* cartaginense *Ea*, carthaginense *Eb.* carthagine *ceteri* || seruiit *Rothius.* seruit *A. om. D.* seruiuit *ceteri* || 5 rõme *BCDZ* || P. Terentio *e 'suo manuscripto' Pighius Annal. II, p. 347, Osannus Anal. p. 21* || senatore *A. om. BCD* || 6 maturé *A.* nẽ *G. om. Ea* || 7 est *om. EZ* || quidẽ *A* || ullo *C* || 8 potuisse *om. C* || inter finem *A.* in fine *ceteri [D]* || 9 belli punici *DEG*, *Vet.* belli *Z.* punici belli natus sit *F* || initio *BF.* ante initium *EZ[D]* || tercii *A* || et natus sit et *Ritschelius:* natus sit et *Ald.* natus est et *libri*, *nisi quod* natus est *G*, *proxsus om. F* || mortuus *om. G* || ne *G* || si animidis *A* || 10 aut *F*, *Vet.* et *ceteri [D]* || geturis *A.* gentulis *F.* getulis *ceteri* || sit *om. G* || ad dominum *Iac. Gronovius.* ad ducem (*vel* adducẽ) *libri. Graviora molitus* adduci Romam ibique uenire *pereleganter Schopenus*

Digitized by Google

peruenire potuisse, nullo commercio inter Italicos et Afros nisi post deletam Karthaginem coepto. hic cum multis nobilibus familiariter uixit, sed maxime cum Scipione Africano et C. Laelio, quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur. quod et ipsum Fenestella arguit, contendens utroque maiorem natu fuisse. quamuis et Nepos aequales omnes fuisse tradat et Porcius suspitionem de consuetudine per haec faciat:

Dum lasciuiam nobilium et laudes fucosas petit,
Dum Africani uocem diuinam inhiat auidis auribus,
Dum ad Philum se cenitare et Laelium pulchrum putat,
Dum in Albanum crebro rapitur ob florem aetatis suae:

3; 10; p. 28, 4; p. 30, 3 Donatus in Adelph. prol. 15: 'HOMINES NOBILES: Scipionem Africanum significat et Laelium Sapientem et Fu-

---

1 potuisset *St* || commertio *E.* comertio *CZ[D]* || italiquos *A.* ytalicos *CD.* italos *F* || 2 debellatum *D* || kartaginem *BCD.* cartaginem *A.* carthaginem *ceteri* || cepto *ABF.* capto *C* || 3 affricano *BCD.* aphricano *EZ* || 4 C. *AF.* cum *ceteri* || lelio *BCDZ* || etiam] et *BC* || gratia *om. C.* pulchritudine *B.* flore *D* || conlians *E* || 5 ẽt (*h. e.* etiam) *D* || arguit] docet *B* || 6 natu maiorem *F.* maiorem nam *E* || et *Rothius.* ex *A.* cor. *BCD.* cornelius *EZ.* et cornelius *F*, *St* || equales *Z* || 7 tradat *A.* tradit *ceteri* || et] sed *G* || Porcius *St.* portius *libri*, *nisi quod* potius *G* || suspitionem *AEZ.* suspicionem *DF.* suspictionem *G. om. BC* || hoc *D* || 8 fecit *G* || 9 — *p.* 28, 7 *Non satis felicem in his restituendis operam Scaliger consumpsit Animadv. in Euseb. p. 144 sq. ed. alt., infeliciorem Bothius in Beckii Comm. soc. phil. Lips. I, p. 34 sq., infelicissimam Walchius Emend. Livian. p. 143 sqq. Nec multum profecit Rothius* || 9 lasciuias *BC* || laudes fucosas *A*, *Wolfius.* fucosas laudes *BCG.* fuscosas laudes *EFZ.* furiosas dades *D* || 10 affricam *CD* || uocem diuinam inhiat *Muretus.* uocẽ dum et inhuius et *A.* noce diuina inhiat *ceteri*, *nisi quod* iniat *B*, inihat *C* || auribus auidis *F* || 11 Philum *Rothius.* firũ *A.* furium *ceteri* || se *om. F* || coenitare *EF*, *Vet.* coemitare *Z.* centare *A.* cantare *G.* coemptac *B.* coemptare *C.* coenare *Wolfius* se ad Furium *transponens* || lelium *ABCDZ* || pulchrum putat *A*, *Ald.* putat pulchrum *ceteri* || 12 Dum in Albanum crebro rapitur *expulso glossemate Ritschelius.* dum se amari ab his credat crebro in albanum rapit̃ (*h. e.* rapitur) *A.* dum se amari ab his credit crebro (craebro *F*) in albanum rapi *ceteri* (*nisi quod* rapido *pro* rapi ob *G*): *ubi* hisce *Ald. Alia olim via inita est Parerg. Plaut. I, p. 637 sq. (Mus. Rhen. n. I, p. 148 sq.)* || ob *A*, *St.* ad *ceteri praeter G* || etatis *BZ* || sue *EZ*

Digitized by Google

Suis postlatis rebus ad summam inopiam redactus est.
Itaque ex conspectu omnium abit in Graeciam terram ultumam.
Mortuos Stymphalist Arcadiae oppido. nil Publio
Scipio profuit, nil illi Laelius, nil Furius,
Tres per id tempus qui agitabant nobiles facillume.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,
Saltem ut esset, quo referret obitum domini seruolus.

Scripsit comoedias sex. ex quibus primam Andriam cum aedilibus daret, iussus ante Caecilio recitare ad cenantem cum uenisset, dicitur initium quidem fabulae, quod erat

rium Philum.' Item in v. 17: 'IN BELLO: Scipionis. IN OTIO: Furii Phili. IN NEGOTIO: Laelii Sapientis.'

---

1 Suis postlatis *Ritschelius.* post sublatis *A.* ipsus sublatis *EG, St.* ipsis sublatis *ceteri.* Suis spoliatus *Bezzenbergerus teste Fleckeiseno.* ipsus . . . Suis ablatis *(cum lacuna) Wolfius* || 2 ex *A.* e *ceteri* || abit in Graeciam terram *Scaliger.* abit greciam in terram *A: (unde facile* abiit Graeciam in terram *efficias).* abiit in graeciam terram *FG et, nisi quod* grec., *E.* abiit in greciam in terram *DZ.* abit in greciam *Ba:* abiit in greciam *BbC.* abiit Graeciae in terram *Bothius: pro quo potuerat etiam* abit in Graeciae terram || ultimam *libri. fortasse* intumam *fuit* || 3 Mortuos Stymphalist *Ritschelius: cf. ad p. 32, 15.* mortuus est infalo *A.* mortuus est in phalo *BCDF.* mortuus est in pholo *G.* mortuus est in stimphalo *EZ.* Mortuust Stymphalo *Rothius*, in *inserens post* Arcadiae || arcadiae *F.* Arcadie *Z.* archaide *B.* archadiae *ceteri* || nichil *A.* nihil *ceteri: et sic prope constanter* || Publio *Ritschelius: quod post repertum est in E.* Publius *F, Ald.* P. *A (et pr. quidem manu), CDZ.* p. *B.* ei. p. *G* || 4 Scipio . . . . . seruulus *infra iterant libri p. 33, 6* || scipioni *E.* sci. *G* || profuit *BCDEZ; sup. scr. Gb, mrg. F. om. GaF.* ei profuit *A* || illi *A.* ei *ceteri* || lelius *ACDZ.* lucius *B.* L. *G* || nil *sic E* || Furius] F. *G* || Furius tres] siministros *A, sed* furius tres *mrg. m. rec.* || 5 id *Wolfius.* idem *libri, item infra* || qui *om. B.* quin *D* || agebant *C* || facillime *libri* || 6 ille *sup. scr. Gb. om. Ga* || opera *AEZ.* operam *ceteri* || habuit] si abuit *A.* ille habuit *G* || conduccicia *A.* conductitiam *ceteri* || 7 referet *G* || seruulo *A.* seruulus *ceteri* || 8 comedias *BCDZ* || 9 edilibus *BCDZ* || Caecilio *ex Hieronymo post Crinitum de poet. lat. I, c. 8 Lilius Gyraldus de poet. hist. dialogo VIII. p. 890 ed. Bas. a. 1545, Muretus, Scaliger.* caerio *A.* cerio *B.* cenam *G.* cerio *ceteri.* Acilio *Pighius Annal. II. p. 389, Vossius de poet. lat. p. 10 ed. Amst. a. 1654* || recitare . . . . contempti *om. A, nihil praeter* ore *servans* recitasse *G* || at *G* || cenatum *G.* cenam *D* || 10 quom *D* || dicitur *Th. Mommsenus.* dictum est *FG.* dictus est *ceteri* || initium *E, Vet.* initio *ceteri [D]* || quidam *B* || fabule *DZ.* fabula *BC* || quod *om. BC*

Digitized by Google

contemptiore uestitu, in subsellio iuxta lectulum residens legisse, post paucos uero uersus inuitatus ut accumberet cenasse una, dein cetera percucurrisse non sine magna Caecilii admiratione. et hanc autem et quinque reliquas aequaliter populo probauit: quamuis Volcatius in dinumeratione omnium ita scribat:

Simitur Hecura sexta exclusast fabula.

Eunuchus quidem bis deinceps acta est meruitque pretium quantum nulla antea cuiusquam comoedia, octo milia nummum. propterea summa quoque titulo ascribitur. * *

* * * * * * * * * * * *

7 Donatus epimetro vitae Ter. v. 11: 'Hecyra saepe exclusa, uix acta est.' Idem praef. Hec. p. 337 Lindenbr.: 'saepe exclusa haec comoedia.' Adde comm. in Hec. prolog. I, 4. II, 3. 7. 13. 26. 29.

8 Donatus praef. Eun. p. 96: 'acta est tanto successu ac plausu atque suffragio, ut rursus esset uendita et ageretur iterum pro noua, proque ea pretium, quod nulli ante ipsam fabulae contigit, octo milia sestertium numerarent poetae.'. Idem epimetro vitae Ter. v. 10: 'magno successu et pretio stetit Eunuchus fabula.'

---

1 contentiore *BCD* || in *Ritschelius. om. libri* || lectum *F* || rediens *B* || 2 uero paucos *G* || uersus imitatus *D.* uersus . . . . . inc$^{u}_{i}$tauit *A cum quinque circiter litterarum lacuna: ut* ab illo *intercidisse conicias* || *pro* accumberet *lacunam D* || 3 dein *A.* deinde *ceteri* || percucurrisse *A.* precurrisse *D.* percurrisse *ceteri* || Caecilii *item ut antea p.* 28, 9. caerii *A.* cerrii *B.* cerii *CEFZ.* cerei *D.* eorum *G* || 4 et] ex *G* || autem] utinam *C* || et *om. G* || qu'q3 *B* || alias reliquas *D* || equaliter *BZ. om. D* || 5 probant *D* || Volcatius *Z.* uulcatius *ceteri, nisi quod* ualerius *G* || in dinumeratione *Schopenus.* de numeratione *A.* de enūm̃ac̃one *B.* de enumeratione *ceteri.* de remuneratione *Mommsenus* || omnium *ADF, St. om. BCEZ.* operum *Bothius* || 6 scribat *AD, St.* scribit *ceteri* || 7 Simitur *Ritschelius.* sumetur *AF, St.* sumeretur *EGZ.* submet^{re} *B.* submẽtur *D.* submeret *C* || h̄ ura *B.* hẹcira *A.* he cyra *D.* aecyra *E.* echira *F.* hechira *G.* Ecyra *Z* || exclusast *duce Donato Ritschelius.* ex his *libri, ante* Hecyra *conlocata a Bothio.* ex hisce *Harius* || 8 eunucus *CD.* Enuchus *Z* || dei[nceps] *Ritschelius.* die *ABCDFG. om. EZ.* de i[ntegro] *fuit cum placeret* || preciũ *A* || 9 antea] alia *DEZ* || cuiusque *ABD* || comedia *ABCD* || octo *Ritschelius.* VIII^{b} *B.* Idẽ octo *A.* id est octo *(vel* VIII*) DF, St.* uidelicet octo *EZ.* L VIII *C* || milia numum *EZ.* miliá nummorum *AF et, nisi quod* numorum, *G.* milia numerum *D.* numorum numorum *B.* numerum *C* || 10 summa quoque *ADF, St.* summo quoque *BEGZ.* summoque *C* || asscribitur *B.* scribitur *D* || *Lacunam signavit Wolfius. intercidisse videntur qualia de* fabulis ab Apollodoro et Menandro translatis *Donatus prodidit in epimetro huius vitae*

nam Adelphorum principium Varro etiam praefert principio Menandri. Non obscura fama est adiutum Terentium in scriptis a Laelio et Scipione: eamque ipse auxit, numquam nisi leuiter se tutari conatus, ut in prologo Adelphorum:

Nam quod isti dicũnt maleuoli, homines nobiles
Hunc adiutare assidueque una scribere,
Quod illi maledictum uehemens esse existumant:
Eam laudem hic ducit maxumam, quom illis placet
Qui uobis uniuorsis et populo placent,
Quorum opera in bello, in̄ otio, in negotio
Suo quisque tempore usust sine superbia.

uidetur autem leuius se defendisse, quia sciebat Laelio et Scipioni non ingratam esse hanc opinionem. quae tum magis et usque ad posteriora tempora ualuit. C. Memmius in oratione pro se 'P. Africanus' inquit 'a Terentio personam

---

1 prefert *Z.* profert *FG* || 3 lelio *BCDZ.* L. *G* || scipione *(nisi quod* Sci. *G) libri ceteri:* Scipione, quibuscum familiariter uixit *E, Vet. (iam a. 1477) ep. 27, 3* || eamque *Schopenus.* namque *A.* eandemque *F.* eundemque *G.* eandem *ceteri* || hauxit *C.* haxit *Ba*, åxit *Bb.* uixit *E* || numquam *AEG.* numquam enim *ceteri* || 4 leniter *EZ* || se tutari] refutare *A.* se ditari *F [D]* || conat9 (*h. e.* cõnatus) *A.* conatur *ceteri [D]* || et *G* || prologo] *v. 15* || 5 quid *B. om. D* || ipsi *ABCDG* || maleuoli *A.* maleuoli *F.* maliuoli *ceteri* || nobiles *om. D* || 6 Hunc] Eum *libri Terentiani* || assidue una *G* || 7 uehemens esse *AF.* uehementer *BCD.* uehemens *EZ* || 8 Eam] Esse *G* || duxit *G* || maximam *libri* || quom] cum *Ald. (e Terentio).* Qd (*h. e.* Quid) *A.* qd' *D.* q *F.* quod *ceteri* || placeat *GZ.* placent *E* || 9 quid *A* || uobis *om. BCDGZ* || uniuersis *cod. m. G.* uniuersis *ceteri* || et *om. BCD* || placeãt *D* || 10 operam *G* || ocio in negocio *CDEF* || 11 suo *om. G* || quasque *A* || tempore usus est *(e Terentio) CEZ.* usus est tempore *F.* usus est *ceteri* || 12 autem leuius se *Ritschelius.* autem laelius autem *A.* autem se leuius *BC et, nisi quod* eu *in ras., F, item Ald.* autem se lenius *Z.* autem lenius *E.* autem leuius *G[D]* || Laelio et Scipioni *E, Vet.* ex laelio ex scipionis *A.* ut lelii et scipionis *BC.* et lelii ex scipionis *D.* et laelii et scipionis *F.* per Lelii et scipionis *G.* et Leliorum Scipioni *Z.* et Laelio et Scipioni *Fleckeisenus* || 13 ingratiam *B* || que *Z.* qui *G* || tum *Ritschelius: quod post repertum est in G.* tamen *ceteri* || 14 superiora *C* || C. Memmius *Ellendtius Proleg. in Cic. Brut. p. LXI ed. pr.* C. memius *A.* Q. memius *BC.* Q. memmius *EFGZ.* Q. Mc *D* || 15 se *A.* se ait *ceteri* ||

Digitized by Google

mutuatus, quae domi luserat ipse, nomine illius in scaenam detulit'. Nepos auctore certo comperisse se ait C. Laelium quondam in Puteolano kalendis martiis admonitum ab uxore, temperius ut discumberet, petisse ab ea ne se interpellaret, seroque tandem ingressum triclinium dixisse non saepe in scribendo magis sibi successisse: deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronuntiasse uersus qui sunt in Heauton timorumeno:

Satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt.

Santra Terentium existimat, si modo in scribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione et Laelio uti potuisse, qui tunc adulescentuli fuerint, quam C. Sulpicio Gallo, homine docto, quo consule [Megalens]ibus ludis initium fabularum dandarum fecerit, uel Q. Fabio Labeone et M. Po-

---

affricanus *CD* || inquit *Ritschelius cum Schopeno.* qui *libri* || a *om. B* || personam *om. E* || 1 que *Z* || domi luxerat *BC.* demulus erat *A.* domui luserat *Rothius* || incenam *A.* in scęnam *E.* in scoenam *F.* in scenam *ceteri* || 2 authore cerio *D.* areore cerio *G.* a reore cerio *C.* a reore cerrio *B* || Q. *F* || lelium *BCDZ* || 3 quodam *E* || inputet lano *A* || Kalendis martis *A.* Kal. martiis *F*, *Vet.* Kal. martii *E.* Kl mart. *B.* kl. mart. *C.* chl. mart. *D.* kl. martii *Z* || monitum *G* || 4 temporius *DFb.* temparius *BC* || petisse *AB.* petiisse *ceteri* || ne se *Ritschelius.* ne *libri* || interpellaret *A.* interpolleretur *F.* interpellaretur *ceteri* || 5 seroque *A.* seruius *B.* seruis *C.* serius *ceteri* || tamen *EG* || ingressum *A*, *Ald.* ingressus *ceteri* || tridinium *B* || sepe *Z* || 6 magis *om. D* || sibi successisse *A.* successisse sibi *ceteri*, *nisi quod* successe *F* || deinde rogatus *BG.* de interrogatus *C* || 7 heautontimerumeno *E.* eautontumerumeno *G.* eautentumerumenos *F.* eautantumerumenon *D.* entantumerumeno *C. Versus sunt 723 (IV, 4, 1)* || 9 siri *BC[D]* || hic *BCD.* hunc *EGa* || 10 Santra *Erasmus in Frobeniana Bas. a. 1532.* satra *ABEFZ.* sacra *CG[D].* Satras *St* || mo *in ras. F* || 11 lelio *BCDZ* || 12 qui . . . . fuere *sup. scr. F* || adulescentuli *AFG.* adolescentuli *ceteri* || fuerint *Ritschelius.* fuer *A.* fuert *D.* fuere *ceteri* || quam *om. Z* || C. *A.* Q. *BCFZ.* qui *D. om. E*, *Ald.* || sulpicio *A.* sulpitio *ceteri* || 13 quo consule Megalensibus *Ritschelius Parerg. Pl. I, p. 300.* et cuius consularibus *A*, *Rothius.* et consularibus *D.* et qui consularibus *ceteri*, *nisi quod* qui *in ras. F.* et qui Consualibus *Muretus.* et qui Cerealibus *Tan. Faber.* et qui Floralibus *Mommsenus* || fabularum dandarum fecerit *AF.* fecerit fabularum dandarum *ceteri* || 14 quinto *A* || labiene *A* || Popillio *Muretus.* popillo *A.* popilio *BCE*, *St.* pompilio *DFZ*

pillio, consulari utroque ac poeta. ideo ipsum non iuuenes designare qui se adiuuare dicantur, sed uiros quorum operam et in bello et in otio et in negotio populus sit expertus. Post editas comoedias, nondum quintum atque uicesimum ingressus annum, causa uitandae opinionis qua uidebatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Graecorum instituta moresque quos non perinde exprimeret in scriptis, egressus urbe est neque amplius rediit. de morte eius Volcatius sic tradit:

Sed ut Afer populo sex dedit comoedias,
Iter hinc in Asiam fecit. nauem autem ut semel
Conscendit, uisus numquam est: sic uita uacat.

Q. Cosconius redeuntem e Graecia perisse in mari dicit cum fabulis conuersis a Menandro: ceteri mortuum esse in Arcadia siue Leucadiae tradunt, Cn. Cornelio Dolabella M.

1 ac] et *F* || deo *A* || 2 designare *sup. scr. F.* designasse *EZ* || adiuuari *B.* adiuuasse *E.* adiuuisse *Z* || dicantur *Rothius.* dicuntur *A.* designarentur *D.* dicerentur *ceteri, in ras. F* || 3 ocio et in negocio *CDEF* || 4 comedias *ABCDZ* || nondum *A, St. om. ceteri* || quãtũ *B: quod* quartum, *non* quantum, *intĕrpretabatur Hasius* || uicesimum *A, Rothius.* nigessimum *D.* trigessimum *C.* trigesimum *ceteri* || 5 ingressus *Ritschelius.* egressus *libri* || annum] annum animi *A* || uitandae *A.* euitandae *EF.* euitande *ceteri* || qua *Vet.* qui *AB.* quia *ceteri* || 6 prorsus *D* || percipiendi *CDEGZ.* percipienda *AB.* ad percipienda *F* || grecorum *ABCDZ* || statuta *D* || 7 non *A, Rothius. om. ceteri* || exprimerent *D* || ira scriptis *B, sed* inscriptis *mrg.* || 8 urbe *Muretus*: urbem *St. om. libri* || redite *A* || Volcatius *Z.* uulcanus *D.* uulcatius *ceteri* || sic *om. EGZ* || 10 sex populo *EZ* || dedit comedias *BCD et, nisi quod* comoed., *EFG.* edidit comedias *Z.* comedias de đ *A* || 11 itẽ hinc *A.* inter hinc *Z.* inter hinc inter hinc *D* || nauem autem ut *Ritschelius.* nauem ut *AG.* nauim ut *BCDF.* nauim cum *EZ.* et nauem ut *Rothius* || 12 inscendit *B* || nusq̃ *F* || 13 Quintus *A* || cosconius *AG.* conscotius *B.* constotius *CD.* consecius *EZ.* cossentius *F* || e] de *G.* a *Lindenbruchii ed. Francofurtensis, non Parisina: quod Rothium fefellit* || grecia *BCDZ.* gĕcia *A* || perisse *AB.* periissĕ *ceteri* || dicit *om. A* || 14 cum fabulis *Ritschelius.* cũ. c. et uuc fabulis *A.* cum c. et VIII. fabulis *D.* cum c. et octo fabulis *B.* cum centum et octo fabulis *ceteri, nisi quod* otto *C* || e menandro *E.* a menandro *ceteri, Madvigius in Cic. de fin. I, 3, 7* || 15 Arcadia *Ritschelius: atque ita Hieronymus.* archadia stimphali *libri, interpolati e p. 28, 3: nisi quod* arcadia *EZ*, stymphali *AB*, in stimphali *F.* Arcadiae Stymphalo *Erasmus* || siue leucadie *A.* sinu leucadiae *ceteri, nisi quod* leucadie *CDZ*, leuchadie *B.* siue Leucadia *Erasmus*

Fuluio Nobiliore consulibus, morbo implicatum ex dolore ac taedio amissarum sarcinarum quas in naue praemiserat, ac simul fabularum quas nouas fecerat. fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. reliquit filiam, quae post equiti Romano nupsit: item hortulos XX iugerum uia Appia ad Martis. quo magis miror Porcium scribere: 'Scipio nihil ei profuit, nihil Laelius, nihil Furius: eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam'. Hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert, scribens in Compitalibus:

Terenti non consimilem dicas quempiam.

Volcatius autem non solum Naeuio et Plauto et Caecilio,

Cn.] c. n. *A.* Gn. *CD* || cornelio *AFG.* cor. *ceteri* || marco *E.* et M. *F* || dolobella *BCDGZ* || 1 consulibus *DEZ.* consunts *A.* con⁹ *B.* coss. *CF* || implicatum ex *Ritschelius:* implicitum ex *Rothius.* implicatã ac ex *A.* implicitum acri *ceteri* || 2 tedio *CDZ* || amnissarum *E.* amississ *D* || sarcinarum *A*, *Vet. (a. 1512).* fabularum *ceteri.* satyrarum *St* || quae *D* || naue *Ritschelius.* nauẽ *A.* nauim *F.* naui *ceteri* || premiserat *Z.* premisserat *C* || 4 colere *B* || reliquid *A* || filiam *om. BC, add. B mrg.* || que *Z* || 5 post *A. om. ceteri* || Ro. *Z* || ortulos *BCDF.* ortos *G* || uia, *non* in uia, *libri* || 6 apia *D* || Martis *Schopenus.* martis uillam *libri* || Porcium *St.* portum *C.* portium *ceteri* || Scipio . . . . . conducticiam *sic Ritschelius. Quae in libris sic interpolata sunt e p. 28, 4 sqq.:* scipio nihil profuit nihil lelius nihil furius, tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime. eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam, saltem ut esset quo referret obitum domini seruulus. *Vbi singulorum discrepantia haec est:* scipio nichil profuit *A.* scipio nil profuit *GZ.* scipioni nil profuit *E.* nihil publius scipio nil profuit *F.* nihil Publius Scipio profuit *Ald.* || nihil lelius nihil furius *B.* nil Lelius nil furiuś *F.* nichil ledius. furius *A.* nihil ei lelius nihil furius *ceteri* || operam *BCDF* || quidem domum *CG.* "domum "quidem *F.* quid domum *BD* || habuit *om. D* || conducticiã *A.* conclutitiam *B.* conductitiam *D.* conductitiam *ceteri* || referre *D* || obitum . . . . scribens *om. G* || 9 quidam *D.* quid *B* || prefert *Z.* praeferri *BCF. om. D* || scriberes *B* || Compitalibus] *v. 29 p. 144 Ribb.* || 10 Terenti non consimilem *Ritschelius.* terentii non similem *A.* terentio non similem *ceteri, nisi quod* similem non *G*, "similem "non *F* || dicas *Ritschelius.* dicens *libri.* dices *Ald.* || quempiam] q̄ *D* || 11 Volcatius *F: apud Gellium XV, 24.* uulcatius *BCEGZ.* Vulcanus *AD* || neuio *ABCDZ* || ex plauto excelio *A.* et planco et celio *D.* et plauto et caecilio *ceteri, nisi quod* cecilio *BCZ*

Digitized by Google

sed Licinio quoque et Atilio postponit. Cicero in Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
Conuersum expressumque latina uoce Menandrum
In medium nobis sedatis motibus effers,
Quiddam come loquens atque omnia dulcia miscens.

item C. Caesar:

Tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander,
Poneris, et merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret uis,
Comica ut aequato uirtus polleret honore
Cum Graecis, neue hac despectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror ac doleo tibi desse, Terenti.

3 Ausonius Protrept. 58: 'Tu quoque, qui Latium lecto sermone Terenti Comis' —.

---

1 licinio *A*, *Ald.* liuio *ceteri* || et atilio *A.* et attilio *D.* et astilio *BC.* et accilio *F.* et actilio *G.* *om. EZ* || postponi *B* || Ci. *G. apud Orell. IV, 2 p. 566* || lunone *G.* milone *D.* Lino *Vngerus Subsicivorum Brandenburgi Novi a. 1854 editorum p. 3* || 3 terentii *B* || 4 expressumque] expressum *BD.* et pressum *C* || litina *D* || 5 medium nobis *A.* medium populi *BCG.* medio populi *DEZ.* medium certe *F* || motibus *Barthius Advers. XXXIV, 7: nisi* moribus *males.* uocibus *libri* || affers *B* || 6 Quiddam *Pithoeus Epigramm. et poem. vet. p. 42 ed. Lugd. a. 1596.* quidā *A.* quidquid *B, Vct.* quidq *F.* quid quod *ceteri* || atque *A.* ac *ceteri* || dubia dicens dulcia dicens *G* || miscens *Ritschelius.* dicens *libri.* linquens *Ciceronis edd. vett. in fragmentis.* promens *Scaliger Catalect. p. 221 ed. Lindenbr. a. 1617* || 7 item *A*, *St. om. ceteri* || cesar *ABZ. p. 783 Nipperd.* || 8 tu in summis o *St.* tu in summisso *A.* tam submisso *DEZ.* non tam summisso *BCFG* || dimidietate *FG* || 9 Pond'eris *A* || puris *BC* || 10 laenibus *F* || utinam] ut *Ba*, ut *Bb* || scriptis] uerbis *Scaliger l. s. s.* || uis. comica ut *A.* uis comica aut *E.* uis comica ut *BZ et ut videtur ceteri.* uis, Comica ut *Bentleius in Hor. art. poet. 26*, *Wolfius Miscell. p. 452 sqq.* uis Comica, ut *vulgo* || 11 equato *BZ* || palleret *B* || 12 grecis *CDZ* || neue hac *Rothius.* neque hac *ABCDFG.* neque in hac *EZ* || despectus *E*, *Ald.* despecta ex *AG.* despecta ex *F.* despecta *ceteri* || iaceret *Z* || 13 doleo et maceror *G* || maceroy *A* || ac doleo *F*, *Rothius.* audoleo *A.* et doleo *ceteri* || desse *Ritschelius.* derē *A.* deesse *ceteri*

Suetoniana quae supra posita sunt ab hoc excipiuntur DONATI epimetro:

Digitized by Google

Haec Suetonius Tranquillus. nam duos Terentios poetas fuisse scribit Maecius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter libertinus Terentius Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse Terentium † Valegius in actione ait:

> Tuae quae uocantur fabulae, cuiaene sunt,
> Terenti? non has, iura qui populis dabat,
> Summo ille honore affectus, fecit fabulas?

duae ab Apollodoro translatae esse dicuntur comico, Phormio et Hecyra: quatuor reliquae a Menandro. ex quibus magno successu et pretio stetit Eunuchus fabula: Hecyra saepe exclusa, uix acta est.

Subiecimus discrepantiam scripturae: 1 Hec *Z* || Tran. *G* || terentias *AB* || 2 Maecius *Fleckeisenus conl. Bentleio in Hor. art. poet. 387, Weicherto Poet. lat. rel. p. 334 sqq.* maetius *A.* metius *ceteri* || fregellanus *DEZ.* fragellanus *BC.* fragellianus *G.* flagellanus *A.* flegellanus *F* || fuerat *BC* || terentius libo *AF, St.* T. libo *G.* terentius libertus *ceteri* || 3 T. Afer *G* || 4 fabulam *EZ.* fabulas *ceteri, sed* s *in ras. F* || terentium *A, Ald.* T. *G.* terentius *ceteri* || uallegius *Aa F.* uallegius *Ab.* ualegius *ceteri, item codex 'vetustissimus' Italus Barthii Advers. VI. 26.* Valgius *Erasmus.* Valerius *dubitanter Henr. Keilius Ephem. litt. Hal. a. 1849 m. Mart. p. 470* || in actione *St, Barthius, et aut sic aut* in translatione *Vngerus de Valgii poem. p. 160. 443.* inactione *A.* ñatione *E.* natione *ceteri cum Italo.* in Acteone *Erasmus.* in Auctione *Scaliger* || 6—8 *Non satis horum emendatio vel Scaligero successit vel Rutgersio Var. lect. I, 7 vel iambicos tetrametros comminiscenti Barthio vel Vngero p. 158 vel Keilio* || 6 Tuae *Windischmannus in Welckeri Nachlique Mus. Rhen. I, p. 113, item Keilius.* hae *libri cum It., nisi quod* he *BZ* || 6 que *BZ* || fabule *BCDZ* || cuiaene sunt *Bothius.* cuiae sunt *AEG, It.* cuiuae sunt *F.* cuie sunt *ceteri.* cuius sunt *St.* cuius sunt, cedo *coni. Erasmus*, dic cuius sunt *Oudendorpius* || 7 Terenti? non has, iura qui populis dabat *Ritschelius.* non has qui iura populis retentibus dabat *A, sed* terentius *Ab mrg.* non has qui iura populis recensentibus dabat *ceteri, nisi quod* num *It.*, populi *EZ*, recentionibus *It.* Non has qui iura Poblius gentibus dabat *Scaliger et* Poplius dabat gentibus *transponens Fleckeisenus.* leges gentibus *vel* reges gentibus *in monstro scripturae latere Rutgersio visum*, regna nationibus *Barthio*, regibus (ac populis) *Keilio.* nonne *cum Rutgersio expetentes redarguebat Nackius Valer. Cat. p. 210* || 8 Summo ille honore *Ritschelius.* summo honore *libri cum It., nisi quod* sumo *B.* Honore summo *Erasmus* || fabulas fecit *D* || 9 due *BZ* || appollodoro *BCE.* appolodoro *Z.* Apollodoro Caricio (*h. e.* Carystio) *Vita Ter. Ambrosiana (add. Rothiana in Mus. Rhen. n. XII, p. 188): quode cf. Parerg. Pl.*

Digitized by Google

VII

12* PACVVIVS Brundisinus tragoediarum scribtor clarus habetur *(a. 600)*, Ennii poetae ex filia nepos, uixitque Romae quoad picturam exercuit ac fabulas uenditauit: deinde Tarentum transgressus prope nonagenarius diem obiit.

VIII

13* L. ACCIVS tragoediarum scribtor clarus habetur *(a. 615)*, natus Mancino et Serrano coss. *(a. 582)* parentibus libertinis, et seni iam Pacuuio Tarenti sua scripta recitauit: a quo et fun-

12* Hieronymus Ol. 156, 3. Gellius XVII 21, 49: 'et subinde et Pacuuius *(post Ennium et Caecilium Statium)*.' Plinius N. H. XXXV 19: 'Proxime celebrata est in foro boario aede Herculis Pacuui poetae pictura. Ennii sorore genitus hic fuit clarioremque artem eam Romae fecit gloria scaenae.' Horatius epist. II 1, 55 sq.: 'Anfert Pacuuius docti famam senis, Accius alti.' cf. Velleius II 9 Quintilianus X 1, 97 Gellius I 24, 4: 'Epigramma Pacuuii uerecundissimum et purissimum dignumque eius elegantissima grauitate:

Adulescens tam etsi properas, te hoc saxum rogat,
ut sese aspicias, deinde quod scriptum est legas.
hic sunt poetae Pacuui Marci sita
ossa. hoc uolebam nescius ne esses. uale.'

Varro *Ὄνος λύρας* apud Non. p. 88, 4 (III Vahlen. p. 4, 6sqq.):

'Pacui discipulus dicor, porro is fuit Enni,
Ennin' Musarum, Pompilius clueor.'

13* Hieronymus Ol. 160, 2. Cicero Brut. 61, 229: 'ut Accius isdem aedilibus ait se et Pacuuium docuisse fabulam, cum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset.' Scaliger adnotat anno Hieronymiano (a. 615) fuisse Accium annorum XXXIII, memor ille ni fallor huius Ciceroniani loci. Gellius XVII 21, 49: 'et subinde et Pacuuius et Pacuuio iam sene Accius.' Gellius XIII 2: 'Cum Pacuuius grandi iam aetate et morbo corporis diutino adfectus Tarentum ex urbe Roma concessisset, Accius tunc haut paruo iunior, proficiscens in Asiam, cum in oppidum uenisset, deuertit ad Pacuuium comiterque inuitatus plusculisque ab eo diebus retentus tragoediam suam cui Atreus nomen est desideranti legit. tum Pacuuium dixisse aiunt, sonora quidem esse quae scribsisset et grandia, sed uideri tamen ea sibi duriora paulum et acerbiora. Ita est, inquit Accius, uti dicis, neque id me sane paenitet; meliora enim fore spero, quae deinceps scribam. nam quod in pomis, itidem, inquit, esse aiunt in ingeniis: quae dura et acerba

---

I, p. 325 || translate *CDZ* || comice *BCD* || formio *BC* || 10 et *om. A* || ekyra *A*. hecira *BC*. aecyra *E*. Ecyra *Z*. echira *DF*. hechica *G* || relique *CDZ* || 11 succensu et *Ea*. successit et *BCD* || precio *A* || eunucus *BCD* || aecyra *E*. Ecyra *Z*. echira *DG*. haec ira *A*. haec echira *F* || 12 sepe *A* || uixata *A*

1 Brundisinus *B* Brundusinus *P (Scal.)* || scriptor *(Scal.) et sic semper* || 2 Ennii poetae ex filia nepos *om. Scal. cf. Plin. l. c.* || 3 uenditauit *BP* uendidit *Scal.* || 5 Lucius *Scal.* || 6 Macino *B* || conss̃ *B*

Digitized by Google

dus Accianus iuxta Pisaurum dicitur, quia illuc inter colonos fuerat ex urbe deductus.

VIIII

TVRPILIVS comicus senex admodum Sinuessae moritur 14* *(a. 651)*.

X

LVCILIVS poeta nascitur *(† a. 606)*. 15*

C. Lucilius saturarum scribtor Neapoli moritur ac publico funere effertur *(a. 651)* anno aetatis † XLVI. 16*

nascuntur, post fiunt mitia et iucunda, sed quae gignuntur statim uieta et mollia atque in principio sunt uuida, non matura mox fiunt sed putria. relinquendum igitur uisum est in ingenio, quod dies atque aetas mitificet.' — De Accio colono Pisaurensi cf. Hermannus l. c. — Velleius II 9, 2: 'in tragoediis Pacuui atque Acci, usque in Graecorum ingeniorum comparationem euecti magnumque inter hos ipsos facientis operi suo locum, adeo quidem ut in illis limae, in his paene plus uideatur fuisse sanguinis.' Persius I 76: 'uenosus liber Acci.' Quintilianus X 1, 97: 'Tragoediae scriptores ueterum Accius atque Pacuuius clarissimi grauitate sententiarum uerborum pondere auctoritate personarum. ceterum nitor et summa in excolendis operibus manus magis uideri potest temporibus quam ipsis defuisse. uirium tamen Accio plus tribuitur; Pacuuium uideri doctiorem qui esse docti affectant uolunt.' cf. Hor. ep. II 1, 56 sq. — Valerius Maximus III 7, 11 cf. O. Iahn. Berichte d. sächs. Ges. d. W. VIII 1856 p. 293sqq. — Quintilianus V 13, 43.

14* Hieronymus Ol. 169, 2.

15* Hieronymus Ol. 158, 1. 16* Hieronymus Ol. 169, 2. Velleius II 9, 3: 'Celebre et Lucili nomen fuit *(ante bellum Iugurthinum)*, qui sub P. Africano Numantino bello eques militauerat.' Quintilianus X 1, 93: 'Satira quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus Lucilius quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non eiusdem modo operis auctoribus sed omnibus poetis praeferre non dubitent. ego quantum ab illis tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum et esse aliquid quod tollere possis putat. nam eruditio in eo mira et libertas atque inde acerbitas et abundantia salis.' Gellius XVII 21, 49: 'clariorque tunc in poematis eorum *(Pacuvi et Acci)* obtrectandis Lucilius fuit.' Horatius Sat. II 1, 30sqq.:

> 'Ille uelut fidis arcana sodalibus olim
> credebat libris, neque si male cesserat, umquam
> decurrens alio, neque si bene; quo fit ut omnis
> notiua pateat ueluti descripta tabella
> uita senis.'

Ubi 'senis' aperte ad ipsos vitae annos referendum est; deinde certum est Hieronymum vv. 'anno aetatis XLVI' ex Suetoniana vita more suo descripsisse, non computando eam aetatem adsecutum esse. igitur non Hieronymi error fuit nec de errore Horatii cogitare velim. Quare probabile puto in Suetoni exemplari numerum annorum corruptum fuisse: deinde Hieronymum annum natalem aut fatalem computando adsecutum. In natalis igitur aut fatalis anni notatione Hieronymiana corruptela latet. atqui natalis anni notationem Velleio Paterculo l. c. duce iam Baylius et van Heusde labefactarant.

---

3 Sinuaesse *B* || 6 C. *B* Gaius *P* Caius *(Scal.)* || Lucius *BP* || satyrarum *B (Scal.)*

Digitized by Google

XI

17* TITVS QVINTIVS ATTA scribtor togatarum Romae moritur *(a. 676)* sepultusque uia Praenestina ad miliarium secundum.

XII

18* L. AFRANIVS *

XIII

19* L. POMPONIVS Bononiensis scribtor Atellanarum clarus habetur *(a. 663)*.

XIIII

20* TITVS LVCRETIVS poeta nascitur *(† a. 659)*: qui postea amatorio poculo in furorem uersus cum aliquot libros per inter-

17* Hieronymus Ol. 175, 3. cf. Fragm. 3* pag. 15, 14. Horatius ep. II 1, 79sqq.: 'Recte necne crocum floresque perambulet Attae | fabula si dubitem, clament periisse pudorem | cuncti paene patres, ea cum reprehendere coner, | quae grauis Aesopus, quae doctus Roscius egit: | uel quia nil rectum nisi quod placuit sibi ducunt, | uel quia turpe putant parere minoribus et quae | imberbes didicere, senes perdenda fateri.'

18* cf. Fragm. 3* pag. 15, 14. — Horatius ep. II 1, 57: 'Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro.' cf. Afrani Compital. I Ribb. (apud Macrob. Sat. VI 1, 4). Cicero de fin. I 3. Brut. 45, 167: (C. Titium, oratorem et tragoediarum scriptorem) 'studebat imitari L. Afranius poeta homo perargutus in fabulis quidem etiam ut scitis disertus.' Velleius II 9, 2: 'Clara per idem aeui spatium ingenia in togatis Afrani, in tragoediis Pacuui atque Acci.' Quintilianus X 1, 100: 'Togatis excellit Afranius; utinam non inquinasset argumenta puerorum foedis amoribus mores suos fassus.'

19* Hieronymus Ol. 172, 2. Velleius II 9, 5: 'Sane non ignoremus eadem aetate fuisse Pomponium, sensibus celebrem uerbis rudem et nouitate inuenti a se operis commendabilem.' — M. Seneca controv. VII 18 p. 206, 21 sqq.: 'Deinde auctorem huius uiti quod ex captione unius uerbi plura significantis nascitur aiebat *(Cassius Severus)* Pomponium Atellanarum scriptorem fuisse, a quo primum ad Laberium transisse hoc studium imitandi, deinde ad Ciceronem qui illud ad uirtutem transtulisset.' Fronto Ep. ad Marc. IV 3: '* * * elegantis, Nouium et Pomponium et id genus in uerbis rusticanis et iocularibus ac ridiculariis.'

20* Hieronymus Ol. 171, 2. Non consentit, quamquam certum paene est eum ex eodem fonte hausisse, Donatus in vita Vergili pag. 55. 15sq.: 'euenitque ut eo ipso die *(quo uirilem togam Vergilius accepit)* Lucretius poeta decederet.' Donato igitur auctore, si quidem XLIIII annos natus mortuus est, a. 655 Lucretius nascitur; id quod equidem cum Lachmanno praefero. — Cicero ad Qu. fr. II 11: 'Lucretii poemata ut scribis ita sunt, non multis luminibus ingenii, multae tamen artis.' Nepos vita Attici 12: 'Idem L. Iulium Calidum quem post Lucretii Catullique mortem multo elegantissimum poetam nostram tulisse aetatem uere uideor posse con-

---

1 Quintius *P ut uidetur (Scal.)* Quinticius *B* || togatarum *(Scal.)* togarum *B* || 4 Bononienses *B* || Attellanarum *(Scal.)* || 6 Titus *(Scal.)* Tytus *B* || qui *om. B* || 7 aliquod *B*

ualla insaniae conscribsisset, quos postea Cicero emendauit, propria se manu interfecit anno aetatis XLIIII.

XV

M. FVRIVS poeta cognomento BIBACVLVS Cremonae nasci- 21*
tur *(a. 652)*.

XVI

GAIVS VALERIVS CATVLLVS scriptor lyricus Veronae na- 22*
scitur *(† a. 667)*.

Catullus XXX aetatis anno Romae moritur *(† a. 697)*. 23*

XVII

P. TERENTIVS VARRO uico Atace in prouincia Narbo- 24*
nensi nascitur *(a. 672)*: qui postea XXXV annum agens graecas litteras cum summo studio didicit.

tendere.' cf. Vergilius Georg. II 490 sqq. Velleius II 36, 2: 'auctoresque carminum Varronem ac Lucretium.' Quintilianus X 1, 87: 'ceteri omnes longe sequentur *(Vergilium)*. nam Macer et Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasin id est corpus eloquentiae faciant; elegantes in sua quisque materia sed alter humilis alter difficilis.' — 'A Lucilia quadam propinatum illi fuisse hoc philtron didicimus ex Epistola Valerii cuiusdam inepti scriptoris ad Rufinum: Liuia uirum suum interfecit, quem nimis odit: Lucilia suum quod nimis amauit. illa sponte miscuit aconitum. haec decepta furorem propinauit pro amoris poculo.' Scal. h. l. cf. Suetonius Calig. 50: 'creditur *(Caligula)* potionatus a Caesonia uxore amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem uerteret.'

21* Hieronymus Ol. 169, 3. cf. Fragm. 3* pag. 20, 2. Quintilianus X 1, 96. Tacitus Ann. IV 34: 'carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Caesarum leguntur.' Messala Corvinus ap. Suetonium de gramm. et rhet. 4: 'non esse sibi rem cum Furio Bibaculo ne cum Ticida quidem aut litteratore Catone.'

22* Hieronymus Ol. 173, 2. 23* Hieronymus Ol. 180, 4. Utrobique decennii metachronismus, si sagacissimam Lachmanni coniecturam sequimur, qua Hieronymum Cn. Octauium Cn. filium cos. a. 667 cum cognomine M. filio cos. a. 678 confudisse statuit. — Suetonius Iul. 73: 'Valerium Catullum, a quo sibi uersiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, satis facientem eadem die adhibuit caenae hospitioque patris eius sicut consuerat uti perseuerauit.' cf. Tacitus Ann. IV 34 Fragm. 3* pag. 20, 1. Quintilianus X 1, 96. Velleius II 36, 2: 'neque ullo in suscepti operis sui carmine minorem Catullum.'

24* Hieronymus Ol. 174, 3. Velleius II 36, 2. M. Seneca controv. VII 16 p. 195, 8 sqq. Quintilianus X 1, 87: 'Atacinus Varro in eis per quae nomen est assecutus interpres operis alieni, non spernendus quidem uerum ad augendam facultatem dicendi parum locuples.'

---

2 XLIIII *BP* quadragesimo quarto *Scal.* || 3 Marcus *(Scal.)* || Cremona *B* || 5 C. *Scal.* || 7 Catulus *B* || 8 Terrentius *B* || Uuarro *B* || 9 XXXV *(Scal.)* XXU *B*

Digitized by Google

XVIII

25* LABERIVS mimorum scribtor decimo mense post Caesaris interitum Puteolis moritur *(a. 711)*.

XVIIII

26* PVBLILIVS mimographus natione Syrus Romae scenam tenet *(a. 711)*.

25* Hieronymus Ol. 184, 2. Macrobius Sat. II 7, 2—5 (e deperditi Gelliani VIII libri cap. 15): 'Laberium asperae libertatis equitem Romanum Caesar quingentis milibus inuitauit ut prodiret in scenam et ipse ageret mimos quos scriptitabat. sed potestas non solum si inuitet sed etiam si supplicet cogit: unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testetur his uersibus:

Necessitas cuius cursus transuersi impetum *e. q. s.*

in ipsa quoque actione subinde se qua poterat ulciscebatur inducto habitu Syri, qui uelut flagris caesus praeripientique se similis exclamabat:

Porro Quirites! libertatem perdimus,

et paulo post adiecit:

Necesse est multos timeat quem multi timent.

quo dicto uniuersitas populi ad solum Caesarem oculos et ora conuertit, notantes inpotentiam eius hac dicacitate lapidatam.' Idem ibidem II 3, 10: 'Deinde cum Laberius in fine ludorum anulo aureo honoratus a Caesare e uestigio in quattuordecim ad spectandum transiit uiolato ordine, et cum detrectatus est eques Romanus et ut mimus remissus, ait Cicero praetereunti Laberio et sedile quaerenti: Recepissem te nisi anguste sederem; simul et illum respuens et in nouum senatum iocatus, cuius numerum Caesar supra fas auxerat. nec inpune. respondit enim Laberius: Mirum, si anguste sedes, qui soles duabus sellis sedere; exprobrata leuitate Ciceronis, qua immerito optimus ciuis male audiebat.' Idem ibidem II 6, 6: 'Cum iratus esse P. Clodius D. Laberio diceretur, quod ei mimum petenti non dedisset: Quid amplius, inquit, mihi facturus es, nisi ut Dyrrhachium eam et redeam? ludens ad Ciceronis exilium.'

26* Hieronymus Ol. 184, 2. Plinius N. H. XXXV 199: 'est et uilissima (*creta*) qua circum praeducere ad uictoriae notam pedesque uenalium trans maria aduectorum denotare instituerunt maiores talemque Publilium Lochium mimicae scaenae conditorem et astrologiae consobrinum eius Manilium Antiochum, item grammaticae Staberium Erotem eadem nauc aduectos uidere proaui.' Macrobius Sat. II 7, 6—9 (item fortasse ex Gellii libri VIII deperditi cap. 15): 'Is Publilius natione Syrus, cum puer ad patronum domini esset adductus, promeruit cum non minus salibus et ingenio quam forma. nam forte cum ille seruum suum hydropicum iacentem in area uidisset increpuissetque, quid in sole faceret, respondit: Aquam calefacit. ioculari deinde super cena exorta quaestione, quodnam esset molestum otium, aliud alio opinante ille Podagrici pedes dixit. ob haec et alia manu missus et maiore cura eruditus, cum mimos componeret ingentique adsensu in Italiae oppidis agere coepisset, productus Romae per Caesaris ludos omnes qui tunc scripta et operas suas in scenam locauerant pronocauit, ut singuli secum posita inuicem materia pro tem-

---

Caesaris *scripsi:* C. Caesaris *B* C. Iulii Caesaris *Scal.* ‖ 3 Publilius *scripsi:* Publius *B (Scal.)* ‖ mimografus *B*

Digitized by Google

XX

CORNIFICIVS poeta a militibus desertus interiit *(a. 713)*, 27* quos saepe fugientes galeatos lepores appellarat. huius soror Cornificia, cuius insignia extant epigrammata.

XXI

M. BAVIVS poeta quem Vergilius in Bucolicis notat in 28* Cappadocia moritur *(a. 719)*.

Bauius curator fuit, de quo Domitius in Cicuta refert: 29*

Omnia cum Bauio communia frater habebat,
unanimi fratres sicut habere solent.
rura domum nummos atque omnia denique: ut aiunt
corporibus geminis spiritus unus erat.
sed postquam alterius mulier † concubitum †
nouit, deposuit alter amicitiam.

pore contenderent. nec ullo recusante superauit omnes, in quis et Laberium. unde Caesar adridens hoc modo pronuntiauit:

Fauente tibi me uictus es, Laberi, a Syro

statimque Publilio palmam et Laberio anulum aureum cum quingentis sestertiis dedit. tunc Publilius ad Laberium recedentem ait:

Quicum contendisti scriptor, hunc spectator subleua.

sed et Laberius sequenti statim commissione mimo nouo interiecit hos uersus:

Non possunt primi esse omnes omni in tempore.
summum ad gradum cum claritatis ueneris,
consistes aegre, ne me citius decidas.
cecidi ego, cadet qui sequitur: laus est publica.'

27* Hieronymus Ol. 184, 4. Merkel. ad Ovidii Ibin p. 365 Cornifici necem ad bellum Perusinum retulit.

28* Hieronymus Ol. 186, 2.

29* Philargyrus in Verg. ecl. III 90: Qui Bauium etc.] 'duos sui temporis poetas dicit pessimos, quorum carmina ob humilitatem abiecta sunt. uult ergo notare qui sunt inimici Virgilii, qui Vauium i. e. pessimum poetam et Maeuium i. e. peiorem poetam, ut duplum habeant malum. ex quibus Vauius curator *e. q. s.* de Maeuio nihil repperi, ut Adannanus (Haterianus *coni. Dübnerus*) ait.' Schol. Bern. in eund. vers.; 'Bauius et Maeuius duo poetae pessimi Athenienses (Haterianus *Suuppius*, ait * *ego*) sui temporis, ex quibus Bauius curator fuit, et quibus omnia sua erant communia, ut spiritus unus geminis corporibus diceretur inesse; sed postquam alterius uxor cum altero concubuit, amicitiam dissoluit, et noua regna accipiunt. de Maeuio nihil repperi. quorum quoque carmina ob humilitatem abiecta sunt et inimici

---

1 desertus *BP* destitutus *(Scal.)* || 2 appellauerat *Scal.* || 3 extant insignia *Scal.* || 4 Bavius *(Scal.)* Vauius *BP* || Virgilius *(Scal.)* || in *om. Scal.* || 9 atque omnia denique *Pithoeus* et denique omnia *vulgo* || 11 communis utrique *Scaliger:* concubitum *Parisiensis Dübneri* || nupsit *vel* nubit *Oudendorpius* || conubium utrique uouit *Frähnerus*

Digitized by Google

et omnia tunc ira † tunc desoluta
† omnia noua regna † duas accipiunt.

XXII

30* [Aegyptus fit romana prouincia *(a. 724)*] quam primus tenuit C. CORNELIVS GALLVS, de quo Vergilius scribit.

31* Cornelius Gallus Foroiuliensis poeta, a quo primum Aegyptum rectam supra diximus, XLIII aetatis suae anno propria se manu interfecit *(a. 727 aut 728)*.

Vergilio erant. Sensus est: hic qui Bauium pessimum poetam amat, etiam Maeuium peiorem ut duplum habeat malum. chron. dicit: (*sic* cum dicit *correxi*, Hieronymus dicit *Sauppius*) M. Bauius poeta, quem Vergilius in bucolicis notat, in Cappadocia moritur.' ultima ex Hieronymo descripta sunt. Servius ecl. III 90: Qui Bauium non odit] 'pro poena ei contingat, ut diligat Maeuium peiorem poetam. nam Maeuius et Bauius pessimi fuerunt poetae, inimici tam Horatio quam Vergilio. unde Horatius: Mala soluta nauis exit alite | ferens olentem Maeuium.'

30* Hieronymus Ol. 187, 3. 31* Hieronymus Ol. 188, 2. Suetonius Aug. 66: 'neque enim temere ex omni numero in amicitia eius afflicti reperientur praeter Saluidienum Rufum quem ad consulatum usque et Cornelium Gallum quem ad praefecturam Aegypti ex infima utrumque fortuna prouexerat. quorum alterum res nouas molientem damnandum senatui tradidit, alteri ob ingratum et maliuolum animum domo et prouinciis suis interdixit. sed Gallo quoque et accusatorum denuntiationibus et senatus consultis ad necem compulso laudauit quidem pietatem tantopere pro se indignantium, ceterum et inlacrimauit et uicem suam conquestus est, quod sibi soli non liceret amicis quatenus uellet irasci.' cf. Cassius Dio LIII 23 qui a. 728 obiisse Gallum testatur, Ammianus Marcell. XVII 4 5 Eutropius VII 7. Servius ecl. X 1 Gallus] 'hic est Gaius [Asinius] Gallus [orator Asinii Pollionis filius], qui ante omnes primus Aegypti praefectus fuit, eximius poeta: nam et Euphorionem — ut supra diximus — transtulit in latinum sermonem et amorum suorum de Cytheride libros scripsit quattuor. hic primum in amicis Augusti Caesaris fuit: postea cum uenisset in suspicionem, quod contra eum coniuraret, occisus est. fuit autem amicus Vergilii adeo ut quartus Georgicorum a medio usque ad finem eius laudes teneret, quas postea iubente Augusto in Aristaei fabulam commutauit. hic autem Gallus amauit meretricem libertam Volumnii, quae eo spreto euntem Antonium ad Gallias est secuta: propter quod dolorem Galli nunc uidetur consolari Vergilius.' e. q. s. cf. Serv. georg. IV 1 ecl. VI 72.

---

1 omnia tunc irae: tunc dissoluuntur amores, | et noua regna duos accipiunt dominos *Dübnerus* ardent tunc ira: atque animo concorde soluto | accipiunt dominos tunc duo regna suos *M. Frecherus* [irascuntur] et omnia tunc ira resoluta, | omnia mente noua regna duo accipiunt *Sauppius:* et communia tunc ira turgente soluta | sunt; domini noua iam regna duo accipiunt *Fröhnerus* et omnia tunc ira tunc desoluta omnia noua regna duas accipiunt *cod. Paris.* || 3 Aegyptus — prouincia *ut Eusebiana seclusi* || 4 C. *om. Scal.* || Virgilius *(Scal.)* || 5 Sallus *P* || 6 quadragesimo *Scal.*

Digitized by Google

XXIII

AEMILIVS MACER Veronensis poeta in Asia moritur 32*
(a. 738).

XXIIII

QVINTILIVS Cremonensis Vergilii et Horati familiaris mo- 33*
ritur *(a. 730)*.

XXV

VERGILIVS MARO in pago qui Andes dicitur haut pro- 34*
cul a Mantua nascitur Pompeio et Crasso consulibus *(a. 684)*.

Vergilius Cremonae studiis eruditur *(a. 696)*. 35*

Vergilius sumpta toga Mediolanum transgreditur et post 36*
breue tempus Romam pergit *(a. 701)*.

Vergilius Brundisi moritur Sentio Saturnino et Lucretio 37*
Cinna consulibus *(a. 735)*. ossa eius Neapolim translata in secundo ab Urbe miliario sepeliuntur titulo istiusmodi suprascripto, quem moriens ipse dictauerat:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua rura duces.

32* Hieronymus Ol. 191, 1. 'Mors consequitur eodem ut ueri simile est tempore Macrum in Asia militantem, quo Tibullus conqueritur eum relictis musis castra sequi: Castra Macer sequitur: tenero quid fiet amori?' Scaliger ad h. l. — Quintilianus X 1, 87.

33* Hieronymus Ol. 189, 1. Comm. Cruq. Hor. art. poet. 483: Quintilio si p.] 'hic erat Quintilius Varus poeta Cremonensis, patronus et amicus Virg.' Porphyrio in h. l.: Quintilio si q. r] 'hic erat Quintilius Varus Cremonensis amicus Virgilii eques Romanus.' Acron in h. l.: Quintil. s. q. r.] 'hic erat Quintilius Varus poeta Cremonensis, amicus Virgilii.' Comm. Cruq. et Acron Hor. carm. I 18, 1: 'scribit ad Quintilium Varum fidum amicum sibi.' Comm. Cruq. Hor. carm. I 24, 1: 'Consolatur autem Virgilium impatienter Quintilii amici sui mortem lugentem.' Acron in h. l. eadem habet. Porphyrio in h. l.: 'Haec ode θρῆνον continet in Quintilium sodalem Vergilii.'

34* Hieronymus Ol. 177, 3. Phlegontis *ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν ἀναγραφή* (Ol. 177, 3) apud Phot. cod. 97 p. 84 a 18: *καὶ Οὐεργίλιος Μάρων ὁ ποιητὴς ἐγεννήθη τούτου τοῦ ἔτους εἰδοῖς Ὀκτωβρίαις*. cf. Chron. pasch. p. 350, 5: *Ὀρτηναίου καὶ Μετέλλου (a. 685). Βιργίλιος ἐγεννήθη.*

35* Hieronymus Ol. 180, 3.

36* Hieronymus Ol. 181, 4.

37* Hieronymus Ol. 190, 2.

---

1 Veronenses *B* || 3 Virgilii *(Scal.)* || Horatii *(Scal.)* || 5 Vergilius *BP* Virgilius *(Scal.) et sic semper* || haud *Scal.* || 8 Mediolanium *B* || 10 Brundisi *B* Brundisii *P* Brundusii *(Scal.)* || 11 conss. *B*

Digitized by Google

XXVI

38* ALBIVS TIBVLLVS *

XXVII

39* SEX. PROPERTIVS *

XXVIII

40 Q. HORATIVS FLACCVS, Venusinus, patre ut ipse tradit libertino et auctionum coactore, [ut uero creditum est salsamentario, cum illi quidam in altercatione exprobrasset: quotiens ego uidi patrem tuum brachio se emungentem!] bello Philippensi excitus a M. Bruto imperatore tribunus militum meruit; uictisque partibus uenia inpetrata scriptum quaestorium comparauit. ac primo Maecenati, mox Augusto insinuatus non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit.

38* cf. Fragm. 3* pag. 18, 11. — Quintilianus X 1, 93: 'Elegia quoque Graecos prouocamus, cuius mihi tersus atque elegans maxime uidetur auctor Tibullus. sunt qui Propertium malint.' — Epigramma Domiti Marsi in codicibus Tibulli servatum:

'Te quoque Vergilio comitem non aequa, Tibulle,
mors iuuenem campos misit in Elysios,
ne foret aut elegis molles qui fleret amores,
aut caneret forti regia bella pede.'

39* cf. Fragm. 3* pag. 18, 11.

1; p. 48, 3 Hieronymus Ol. 178, 4 *(a. 689)*: 'Horatius Flaccus satiricus (satyricus *B Scal.*) et lyricus poeta libertino patre Venusi (Venosi *B*) nascitur.'

Vitae Horatianae hi codices praesto fuerunt: A = Regius 7971 olim Floriacensis s X. contulit in meum usum G. Thilo. B = 'Blandinianus antiquissimus'. descripserunt Nannius Alcmariensis et Mureti gratia Morillonus. duobus locis inspexisse videtur Cruquius. C = Reg. 7972 olim Ioannis Iacobi Mentell s. X, in meum usum a C. Halmio conlatus. D = Regius 7974 a D. Gothofredo Puteanis fratribus dono datus s. X, descriptus Halmii auspiciis. E = Reg. 8214 Colbertinus s. XII, conlatus eiusdem auspiciis. ς = codices vitae breviatae: Reg. 7977 olim Nicolai de Clemangiis s. X. contulit Roth: Heinianus Barcinone conparatus s. X. contulit F. Ritter: Monacensis 375 s. XII. eius C. Kirchnerus nov. quaest. p. 43, 46 mentionem facit; Reginensis 1701, unde C. Fea nonnulla protulit.

3 Quintus *E om. B* || tradidit *E* || 4 auctionum *scripsi, idem postea ex Vaticano suo Feam protulisse vidi:* exactionum *libri* exauctionum *Baxterus* || ut — emungentem *Chr. Iani interpolata esse intellexit* || uero *Muretus:* uere *libri* || 5 exprobasset *ACD* || 6 quociens *E* || sae *D* || 7 philippensi *Muretus:* philipensi *ADE* phylipensi *C* philippense *Nannius* || exercitus *C* || Marco *CDE* || 8 esse meruit *E* || inpetrata *C* impetrata *ABDE* || 9 questorium *CE* || mecenati *CDE et sic semper* || 10 amicicia *C*

Digitized by Google

Maecenas quantopere eum dilexerit satis testatur illo epigrammate:

ni te uisceribus meis, Horati,
plus iam diligo, tu tuum sodalem
Ninnio uideas strigosiorem:

sed multo magis extremis iudiciis tali ad Augustum elogio: 'Horati Flacci ut mei esto memor!' Augustus epistolarum quoque ei officium optulit, (ut) hoc ad Maecenatem scripto significat: 'ante ipse sufficiebam scribendis epistolis amicorum, nunc occupatissimus et infirmus Horatium nostrum a te cupio abducere. ueniet ergo ab ista parasitica mensa ad hanc regiam et nos in epistolis scribendis adiuuabit.' ac ne recusanti quidem aut succensuit quicquam aut amicitiam suam ingerere desiit. extant epistolae, e quibus argumenti gratia pauca subiecí: 'sume tibi aliquid iuris apud me, tamquam si conuictor mihi fueris; recte enim et non temere feceris, quoniam id usus mihi tecum esse uolui, si per ualitudinem tuam fieri possit.' et rursus: 'tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimio quoque nostro audire; nam incidit ut illo coram fieret a me tui mentio. neque enim si tu superbus amicitiam nostram spreuisti, ideo nos quoque *ἀνθυπερηφανοῦμεν*.' praeterea saepe eum inter alios

---

1 dilexerit ς, *Muretus:* dilexit *ABDE evanvit in C* ‖ testatur] monstratur *B* ‖ 3 horaci *C (ut videtur) E* ‖ 4 tu tuum *Muretus:* tutum *ACDE* Titum *Nannius* ‖ 5 Ninnio *P. Pithoeus:* ninio *AC Muretus* minio *Nannius* ninio *D* ninno *vel* mimo *E* hinno me *Lambinus* hinnulo *Oudendorpius* mulo me *Baumgarten-Crusius* innulo *Rothius* ‖ litigiosiorem
strigosiorem *E item in A supra* strig. *m. rec. scriptum est* litigisiorem ‖ 6 iudiciis *om. B* ‖ 7 horati *AB* horaci *E* horatii *C (ut videtur) D* ‖ es tote *D* ‖ Augustus epistolarum — *(p. 47, 4)* Caesar *om.* ς ‖ 8 ei *om. E* ‖ obtulit *BE* ‖ ut *addidit Lambinus* ‖ 10 a te cupio abducere *Nannius* te cupio abducere *AD* te cupio adducere *C (ut videtur) E Muretus* ‖ 12 iuuabit *E Nannius* ‖ 13 aut *om. C* ‖ succensuit *A* ‖ amiciciam *C* ‖ 14 ingerere *BE* ingenere *AD evanuit in C* ‖ argumenta greca *E* ‖ 15 uiris *A* ‖ 16 tanquam *CDE* ‖ enim *om. E* e *(relicua fol. lacer. perierunt) D* ‖ 17 uoluit *C* ‖ ut si *D* ‖ 18 ualetudinem *BCDE* ‖ habeo] hal *(rell. item perierunt) D* ‖ 19 poteris memoriam *E* ‖ 20 nam] N *(rell. perierunt) D* ‖ coram fieret] coret *C* ‖ a me tui] amictui *E* ‖ mencio *CE* ‖ neque — quoque *om. C* ‖ 21 tu] t *(f. l.) D* ‖ 22 *ἀνθυπερηφανοῦμεν corr. Nannius:* ANΘΥΠΕΡΕΦΑΝΟΥΜΕΝ *ACDE αντηφανοῦ-*

iocos purissimum penem et homuncionem lepidissimum appellat, unaque et altera liberalitate locupletauit. scripta quidem eius usque adeo probauit mansuraque perpetuo opinatus est, ut non modo Seculare carmen conponendum iniunxerit sed et Vindelicam uictoriam Tiberii Drusique priuignorum suorum eumque coegerit propter hoc tribus carminum libris ex longo interuallo quartum addere; post sermones uero quosdam lectos nullam sui mentionem habitam ita sit questus: 'irasci me tibi scito, quod non in plerisque eius modi scriptis mecum potissimum loquaris; an uereris ne apud posteros infame tibi sit, quod uidearis familiaris nobis esse?' expresseritque eclogam ad se, cuius initium est:

5 sqq. Comment. Cruq. in Hor. carm. IV 1, 1: 'Statuerat Horatius ad tertium usque librum complere opus carminum: uerum tribus libris iam editis, ex maximo interuallo hunc quartum scribere compulsus est ab Augusto, ut refert Suetonius in uita Horatii, in laudem priuigni sui Drusi Neronis, qui uictor de Raetis Vindelicis fuerat reuersus.' Eadem fere Acron ad h. l. nisi quod Suetonium non nominat. Porphyrio in h. l.: 'Post consummatos editosque tres carminum libros maximo interuallo hunc quartum scribere compulsus esse dicitur ab Augusto ut Neronis priuigni eius uictoriam de Rhaetis Vindeliciis quaesitam illustraret.'

7 sqq. Porphyrio in Hor. epist. II 1, 1: 'Apparet hunc librum, ut supra diximus, hortatu Caesaris scriptum esse, cuius rei etiam Suetonius auctor est. nam apud eum epistola inuenitur Augusti increpantis Horatium, quod non ad se quoque plurima scribat. ergo hoc principium cum laude imperatoris et ab excusatione, quod illum noluit (*immo* noluerit) occupatum in re publica suis impedire sermonibus.' Porphyrio in Hor. ep. I 20: 'Sane ex his uersibus et in principio sequentis libri apparet Horatium hoc nolumen quasi nouissimum totius operis habuisse. nam secundum epistolarum coactus adiecit.' Comment. Cruq. in h. l.: 'Augusto increpanti Horatium quod non ad se quoque plurima scriberet, ut Suetonius auctor est, in primis cum laude Caesaris sese excusat, ne ipsum in republica occupatum suis scriptis detineret.' Acron in h. l.:

μεν Nannius ἀνθυπερφρονοῦμεν Muretus || preterea *E* || sepe *CE* || 1 putissimum *Lambinus* || penem *Muretus:* pene *ACD* pene *E* poenae *Nannius* || homuntionem *ACDE* || apellat *ACD* || 3 eius usquę] eiusq; *C* || perpetuo *Nannius, Muretus:* perpetua *ACDE* || opinatus est *om. B* (. . . . . *Cruquius*) || 4 modo *corr. e* mundo *m. ead. in C* || conponendum *C* componendum *ABDE* || 8 uero quosdam lectos *ACDE* uero lectos quosdam *Cruquius* uero lectos *Muretus* quoque lectos *Nannius* || memoriam *E (corr. m. 1)* || 11 ueteris *(corr. m. 1) C* || 12 nobis *multo recentiori man. in E suprascr.* || expresseritque *scripsi, idem correxit Lachmannus in mg. ed. Wolf. quam Ritschelius mihi commodavit:* expressitque *libri* || eclogam *Muretus:* eglogam *ACDE* elogium *Nannius* || ad se *om. B* || 13 inicium *C*

Digitized by Google

cum tot sustineas et tanta negotia solus,
res Italas armis tuteris, moribus ornes,
legibus emendes: in publica commoda peccem,
si longo sermone morer tua tempora, Caesar.

Habitu corporis fuit breuis atque obesus, qualis et a semet ipso in satiris describitur et ab Augusto hac epistola: 'pertulit ad me Onysius libellum tuum, quem ego ut excusantem, quantuluscumque est, boni consulo. uereri autem mihi uideris ne maiores libelli tui sint, quam ipse es; sed tibi statura deest, corpusculum non deest. itaque licebit in sextariolo scribas, quo circuitus uoluminis tui sit ὀγκωδέστατος, sicut est uentriculi tui.' ad res Venerias intemperantior traditur. [nam specula in cubiculo scortans ita dicitur habuisse disposita, ut quocumque respexisset sibi imago coitus referretur.] uixit plurimum in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini, domusque eius ostenditur circa Tiburni lucullum. *** uenerunt in manus meas et elegi sub titulo eius et epistola prosa

'Augusto petenti sibi aliquid operis dedicari scribit Horatius, ideo huc usque non fecisse, ne iacturam rei publicae faceret, si Caesarem uersibus suis a re publica reuocaret.'

---

1 negocia *C* || 2 tutelis *ACD* || 4 cesar *E* || 5 Itē Horatius habitu *B (Nannius)* || breuis fuit *B* || breuit *C (corr. m. 1.)* || 6 satyris *libri* || 7 Onysius *ABD* onisius *E* onisius *vel* misius *C* Dionysius *Muretus* Onesimus *Gläserus* || ut excusantem *scripsi:* ut accusantem *libri* ut non (ne *Lambinus)* accusem breuitatem *Nannius* ne accusem te *Casaubonus* ut accusem te *Bentleius* ut a causante *Rothius* || 8 consilio *D (corr. m. 2)* || 9 sed si *B* || 10 deest unde est *Nannius* || itaque *etc.*] *locum inlustravit O. Iahnius Berichte d. sächs. Ges. d. W. VIIII 1857 p. 200* || 11 quo *Salmasius:* cum *ABCDE* ut ς || ὀγκωδέστατος *emend. Nannius:* ογκωδηστατος *A* οτκωδηστατος *D* οτηωαηστατος *C* ωτκωανστατως *E* οτηκωαντατος *Nannius* οἰκωλήστατος *Muretus* || 12 uenirias *AD* uenereas *BE* uenerias *C* || intemperantior *C* || 13 nam speculato — referretur *secluserunt Oudendorpius Rothius. simul superiora* ad — traditur *omittenda censuerunt Daccrius Bentleius Lessingius* || specula in *Oudendorpius, Lessingius:* speculato *libri nisi quod in C litterae* cula *folio lacerato perierunt* specula toto *Gläserus* || scortans ita *Lessingius:* scorta *libri nisi quod in A* scorta *reperitur* scortans *Oudendorpius* || habuisse *D* || 14 sibi *Oudendorpius:* ibi ei *libri* || 16 domusque - tenebatur *om.* ς || eius *om. ACDE* || tirbuni *C* tiburtini *E* || loculum *E* || 17 *ante* uenerunt *lacunam statuit O. Iahnius*

Digitized by Google

oratione quasi commendantis se Maecenati, sed utraque falsa puto; nam elegi uulgares, epistola etiam obscura, quo uitio minime tenebatur. Natus est VI. Idus Decembris L. Cotta et L. Torquato consulibus, decessit V. Kl. Decembris C. Marcio Censorino et C. Asinio Gallo consulibus post (L* dies quam Maecenas obiit) LVII aetatis anno, herede Augusto palam nuncupato, cum urgente ui ualitudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas; [humatus] et conditus est extremis Esquiliis iuxta Maecenatis tumulum.

XXVIIII

41* VARIVS et Tucca Vergilii et Horatii contubernales poetae habentur inlustres *(a. 737)*: qui Aeneidos postea libros emendarunt sub lege ea, ut nihil adderent.

4 sqq. Hieronymus Ol. 192, 3 *(a. 744)*: 'Horatius LVII (quinquagesimo septimo *Scal.*) aetatis suae anno Romae moritur.' 'Biennii prochronismus.' Scal. Maecenas a. 746 mense ut videtur Septembri obiit. cf. Cassius Dio LV 7.

41* Hieronymus Ol. 190, 4. Cod. reg. 7530 fol. 28 (cf. Quicherat. bibl. de l'école des chartes I p. 52, Schneidewinus N. Rh. M. I p. 107 sqq. Bergkius [et Mommsenus] Zeitschrift f. Alterth. 1845, p. 84): 'Incipit Thuesta Varii. Lucius Varius cognomento Rufus Thyesten tragoediam (traged... *cod.*) magna cura absolutam (absoluto *cod.*) post Actiacam victoriam Augusti (Augusti *Th. Mommsenus:* aug... *cod.* augusto *man. recent.*) ludis eius in scaenam dedit (*sic scripsi:* in scaena edidit *cod.*), pro qua fabula sestertium deciens accepit." — Porphyrio in Hor. carm. I 6, 1: 'fuit autem L. Varius et ipse carminis auctor et tragoediarum et elegorum (elegiorum *cod. Guelf.*) auctor Vergilii contubernalis.' Cf. Comm. Cruq. in h. l.: 'fuit autem Varius tragoediographus nobilis nec non eclogorum (*immo* elegorum) scriptor Horatii Virgiliique contubernalis.' Quintilianus X 1, 98: 'Iam Varii Thyestes cuilibet Graecarum comparari potest.' Tacitus dial. 12: 'nec ullus Asinii aut Messalae liber tam inlustris est quam Medea Ouidii aut Varii Thyestes.' cf. Martialis VIII 18. Macrobius Sat. II 4, 2: 'postea L. Varius *(ex emend. Weicherti de L. Vario p. 8)* tragoe-

---

1 oracione *C* || commandantis *C* commendan*s *D* || Maecenati *in D evanuit* || ultraque *C* || 2 uicio *C* || 3 decenbri *C* || 4 decenbris *C* || Marcio *Bongarsius ad Iustinum XII 15, Casaubonus:* Mario *libri* || 5 post — tabulas *om.* ς || post L* dies quam Maecenas obiit LVII aetatis anno *scripsi:* post septimum et quinquagesimum annum *Vinetus* post nonum et quinquagesimum annum *libri* || 6 haerede *D* || numcupato *C* || 7 ualetudinis *D* || suffret *A* || ab odsignandas *D (corr. man. ead.)* || 8 humatus *om. Stephanus, seclusi* || 9 esquiliis *E* aesquiliis *ABD* aes quiliis *C* || 10 Varrius *P* || poete *B* || 11 illustres *(Scal.)* || Aeneidos *Maius*: Aeneidum *F Scal.* Aeneadum *BP Scal. auctore* || 12 ea lege *Scal.*

Digitized by Google

XXX

OVIDIVS NASO nascitur in Paelignis *(† a. 712)*. 42*

Ouidius poeta in exilio diem obiit et iuxta oppidum Tomos sepelitur *(a. 770)*. 43*

XXXI

PHILISTIO mimographus natione Magnes Asianus Romae clarus habetur *(a. 760)*. 44*

diarum scriptor interrogabat eum (*Augustum*), quid ageret Aiax suus. et ille, In spongiam, inquit, incubuit.' cf. Suetonius Aug. 85. Comm. Cruq. Hor. ep. I 16, 27 sq.: 'sumpta *(verba)* ex panegyrico Augusti scripto a Vario.' cf. Porphyrio et Acron in h. l. — Macrobius sat. VI 1, 39 sqq. 2, 19 sqq. Varium de morte (*C. Iulii Caesaris*) citat. — Fabulas de Thyeste Cassio Parmensi (cf. Schol. Hor. ep. I 4, 3) vel Vergilio a Vario ablato (cf. Donatus praef. comm. bucol. Servius ecl. III 20 VI 3) vulgatas sciens omisi. — De emendatione Aeneidis cf. Donatus vita Verg. p. 63, 11, 64, 5. — Ceterum in eo errasse Hieronymus videtur, quod Plotium Tuccam poetam dicit: nam de poematis eius nihil constat.

42* Hieronymus Ol. 184, 3. Ovidius ut ipse tradit XIII Kal. April. C. Vibio Pansa A. Hirtio coss. a. 711 natus erat; quod si Hieronymi verba ad a. 712 adscripta sunt, 'librariorum confusio habenda est, qui in tanta rerum eodem anno gestarum infra lineam aberrarunt'. C. F. Hermannus l. c. De mortis anno cf. Merkel. Fast. p. CCLXVIII.

43* Hieronymus Ol. 199, 1. M. Seneca controv. II 10, p. 135, 30 — p. 138, 15, unde notabiliora excerpsi: 'hanc controuersiam memini ab Ouidio Nasone declamari aput rhetorem Arellium Fuscum, cuius auditor fuit; nam Latronis admirator erat, cum diuersum sequeretur dicendi genus. habebat ille comptum et decens et amabile ingenium, oratio eius iam tum nihil aliud poterat videri quam solutum carmen. adeo autem studiose Latronem audiit, ut multas illius sententias in uersus suos transtulerit . . . . . tunc autem cum studeret, habebatur bonus declamator . . . . . declamabat autem Naso raro controuersias et non nisi ethicas; libentius dicebat suasorias, molesta illi erat omnis argumentatio, verbis minime licenter usus est nisi in carminibus, in quibus non ignorauit uitia sua, sed amauit. manifestum potest esse, quod rogatus aliquando ab amicis suis, ut tolleret tres uersus, inuicem petiit, ut ipse tres exciperet in quos nihil illis liceret. aequa lex uisa est, scripserunt illi quos tolli uellent secreto, hic quos tutos esse uellet. in utrisque codicillis idem uersus erant, ex quibus primum fuisse narrabat Albinouanus Pedo qui inter arbitros fuit:

Semibouemque uirum semiuiumque bouem;

secundum:

Et gelidum Borean egelidumque Notum.

ex quo adparet, summi ingenii uiro non iudicium defuisse ad compescendam licentiam carminum suorum, sed animum. aiebat interim decentiorem faciem esse in qua aliquis naeuos inesset.' cf. L. Seneca quaest. nat. III 27, 12 sqq. Quintilianus X 1, 88: 'Lascivus quidem in herois quoque Ouidius et nimium amator ingenii sui, laudandus tamen in partibus.' Idem ibidem 98: 'Ouidii Medea uidetur mihi ostendere, quantum ille uir praestare potuerit, si ingenio suo imperare quam indulgere maluisset.' cf. Tacitus dial. 12.

44* Hieronymus Ol. 196, 3. Hieronymus contra Rufinum tom. II

---

1 Paelignis *B* Pelignis *(Scal.)* ‖ 4 Philistio *BP Scal.* ‖ mimografus *B* ‖ Magnes Asianus *B* Magnesianus *(in mg.:* al. Magnes*) P (Scal.)*

Digitized by Google

XXXII

45* PERSIVS FLACCVS satiricus poeta Volaterris nascitur *(a. 787)*.

46* Persius moritur anno aetatis XXVIII *(a. 815)*.

XXXIII

47 (M. ANNAEVS LVCANVS Cordubensis) *** prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine, dein civile bellum quod a Pompeio et Caesare gestum est recitauit *** ut praefatione quadam aetatem et initia sua cum Vergilio conparans ausus sit dicere:

et quantum mihi restat
ad Culicem!

Hic initio adulescentiae, cum ob infestum matrimonium pa-

p. 514 Vall.: 'quasi mimum Philistionis uel Lentuli ac Marulli stropham eleganti sermone confictam.' cf. Suidas s. v. Martialis II 41, 15 Sidonius Apoll. Ep. II 2 Cassiodorius uar. IIII 51.

45* Hieronymus Ol. 203, 2. Hieronymus Ol. 211, 3 *(a. 820)*: 'Nero .... Cornutum pilosophum praeceptorem Persii in exilium fugat.' 'praeceptorem Persii' Hieronymus ex Suetonio Eusebianis addidit.

46* Hieronymus Ol. 210, 2.

4; pag. 51, 12; 16; pag. 52, 2 Hieronymus Ol. 210, 4 *(a. 817)*: 'M. Annaeus Lucanus Cordubensis poeta in Pisoniana coniuratione deprehensus (deprachensus *B*) brachium (bracchium *B*) ad secandas uenas medico praebuit.' Annum mortis Hieronymus e vita Senecae sumpsit, sed ut Scaliger indicavit, anni prochronismo. idem error in Gallionis nece conspicuus.

5 Statius silv. II 7, 58: 'Ingratus Nero dulcibus theatris Et noster tibi proferetur Orpheus.'

7 sqq. Statius silv. II 7, 73 sqq.: 'Haec primo iuuenis canes sub aeno Ante annos culicis Maroniani.'

---

1 satiricus *B* satyricus *(Scal.)* ‖ 3 aetatis *B* aetatis suae *(Scal.)* ‖ XXVIII *scripsi:* XVIIII *B* uigesimo nono *(Scal.)*

Vitae Lucani hos codices elegi: M = Montepessulanus s. VIIII exeuntis. cf. catal. génér. des manuscr. des départ. I p. 325. descripsit Dumas professor Montepessulanus in meum usum. B = Bernensis 370 s. X. P = Parisinus 7502, olim Colbertinus s. X. conlatus uterque in usum Weberi ‖ 4 M̃ ANNEUS LUCANUS COR | DUBENSIS PRIMA | ingenii *M in quo* M. Annaeus Lucanus Cordubensis *a librario addita sunt recto ni fallor consilio. om. BP* ‖ *ante* prima *praeterea nonnulla intercidisse Weber probabiliter coniecit* ‖ 5 quinquennalii *M* ‖ carmine *M* ‖ 6 dein] de *P* ‖ a *Baumgarten-Crusius:* cum *libri* ‖ Caesa regestum *B* ‖ 7 *post* recitauit *lacunae signum posui, cuius explendae gratia in mg. Berolinensis codicis haec scripta sunt:* Sub tantae leuitatis et immoderatae linguae fuit, *in Briciensi (1486) editione vero haec:* Qui tantae leuitatis et tam immoderatae linguae fuit ‖ praefacione *B* ‖ &atem *M* ‖ 8 uerg̃ *M* uirgilio *BP* ‖ conparans *B* comparans *MP* ‖ 11 adulescentiae *M* adolescentiae *BP*

Digitized by Google

trem suum ruri agere longissime cognouisset * * * reuocatus Athenis a Nerone cohortique amicorum additus atque etiam quaestura honoratus. non tamen permansit in gratia: siquidem aegre ferens, (quod Nero se) recitante subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicto senatu recessiset, neque uerbis aduersus principem neque factis extantibus post haec temperauit, adeo ut quondam in latrinis publicis clariore cum crepitu uentris hemistichium Neronis magna consessorum fuga pronuntiarit:

sub terris tonuisse putes.

sed et famoso carmine cum ipsum tum potentissimos amicorum grauissime proscidit. ad extremum paene signifer Pisonianae coniurationis extitit, multus in gloria tyrannicidarum palam praedicanda ac plenus minarum, usque eo intemperans ut Caesaris caput proximo cuique iactaret. uerum detecta coniuratione nequaquam parem animi constantiam praestitit; facile enim confessus et ad humillimas deuolutus preces matrem quoque innoxiam inter socios nominauit sperans impietatem sibi apud parricidam principem profuturam. impetrato autem mortis arbitrio libero codicillos ad patrem

3 sqq. Tacitus ann. XV 49: 'Lucanum propriae causae accendebant, quod famam carminum eius premebat Nero prohibueratque ostentare uanus adsimulatione.'

16 sqq. Tacitus ann. XV 56: 'ex quibus Lucanus Quintianusque et Senecio diu abnuere: post promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus Atiliam matrem suam, Quintianus Glitium Gallum Senecio Annium Pollionem amicorum praecipuos nominauere.'

20 sqq. Tacitus ann. XV 70: 'Exin Annaei Lucani caedem imperat. is profluente sanguine ubi frigescere pedes manusque et paulatim

---

1 ruri *P* riri *MB* || *post* cognouisset *lacunam signavit Weberus* || 2 additur *B* || 4 avgere *(sic) M* || quod Nero se *addidi* || recitante se *Canterus* || 5 caussa *P* || recessiss& *MP* recessisse *B* Neronem recessisse *Canterus* cum recessisset *Omnibonus* || 6 exstantibus *M* excitantibus *coni. Iahnius* || post hac *P* || 8 crepitu *P* trepitu *M* strepitu *B vulgo* || emissi emistichium *MP* emissi hemistichium *B* emissi *ut dittographiam deleri* || consessorum *B* cum sessorum *MP* || 9 pronunciaret *P* || 12 grauidissime *B* || paene *M* poene *B* pene *P* || 13 exstitit *M* || multus *Omnibonus:* multis *libri* || tirannicidarum *B* || 14 praedicanda *non nulli libri recentiores, Canterus:* praedicenda *BP* praed enda *M* || intemperans *B. inter lin.* tem *m. sec.* || 17 et] ut *MP om. B* || humillas deuotus *P* || 18 praeces *P* p̃ces *M* || 19 impietatem] iam pietatem *P* || paricidam *P* || 20 imperato *P* || morte moltis *M*

Digitized by Google

corrigendis quibusdam uersibus suis exarauit epulatusque largiter brachia ad secandas uenas praebuit medico. poemata eius etiam praelegi memini, confici uero ac proponi uenalia non tantum operose et diligenter sed et inepte quoque.

SVPPLEMENTA

XXVa.

VITA VERGILI

DE COMMENTARIO VALERI PROBI SVBLATA

P. Vergilius Maro natus idibus Octobribus Crasso et Pompeio consulibus matre Magia Polla patre [Vergilio] rustico (in) uico Andibus, qui abest a Mantua milia passuum XXX. tenui facultate nutritus. sed cum iam summis elo-

ab extremis cedere spiritum feruido adhuc et compote mentis pectore intellegit, recordatus carmen a se compositum, quo uulneratum militem per eiusmodi mortis imaginem obisse tradiderat, uersus ipsos rettulit eaque illi suprema uox fuit.'

2 sqq. cf. Stati genethliacon Lucani Silv. II 7. Tacitus dial. 20: 'poeticus decor ex Horatii Virgilii et Lucani sacrario prolatus.' Aper dicit. — Hieronymus contra Rufinum tom. II p. 471 Vall.: 'puto quod puer legeris ... commentarios ... aliorum in alios, Plautum uidelicet ... Persium atque Lucanum.'

3 sqq. Martialis XIIII 194: 'Lucanus. Sunt quidam qui me dicant non esse poetam; Sed qui me uendit bibliopola putat.' Quintilianus X 1, 90: 'Lucanus ardens et concitatus et sententiis elatissimus et, ut dicam quod sentio, magis oratoribus quam poetis imitandus.' cf. Fronto p. 125. Servius Aen. I 382: 'quod autem diximus, cum poetica arte prohiberi, ne aperte ponat historiam, certum est. Lucanus namque ideo in numero poetarum esse non meruit, quia uidetur historiam composuisse non poema.'

XXVa. M. Valerii Probi in Vergilii Bucolica et Georgica commentarius ed. Keil. p. 1 sq.

9 sqq. Vita Vergili in codd. Bernensibus 172 (= *B*), 167 (= *B*^{1}) s. X Monacensi 18059 s. X vel XI (= *M*) et Reginensi 1495 s. XI (= *R*) (Bernen-

---

1 de corrigendis *Salmasius* || exarauit *B* exorauit *P* exoriėuit *M* || *lacunam ante* poemata *statuit Rothius* || 3 etiam] 'post mortem *puto excidisse' Heinrichius in mg. ed. Bipontinae, quam bibliotheca univ. Rhenanae possidet* || uero] 'exempla *puto excidisse' Heinrichius l. c.* || 4 uenalia *om. B* || sed et *MP* sed *B*

XXVa. P = Parisinus 8209. 4. s. XV V = Vaticanus 2930. 4. s. XV E = editio princeps Ioa. Bapt. Egnatii Venetiis 1507. cf. Keilius l. c. p. V sqq.

6 P *om. P* || eidibus *V* || octobr. *V* octobris *P* || 7 Mahia *P* || Vergilio *seclusi* || 8 in *addidi*

Digitized by Google

quentiae doctoribus uacaret, in belli ciuilis tempora incidit, quod Augustus aduersus Antonium gessit, primumque post Mutinense bellum ueteranis (agri eius distributi sunt), postea restitutus beneficio Alpheni Vari, Asinii Pollionis et Cornelii Galli, quibus in Bucolicis adulatur, deinde per gratiam Maecenatis in amicitiam Caesaris ductus est. uixit pluribus annis liberali in ocio, secutus Epicuri sectam, insigni concordia et familiaritate usus Quintili Tuccae et Vari. scripsit bucolica annos natus VIII et XX Theocritum secutus, georgica Hesiodum et Varronem, Aeneida ingressus bello Cantabrico ** hoc quoque magna industria. ab Augusto usque ad sestertium centies honestatus est. decessit in Calabria annum agens quinquagesimum et primum heredibus Augusto et Maecenate cum Proculo minore fratre. in eius sepulcro, quod est in uia Puteolana hoc legitur epigramma:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua rura duces.

Aeneis seruata ab Augusto, quamuis ipse testamento damna-

ses contulit C. W. Müllerus, Monacensem C. Halmius, Reginensem G. Thilo): 'Vita Publii Virgilii Maronis Discipuli Epidii oratoris. (*om. B* De nobilitate ac die atque tempore natiuitatis ac longitudine uitae Publii Virgilii Maronis discipuli Epidii oratoris incipit *R*) Publius Virgilius Maro genere Mantuanus dignitate eques (eque *RM*) Romanus natus idibus Octobribus (octobris *B*) Cn. (Gn. *B* gneo *RM*) Pompeio M. (marco *RM*) Crasso coss. (consulibus *RM*); ut primum se contulit Romam (Roma *R* Romae *BM*), studuit apud Epidium oratorem cum Caesare Augusto. unde, cum omnibus Mantuanis agri (agre *B*) auferrentur *(in B ulta in* aufé *desinit)*, quod Antonianis partibus fauissent (fuissent *M*), huic soli (solo *RM*) concessit memoria condiscipulatus, ut et ipse poeta testatur in bucolicis (bocolicis *R*) dicendo: Deus nobis haec otia fecit. in quibus ingenium suum expertus (est *add. B*^{1}*M*) fauorem quoque Caesaris emeruit ac deinde georgica conscripsit et in his corroborato ingenio eius Aeneida conscripsit. cui finem non potuit imponere raptus a fatis. et ideo inueniuntur apud eum uersus non peracti, quibus non superuixit ad replendum. uixit annos LII, amicitia usus imperatoris Augusti et aliorum complurium (cum plurium *R*) probatissimorum uirorum.'

---

2 primumque post Mutinense bellum ueteranis agri eius distributi sunt, postea *coni. Keilius:* primumque post Mutinense bellum ueteranis, postea *E* primumque bellum ueteranis post Mutinense postea *PV* || 4 Albeni *V* || 9 octo et triginta *P* || 11 hac *P* *lacunam ante* hoc *Keilius statuit* || *post* industria *interpunxi* || 14 in eius *Keilius:* cuius *VP* quoius *E* || 17 pascua poma phruges *V* || 18 damnauerit *coni. Keilius:* damnat *VPE*

Digitized by Google

uerit, ne quid eorum quae non edidisset extaret, [quod et Seruius Varus hoc testatur epigrammate:

iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quae cecinere ducem.
Tucca uetat Variusque simul, tu maxime Caesar
non tibi sed Latiae consulis historiae.]

XXV b.

VERGILII VITA

DE COMMENTARIO DONATI SVBLATA

P. Vergilius Maro Mantuanus parentibus modicis fuit ac praecipue patre, quem quidam opificem figulum, plures Magi cuiusdam uiatoris initio mercennarium mox ob industriam generum tradiderunt egregieque substantiae siluis coemendis et apibus curandis auxisse reculam. natus est Cn. Pompeio Magno et M. Licinio Crasso primum coss. iduum Octobrium die in pago qui Andes dicitur et abest a

pag. 55, 1 sqq. Philargyr. ecl. III 62: 'Mater Virgilii fertur Magia (*sic scripsi:* Maia *vulgo*) cum eundem paritura grauis esset, somniasse lauri frondem (*ex emend. Lindenbrogi* fructum *vulgo*) uariis floribus ornatam genuisse.'

1 quod *V* || quod — historiae *seclusi* || 2 Seruios Varos *V* || Varus] Maurus *coni. Iahnius* || 4 phresgum *V* || 5 Varius *scripsi:* Varusque *VPE*

XXV b. B = *Bernensis 172 olim Floriacensis deinde Danielinus postea Bongarsianus s. X. contulit post P. Danielem C. G. Müllerus R* = *Reginensis 1495 s. XI. contulit G. Thilo.* ς = *vulgata, in qua exhibenda usus sum praecipue editione Veneta 1558.* Incipit uirgilii uita edita a Donato *Vaticanus 1575 s. XIII* P. Virgilii Maronis uita per Aelium Donatum celebrem grammaticum edita. *ed. Veneta 1558* Virgilii uita *BR. relicua addidi. ceterum semper* Vergilius, *quod Donatus sane scripsit, correxi* Tib. Claudii Donati ad Tib. Claudium Maximum Donatianum filium de P. Virgilii Maronis uita *Fabricius* || 7 Pub. ς || Mantuanus *om.* ς || 8 ac] et ς || patre Marone ς || 9 Magi *B*ς magi^{stri} *cod. man. R* || initio *om. B* || mercennarium *R* mercenarium *B*ς || 10 egregieque substantiae] quem cum agricolationi reique rusticae et gregibus praefecisset socer ς | substantia *B* || 11 coemundis ς || reculam auxit ς || regulam *BR* || 12 Cn. ς Gn *BR* || et *om.* ς || 13 et abest] qui est ς

Mantua non procul. praegnans eo mater somniauit, enixam se laureum ramum, quem contacta terra coaluisse et excreuisse ilico (in) speciem maturae arboris refertaeque uariis pomis et floribus, ac sequenti luce cum marito rus propinquum petens ex itinere deuertit atque in subiecta fossa partu leuiata est. ferunt infantem cum sit editus neque uagisse et adeo miti uultu fuisse, ut haud dubiam spem prosperioris geniturae iam tum daret. accessit aliud praesagium: si quidem uirga populea more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta ita breui cualuit tempore, ut multo ante satas populos adaequauisset, quae arbor Vergilii ex eo dicta atque etiam consecrata est summa grauidarum ac fetarum religione et suscipientium ibi et soluentium uota. initia aetatis Cremonae egit usque ad uirilem togam, quam XV anno natali suo accepit isdem illis consulibus iterum duobus quibus erat natus, euenitque ut eo ipso die Lucretius poeta decederet. [sed Virgilius a] Cremona Mediolanum et inde paulo post transiit in urbem.

---

1 praegnans eo ς: praegnans eius *(suprasc. alt. m.)* eo *(corr. alt. m.)* *R* praegnans cum *B* ‖ somniauit Maia ς ‖ 2 contacta ς: contracta *BR* ‖ coaluisse] confestim cerneret coaluisse ς ‖ 3 illico *B* ς ‖ in *om.* *BR* ‖ refertae ς ‖ 4 sequente *B* ‖ 5 diuertit ς ‖ leuiata *BR* leuata ς ‖ 6 cum *scripsi:* ut *BR*ς ‖ ut fuit editus ς ‖ nec uagisse ς ‖ 8 daret] indicaret ς ‖ accessit *rel* accessit et *Gronovius conl. Suet. Galba XII:* et accessit *BR*ς ‖ 10 cualuit *BR* coaluit ς conualuit *Gronovius conl. Suet. Octav. 92* ‖ 11 adaequauit ς ‖ 12 etiam *om.* ς ‖ ac] et ς ‖ 13 et *om.* ς ‖ initia aetatis id est usque ad septimum annum Cremonae egit: et XVII anno uirilem togam cepit illis consulibus iterum quibus natus erat ς ‖ chremonae *R* ‖ 14 XV *scripsi:* XVII *BR*ς ‖ 15 isdem *R* iisdem *B*ς ‖ 16 discederet ς ‖ sed Virgilius a *seclusi* ‖ a *om.* ς ‖ chremona *R* ‖ 17 paulo post transiit (transit *B*) in urbem] paulo post Neapolim transiit. ubi cum literis et Graecis et Latinis uehementissimam operam dedisset, tandem omni cura omnique studio indulsit medicinae et mathematicae. quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorque esset, se in urbem contulit statimque magistri stabuli equorum Augusti amicitiam nactus multos uariosque morbos incidentes equis curauit. at ille in mercedem singulis diebus panes Virgilio ut uni ex stabulariis dari iussit. interea a Crotoniatis pullus equi mirae pulchritudinis Caesari dono fuit missus: qui omnium iudicio spem portendebat uirtutis et celeritatis immensae. hunc cum adspexisset Maro magistro stabuli dixit natum esse ex morbosa equa et nec uiribus ualiturum nec celeritate: idque uerum fuisse inuentum est.

Digitized by Google

Corpore et statura fuit grandis, aquilo colore, facie rusticana, ualetudine uaria: nam plerumque a stomacho et a faucibus ac dolore capitis laborabat, sanguinem etiam saepe reiecit: cibi uinique minimi, libidinis in pueros pronior, quo-

1 sq. Porphyrio Hor. sat. I 3, 32: 'hic dicitur pulsare Virgilium, qui indecori et corporis et habitus fuit.' Comm. Cruq. Hor. sat. I 5, 48 sq.: 'se ait lippum, Virgilium autem crudum; laborabat enim stomachi cruditate, quod cibum ingestum difficulter concoqueret.' Acron ad h. l.: 'Ad Virgilium retulit, quod difficile digerebat. dicebatur enim stomachum dolere Virgilius.'

---

quod cum magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in mercedem panes iussit. cum item ex Hispania Augusto canes dono mitterentur et parentes eorum dixit et animum celeritatemque futuram. quo cognito mandat iterum Virgilio panes duplicari. dubitauit Augustus Octauiine filius esset an alterius: idque Maronem aperire posse arbitratus est, quia canum et equi naturam parentesque cognorat. amotis igitur omnibus arbitris illum in penitiorem partem domus vocat et solum rogat an sciat quisnam esset et quam ad felicitandos homines facultatem haberet. 'noui,' inquit Maro, 'te Caesar Auguste et ferme aequam cum dis immortalibus potestatem habere ut quemuis felicem facias.' 'eo animo sum', respondit Caesar, 'ut si uerum pro rogatu dixeris beatum te felicemque reddam.' 'utinam', ait Maro, 'interroganti tibi uera dicere queam.' tunc Augustus: 'putant alii me natum Octauio: quidam suspicantur alio me genitum esse.' Maro subridens, 'facile', inquit, 'si impune licenterque loqui iubes, id dicam.' affirmat Caesar iure iurando nullum eius dictum aegre laturum, immo non nisi donatum ab eo discessurum. ad haec oculos oculis Augusti infigens Maro, 'facilius', ait, 'in ceteris animalibus qualitates parentum a mathematicis et philosophis cognosci possunt: in homine nequaquam possibile est. sed de te coniecturam habeo similem ueri ut quid exercuerit pater tuus scire possim.' attente expectabat Augustus quidnam diceret. at ille: 'quantum ego rem intelligere possum, pistoris filius es', inquit. obstupuerat Caesar et statim quo id pacto fieri potuerit animo noluebat. interrumpens Virgilius, 'audi,' inquit, 'quo pacto id coniicio. cum quaedam enunciarim praedixerimque quae intelligi scirique non nisi ab eruditissimis summisque uiris potuissent, tu princeps orbis item et item panes in mercedem dari iussisti: quod quidem aut pistoris aut nati pistore officium erat.' placuit Caesari facetia. 'at deinceps', inquit Caesar, 'non a pistore sed a rege magnanimo dona feres': illumque plurimi fecit et Pollioni commendauit ς || 1 grandi ς || aquilo *Daniel:* aquili *B* aquilino *R*ς || 2 et faucibus ς || 4 cibū uinūque *R* || minimi ς: minime *BR* || pronior *R* pronior. his *B* pronioris ς || libidinis in pueros pronior, quorum

rum maxime dilexit Cebetem et Alexandrum, quem secunda bucolicorum ecloga Alexim appellat, donatum sibi ab Asinio Pollione, utrumque non ineruditum, Cebetem uero et poetam. uulgatum est consuesse eum et cum Plotia Hieria. sed Asconius Pedianus adfirmat, ipsam postea maiorem natu narrare solitam, inuitatum quidem a Vario ad communionem sui uerum pertinacissime recusasse. cetera sane uitae et ore et animo tam probum constat, ut Neapoli Parthenias uulgo appellatus sit, ac si quando Romae, quo rarissime commeabat, uiseretur in publico, sectantis demonstrantisque se suffugeret in proximum tectum. bona autem cuiusdam exulantis offerente Augusto non sustinuit accipere. possedit prope centies sestertium ex liberalitatibus amicorum habuitque domum Romae Esquiliis iuxta hortos Maecenatis, quamquam secessu Campaniae Siciliaeque plurimum uteretur. parentes iam grandis amisit, ex quibus patrem captum

2 sq. Servius ecl. II 1: Alexin] 'quem dicunt Alexandrum, fuit seruus Asinii Pollionis: quem Virgilius rogatus ad prandium cum uidisset in ministerio omnium pulcherrimum dilexit eumque dono accepit.' Martialis VIII 56. Apul. apol. II 13, 1. Servius ecl. II 15: 'tres dicitur amasse Virgilius: Alexandrum quem donauit ei Pollio et Cebetem puerum cum Leria puella, quos a Maecenate dicitur accepisse.' cf. Schol. Bern. ecl. II 1.

15 Gellius VI 20, 1: 'Scriptum in quodam commentario repperi, versus istos a Vergilio ita primum esse recitatos atque editos: Talem dives arat Capua et uicina Veseuo Nola iugo; postea Vergilium petisse a Nolanis, aquam uti duceret in propinquum rus, Nolanos petitum beneficium non fecisse, poetam offensum nomen urbis eorum quasi ex hominum memoria sic ex carmine suo derasisse oramque pro Nola mutasse atque ita reliquisse: et uicina Veseuo ora iugo.'

---

maxime] fama est eum libidinis pronioris in pueros fuisse. sed boni ita eum puero amasse putauerunt ut Socrates Alcibiadem et Plato suos pueros. uerum inter omnes maxime ς || 2 egloga *R* || Alexin ς || dicit *R* || 3 ineruditum dimisit ς || 4 consuesse *R* consuisse *B* consueuisse ς || eum cum ς || Hieria ς: Gleria *B* Aleria *Daniel* egeria *R* || 5 affirmat ς || ipsum postea minoribus (maioribus *Fabricius*) natu ς || 6 solitum ς || quidem se ς || Varo *R* || communionem mulieris ς || 7 caetera ς || uita ς uitae *corruptum videtur* || 8 probum *R*ς probai *B* || 9 appellaretur uulgo ς || 10 sectantis demonstrantisque *B*ς sectantes demonstrantesque *R* || 11 suffugeret *scripsi:* suffugere *BR* subterfugere solitum ς || autem *R*ς uero *B* || 13 sextercium *R* || 14 Romae *om. B* || in Aesquiliis ς || 15 quanquam *R*ς || uteretur. quaecumque ab Augusto peteret, repulsam numquam habuit. parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat, quos iam grandis ς || patrem] Palem *B*

Digitized by Google

oculis, et duos fratres germanos, Silonem inpuberem Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet. inter cetera studia medicinae quoque ac maxime mathematicae operam dedit. egit et causam apud iudices unam omnino nec amplius quam semel; nam et in sermone tardissimum ac paene indocto similem fuisse Melissus tradidit. Poeticam puer adhuc auspicatus in Balistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit:

monte sub hoc lapidum tegitur Bálista sepultus;
nocte die tutum carpe uiator iter.

deinde catalecton et priapia et epigrammata et diras, item cirim et culicem, cum esset annorum XVI, cuius materia talis est: pastor fatigatus aestu cum sub arbore condormisset et serpens ad illum proreperet e palude, culex prouolauit atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. at ille continuo culicem attriuit et serpentem interemit ac sepulchrum culici statuit et distichon fecit:

parue culex, pecudum custos tibi tale merenti
funeris officium uitae pro munere reddit.

scripsit etiam de qua ambigitur Aetnam. Mox cum res Romanas inchoasset offensus materia ad bucolica transiit

2 Servius ecl. V 1: 'Menalcas Virgilius hic intelligitur, qui obitum fratris sui Flacci deflet.' Philargyr. ecl. V 20: 'alii luctum Salonini, non nulli Flacci fratris esse putant.' Schol. Bern. ecl. V 1: 'allegorice uero poeta Virgilius Flaccum fratrem suum coram Aemilio poeta certe amantissimo deflet, alii Saloninum, alii Iulium Caesarem.' cf. ibid. 20: (Daphnis) 'sub cuius nomine uel Flaccum germanum suum uel Iulium deflet.' Anthol. lat. II 202 Burm.: 'Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci, | docte Maro, fratrem dis inmortalibus aequas.'

20 Servius Aen. III 571: 'secundum Aetnam Virgilii.'

20sq. Servius ecl. VI 3: 'et significat aut Aeneidem aut gesta regum Albanorum quae coepta omisit nominum asperitate deterritus.'

21 sqq. Donatus praefat. bucol. p. 5 ed. Müller: 'Bucolica scripsit, ut in eiusmodi poemate, quod magis uarium (uarium quod *BR*) et paulo liberius est quam cetera, facultatem haberet cap-

1 oculis captum ς || inpuberem *R* impuberem *B*ς || 2 daphnis *R* || 4 apud iudices *om.* ς || 6 pene ς || 7 adhuc puer *R* || ludi gladiatorii ς || 8 disticon *R* || 11 catalecton et Moretum ς || priapia *R Daniel* priapeia *B* (?) ς || epygramata *R* || dyras *R* || 12 Cirim *Daniel* Cirin ς: cirimus *BR* || 13 obdormisset ς || 14 illum *B*ς eum *R* || 16 contriuit ς || uisum serpentem ς || 17 disticon *R* || 20 de qua ambigitur Aetnam *R*ς Aetnam de qua ambigitur *B* || et mox ς || 21 materia et nominum asperitate ς || bucolica ς: bucolicam *BR*

Digitized by Google

maxime ut Asinium Pollionem Alphenum Varum et Cornelium Gallum celebraret, quia in distributione agrorum, qui post Philippensem uictoriam ueteranis triumuirorum iussu trans Padum diuidebantur, indemnem se praestitissent. deinde georgica in honorem Maecenatis (edidit), qui sibi mediocriter adhuc noto opem tulisset aduersus ueterani cuiusdam uiolentiam, a qua in altercatione litis paulum abfuit quin occideretur. nouissime Aeneidem inchoauit argumentum uarium et multiplex et quasi amborum Homeri carminum instar, praeterea nominibus ac rebus Graecis Latinisque commune et in quo, quod maxime studebat, Romanae simul urbis et Augusti origo contineretur. cum georgica scriberet, traditur cotidie meditatos mane plurimos uersus dictare solitus ac per totum diem retractando ad paucissimos redigere, non absurde carmen se (informe) more ursae parere dicens et lambendo demum effingere. Aeneida prosa prius oratione formatam digestamque in XII libros particulatim componere

tandae Caesaris indulgentiae repetentique agri quem amiserat ob hanc causam. occiso in curia die [III] iduum Martiarum C. (G *BR*) Caesare, cum Augustum Caesarem paene puerum sibi ueterani non abnuente senatu ducem constitissent, exorto ciuili bello Cremonenses cum ceteris eiusdem studii aduersarios Augusti Caesaris adiuuerunt; unde factum est, ut cum uictor Augustus in eorum agros ueteranos deduci iussisset, non sufficiente agro Cremonensium (Chremonensium *R*), Mantuani (mantuã *R*) quoque, in quibus erat etiam poeta Virgilius, maximam partem finium suorum perdidissent eo, quod uicini Cremonensibus fuerant. sed Virgilius merito carminum fretus et amicitia quorundam potentium centurioni Arrio cum obsistere ausus esset, ille statim ut miles ad gladium manum admouit, eumque se in fugam proripuisset poeta, non prius finis persequendi fuit quam se in fluuium Virgilius coniecisset atque (atque ita *R*) in alteram ripam enatauisset. sed postea per Maecenatem et per triumuiros agris diuidendis Varum Pollionem et Cornelium Gallum fama carminum commendatus Augusto et agros recepit et deinceps imperatoris familiari amore perfruitus est.' cf. Probus ed. Keil p. 5 sq. qui multo meliora tradit, praeterea Servius comm. Bucol. princ. §. 13. ecl. I 1, 18 II 1 III 94 VI 6 VIIII 1, 7, 10 sq. 16 sqq. 29.

15 sqq. Gellius XVII 10, 2 sq.: 'Amici familiaresque P. Vergilii in iis quae de ingenio moribusque eius memoriae tradiderunt, dicere eum

---

1 Varium ς ‖ 3 Phillipensem *B* philipensem *R* ‖ 5 georgica ς: georgicam *B* georgica • *R* ‖ edidit *om. BR add.* ς ‖ cum sibi uixdum noto aduersus Claudii ueterani militis uel ut alii putant Arrii centurionis uiolentiam ς ‖ 7 litis agrariae parum ς ‖ 8 nouissime autem ς ‖ Aeneidem aggressus est ς ‖ narium et *R*ς uarium ac *B* ‖ 9 carminum ς: carminis *R* carmini *B* ‖ 13 quotidie ς ‖ dictitare ς ‖ 15 informe *addidi* ‖ ursae more ς

Digitized by Google

instituit prout liberet quidque et nihil in ordinem arripiens. ut ne quid impetum moraretur quaedam inperfecta transmisit alia leuissimis uerbis ueluti fulsit, quae per iocum pro tibicinibus interponi aiebat ad sustinendum opus, donec solidae columnae aduenirent. bucolica triennio georgica VII Aeneida XI perfecit annis. bucolica eo successu edidit, ut in scena quoque per cantores crebro pronuntiaren-

solitum ferunt, parere se uersus more atque ritu ursino. nam ut illa bestia fetum ederet ineffigiatum informemque, lambendo id postea quod ita edidisset conformaret et fingeret, proinde ingenii quoque sui partus recentes rudi esse facie et inperfecta, sed deinceps tractando colendoque reddere iis se oris et uultus liniamenta.' Quintilianus X 3, 8: 'Vergilium quoque paucissimos die composuisse uersus auctor est Varius.' cf. Hieronymus comm. in Zachariam III 11 tom. VI pag. 881 Vall. comm. in ep. ad Galatas III 5 tom. VII pag. 485 Vall.

6 sq. Servius ecl. VI 11: 'Dicitur autem *(ecloga VI)* ingenti fauore a Virgilio esse recitata; adeo ut, cum eam postea Cytheris me-

---

1 instituit ut quidam tradunt. alii eius sententiae sunt ut existiment, eum si diutius uixisset quatuor et uiginti libros usque ad Augusti tempora scripturum atque alia quaedam (*immo* quidem) percursurum, Augusti uero gesta diligentissime exsecuturum: quippe qui dum scriberet ne quid ς ‖ accipiens *R* ‖ 2 imperfecta *B*ς ‖ transmisit] reliquit ς ‖ 3 uerbis] uersibus ς ‖ quos ς ‖ 4 tibicinibus *scripsi:* tibialibus *BR* tigillis uel tibicinibus ς ‖ a se dicebat ς ‖ 5 bucolica triennio Asinii Pollionis suasu perfecit. hic transpadanam prouinciam regebat; cuius fauore cum ueteranis Augusti militibus Cremonensium et Mantuanorum agri distribuerentur, suos Virgilius non amisit. facta enim distributione suos Claudio seu Ario datos recuperauit. hunc Pollionem maxime amauit Maro et dilectus ab eo magna munera tulit: quippe qui inuitatus ad coenam captus pulchritudine et diligentia Alexandri Pollionis pueri eum dono accepit. huius Pollionis filium C. Asinium (et *addit Fabricius*) Cornelium Gallum oratorem clarum et poetam non mediocrem miro amore dilexit Virgilius. is transtulit Euphorionem in latinum et libris quatuor amores de Cytheride scripsit. hic primo in amicitia Caesaris Augusti fuit: postea in suspicionem coniurationis contra illum ductus occisus est. uerum usque adeo hunc Gallum Virgilius amarat ut quartus georgicorum a medio usque ad finem eius laudem contineret: quem postea iubente Augusto in Aristaei fabulam commutauit. georgica septennio Neapoli, Aeneida partim in Sicilia partim in Campania XI annis confecit ς ‖ 7 scenam *B* ‖ crebra pronuntiatione recitarentur. at cum Cicero quosdam uersus audisset et statim acri iudicio intellexisset non communi uena editos, iussit ab initio totam eclogam recitari. quam cum accurate pernotasset, in fine ait: 'magnae spes altera Romae', quasi ipse linguae latinae spes prima fuisset, et Maro futurus esset secunda: quae uerba

Digitized by Google

tur. georgica reuerso post Actiacam uictoriam Augusto atque Atellae reficiendarum faucium causa commoranti per continuum quatriduum legit, suscipiente Maecenate legendi uicem quotiens interpellaretur ipse uocis offensione. pronuntiabat autem cum suauitate tum lenociniis miris. et Seneca tradidit, Iulium Montanum poetam solitum dicere, inuolaturum se Vergilio quaedam si et uocem posset et os et hypocrisin: eosdem enim uersus ipso pronuntiante bene sonare, sine illo inanes esse mutosque. Aeneidos uixdum coeptae tanta extitit fama, ut Sextus Propertius non dubitauerit sic praedicare:

cedite Romani scriptores, cedite Grai:
nescio quid maius nascitur Iliade,

Augustus uero, nam forte expeditione Cantabrica aberat, supplicibus atque etiam minacibus per iocum litteris efflagitaret, ut sibi de Aeneide, ut ipsius uerba sunt, uel prima carminis hypographa uel quòdlibet colon mitteret. cui tamen multo post perfectaque demum materia tres omnino libros

retrix cantasset in theatro, quam in fine Lycoridem uocat, stupefactus Cicero cuius esset requireret et cum eum tandem aliquando agnouisset dixisse dicatur et ad suam et illius laudem: Magnae spes altera Romae. quod iste postea ad Ascanium transtulit, sicut commentatores loquuntur.' cf. Tacitus dial. 13.

5 Seneca] Haec narratio non extat.

14 sqq. Macrobius sat. I 24, 11: 'Ipsius enim Maronis epistola, qua conpellat Augustum, ita incipit: Ego uero frequentes a te litteras accipio, et infra: De Aenea quidem meo, si mehercle iam dignum auribus haberem tuis, libenter mitterem: sed tanta inchoata res est, ut paene uitio mentis tantum opus ingressus mihi uidear, cum praesertim ut scis alia quoque studia ad id opus multoque potiora inpertiar.'

17 sqq. Servius Aen. IIII 324: 'Dicitur autem ingenti affectu hos uersus pronuntiasse, cum priuatim paucis praesentibus recitaret Augusto. nam recitauit uoce optima primum et quartum.'

---

postea Aeneidi ipse inseruit ς 1 post] ab ς || Attiacam *B* || Actiaca uictoria ς || atque *om.* *B* || atque reficiendarum uirium causa Atellae commoranti ς || 4 quociens *R* || 5 autem maxima cum suauitate et lenociniis miris ς || tum *scripsi:* cum *BR* || lenociis *R* || et *B* ut *R om.* ς || 8 hypocrisim ς || eo pronuntiante ς || 9 sine illo arescere quasi mutos ς || 10 dubitarit ς || 12 Graii *B*ς || 13 *post* Iliade *commate interpunxi* || 14 nam] cum iam ς *Daniel* || abesset et ς *Daniel* || 15 efflagitaret *BR*ς efflagitabat *C. W. Müllerus, qui non intellexisset* efflagitaret *pendere a* tanta extitit fama ut || 17 hypographa ς: hypografa *R* hypographia *B* || quolibet *R* || mitteret *B*ς: mitteretur *R* || mitteret, negauit se facturum Virgilius. cui ς

recitauit, secundum quartum sextum, sed hunc notabili Octauiae adfectione, quae cum recitationi interesset ad illos de filio suo uersus: 'tu Marcellus eris' defecisse fertur atque aegre focillata est. recitauit et pluribus, sed neque frequenter et ea fere de quibus ambigebat, quo magis iudicium hominum experiretur. Erotem librarium et libertum eius exactae iam senectutis tradunt referre solitum, quondam eum in recitando duos dimidiatos uersus complesse ex tempore: nam cum hactenus haberet: 'Misenum Aeoliden' adiecisse: 'quo non praestantior alter'; item huic: 'aere ciere uiros' simili calore elatum subiunxisse: 'Martemque accendere cantu', statimque sibi imperasse, ut utrumque uoluimini adscriberet. Anno aetatis quinquagesimo secundo impositurus Aeneidi summam manum statuit in Graeciam et in Asiam secedere triennioque continuo nihil amplius quam emendare, ut reliqua uita tantum philosophiae uacaret: sed cum ingressus iter Athenis occurrisset Augusto ab oriente Romam reuertenti destinaretque non absistere atque etiam una redire, dum Megara uicinum oppidum feruentissimo sole

1 sqq. Servius Aen. VI 862: 'et constat hunc librum tanta pronuntiatione Augusto et Octaviae esse recitatum, ut fletu nimio imperarent silentium, nisi Virgilius finem esse dixisset, qui pro hoc aere graui donatus est.'

7 sqq. Servius Aen. VI 165: Martemque accendere cantu] 'hemistichium hoc dicitur addidisse dum Augusto hunc sextum librum recitaret; nam ante hemistichium fecerat, dicendo: Aere ciere viros; postea in praesentia Augusti ex abundantia intellectus addidit subito: Martemque accendere cantu.'

---

1 secundum uidelicet ς || hunc praecipue ob Octauiam ς || 2 affectione *B* || 4 focillata *B* focilata *R* refocillata ς || refocillata dena sestertia pro singulo uersu Virgilio dari iussit ς || 5 et ferme illa ς || 7 quondam *R*ς quando *B* || 8 in recitando eum ς || 9 missenum *R* || Aeolidem *B* || 10 ere cγ ere *(sic)R* || 11 elatum *scripsi:* laetatum *BR* iactatum ς actutum *Burmannus* || 13 ascriberet *R* || adscriberet. Bucolica Georgicaque emendauit. anno uero ς || secundo ut ultimam manum Aeneidi imponeret ς || 14 summa manu *BR* || et Asiam ς || 15 triennioque continuo omnem operam limationi dare ς | triennio quoque *R* || amplius *om. R* || 16 in reliqua ς || philosophia *B* || 18 reuertenti una cum Caesare redire destinauit. at cum Megara uicinum Athenis oppidum uisendi gratia feruentissimo sole peteret, languorem nactus est quem ς

Digitized by Google

cognoscit, languorem nactus est eumque non intermissa nauigatione auxit, ita ut grauior aliquanto Brundisium appelleret, ubi diebus paucis obiit XI Kal. Octobr. Cn. Sentio Q. Lucretio coss. ossa eius Neapolim translata sunt tumuloque condita, qui est uia Puteolana intra lapidem secundum, in quo distichon fecit tale:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua rura duces.

heredes fecit ex dimidia parte Valerium Proculum fratrem alio patre, ex quarta Augustum, ex duodecima Maecenatem, ex reliqua L. Varium et Plotium Tuccam: qui eius Aeneida post obitum iussu Caesaris emendarunt, de qua re Sulpicii Carthaginiensis extant huius modi uersus:

iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quae cecinere ducem.
Tucca uetat Variusque simul: tu maxime Caesar
non sinis et Latiae consulis historiae.
infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
et paene est alio Troia cremata rogo.

---

1 cognoscit *R* cognouit *B* || nauigatio ς || 2 ut grauior in dies tandem Brundusium aduentarit ς || 3 obit *B* obiit decimo Kal. Octobris Cn. Plantio Q. Lucretio coss. qui cum grauari morbo sese sentiret, scrinia saepe et magna instantia petiuit crematurus Aeneida. quibus negatis testamento comburi iussit ut rem inemendatam imperfectamque. uerum Tucca et Varius monuerunt id Augustum non permissurum. tunc eidem Vario ac simul Tuccae scripta sub ea conditione legauit ne quid ederent quod a se editum non esset et uersus etiam imperfectos si qui erant relinquerent. noluit etiam sua ossa Neapolim transferri, ubi diu et suauissime uixerat: ac extrema ualetudine ipse sibi epitaphium fecit distichon. translata igitur iussu Augusti eius ossa prout statuerat Neapolim fuere sepultaque uia Puteolana intra lapidem secundum: sepulchroque id distichon quod fecerat inscriptum est: 'Mantua *e. q. s.* ς || Gn. *B* NG *R* || Sentio *scripsi:* Sestio *R* Festio *B* Plantio ς || Qu. *B* quinto *R* || 4 conss *R* || 6 disticon *R* || 9 dimidiam partem *B* || 10 ex alio ς || 11 Varium ς: Valerium *BR* || plocium *R* || aeneidam *BR* Aeneidem ς || 12 obitum prout petiuerat emendarunt. nam nullius omnino sententia crematu Aeneis digna uisa fuit. de qua re Sulpitii Carthaginensis extant huiusmodi uersus: ς || emendauerunt *R* || 14 luserat *B* || abolere *B* || 15 phrigium *R* || 16 uarusque *R* || 18 Pergamos ς || 19 paene *B* poene *R* pene ς || rogo. extant et Augusti

egerat cum Vario, priusquam Italia decederet, ut si quid sibi accidisset Aeneida combureret; sed is facturum se pernegarat. igitur in extrema ualetudine assidue scrinia desiderauit crematurus ipse: uerum nemine offerente nihil quidem nominatim de ea cauit, ceterum eidem Vario ac simul Tuccae scripta sua sub ea conditione legauit, ne quid oderent quod non a se editum esset. edidit autem auctore Augusto Varius sed summatim emendata, ut qui uersus etiam inperfectos sicut erant reliquerit; quos multi mox supplere conati non perinde ualuerunt ob difficultatem, quod omnia fere apud eum hemistichia absoluto perfectoque sunt sensu praeter illud: 'quem tibi Troia'. Nisus grammaticus audisse se a senioribus aiebat, Varium [duorum] librorum ordinem commutasse et qui nunc secundus sit (in primum, tertium

1 sqq. Plinius N. H. VII 30, 31: 'Diuos Augustus carmina Vergili cremari contra eius testamenti uerecundiam uetuit maiusque ita uati testimonium contigit, quam si ipse sua probauisset.' cf. Gellius XVII 10, 7 Macrobius sat. I 24, 6.

13 sqq. Servius praef. Aen.: 'Ordo quoque manifestus est, licet quidam superflue dicant, secundum primum esse tertium secundum et primum tertium: ideo quia primo Ilium concidit, post errauit Aeneas, inde ad Didonis regna peruenit: nescientes hanc esse artem poeticam, ut a mediis incipientes per narrationem ad prima redeamus et non numquam futura praeoccupemus, ut per uaticinationem. quod etiam Horatius sic praecipit in arte poetica: Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici, Pleraque differat et praesens in tempus omittat. unde constat perite fecisse Virgilium.'

---

de ipsa eadem re uersus plures et clarissimi, quorum initium ita est: 'Ergone supremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes Magnaque doctiloqui morietur Musa Maronis?' et paulo post: 'sed legum seruanda fides: suprema uoluntas Quod mandat fierique iubet, parere necesse est. Frangatur potius legum ueneranda potestas: Quam tot congestos noctes diesque labores Hauserit una dies.' et ea quae sequuntur. nihil igitur auctore Augusto Varius edidit (addidit *Burmannus*), quod et Maro praeceperat, sed summatim emendauit, ut qui uersus etiam imperfectos si qui erant reliquit. hos multi mox supplere conati ς | 1 uaro *R* || 2 sed *scripsi:* et *BR* || super negarat *R* || 3 ualitudine *R* || 5 uaro *R* || 8 uarus *R* || 9 imperfectos *Bς* || sicut *Gronovius:* si qui *BRς* || 11 eum *om. B* || emisthicha *B* || hemistichia praeter illud: 'Quem tibi iam Troia peperit' sensum uidentur habere perfectum ς || sunt *om. B* || sensum *R* || 13 se *om. B* || dicebat ς || uarum *R* || duorum *seclusi* || 14 qui nunc secundus sit *BR* qui tum secundus erat ς || in primum, tertium in secundum, primum *addidi e Servio l. c.*

Digitized by Google

in secundum et primum) in tertium locum transtulisse, etiam primi libri correxisse principium his uersibus demptis:

ille ego, qui quondam gracili modulatus auena
carmina et egressus siluis uicina coegi
ut quamuis auido parerent arua colono,
gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis
arma uirumque cano.

Obtrectatores Vergilio numquam defuerunt, nec mirum: nam ne Homero quidem. prolatis bucolicis innominatus quidam rescripsit antibucolica, duas modo eclogas, sed insulsissime *παρῳδήσας*, quarum prioris initium est:

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmina fagi?

sequentis:

dic mihi, Damoeta, cuium pecus, anne latinum?
non: uerum Aegonis nostri sic rure loquuntur.

alius recitante eo ex georgicis: 'nudus ara, sere nudus', subiecit: 'habebis frigore febrem'. est et aduersus Aeneida liber Carbili Pictoris titulo Aeneomastix. M. Vipsanius a Maecenate eum suppositum appellabat nouae cacozeliae repertorem, non tumidae nec exilis, sed ex communibus uerbis atque ideo latentis. Herennius tantum uitia eius, Perellius Faustus furta contraxit. sunt et Q. Octaui Auiti ho-

2 Servius praef. Aen.: 'et aliquos detractos ut in principio; nam ab armis non coepit, sed sic: Ille ego' *e. q. s.*

2 his demptis uersibus ς || 3 quondam ς: siluas *BR* || 4 carmine *B* || 8 nec Virgilius qui columen linguae Latinae fuit caruit obtrectatoribus. in bucolicis enim duas eclogas sed insulsissime Paro quidam deridet et sic deridendo incipit: Tityre ς || nunquam *B* || 9 ne *Gronovius:* nec *BR* || innominatus *Daniel:* nūinatorus *R* numinatoris *R* || quidam *om. R* || 10 rescriptitanti bucolica *R* repsitanti bucolica *B* || eglogas *R* || 12 tytire *R* || tegmina *Gronovius:* tegmine *BR*ς || 15 non, uerum Aegonis nostri: sic rure loquuntur ς. *rectam interpunctionem inuenit Gronovius* || 17 habebis ς: et habebis *BR* || frigore *R* frigora *B*ς || 18 carbili *BR* Carbilii ς || aeneomastix *BR* Aeneidomastix ς || uipranius *R* || 19 eum a Mecoenate ς || cacozelie *BR κακοζηλίας* ς || 20 neque tumidum neque exilem sed communibus uerbis opus illud confecisse ς || 21 adeo *B* || herentius *R* || uitia eius tantum contraxit Perellius Faustinus furta ς || 22 Faustus *BR* Faustinus ς || sunt] sed *R* || Q. Octauii Auiti ς: qui . . . . auiti *R* quae octauiani *B* || homocon elenchon *scripsi:* homoeutheleuton *R* homaeotheleuton *B* *ὁμοιοτελεύτων* ς

mocon elenchon octo uolumina, (quae) quos et unde uersus transtulerit continent. Asconius Pedianus libro, quem contra obtrectatores Vergilii scripsit, pauca admodum obiecta ei proponit eaque circa historiam fere, et quod pleraque ab Homero sumpsisset, sed hoc ipsum crimen sic defendere assuetum ait: 'cur non illi quoque eadem furta temptarent? uerum intellecturos, facilius esse Herculi clauam quam Homero uersum subripere': et tamen destinasse recedere, ut omnia ad satietatem maleuolorum decideret.

4sq. Hieronymus praef. hebr. quaest. in Genesim tom. III p. 301 Vall.: 'Hoc idem passus est ab aemulis et Mantuanus uates, ut cum quosdam uersus Homeri transtulisset ad uerbum, compilator ueterum diceretur. quibus ille respondit, magnarum esse uirium, clauam Herculi extorquere de manu.'

---

1 uolumina quibus annotatur quos et unde ς || quae quos *scripsi:* quos *BR* || 3 ei obiecta ponit eaque ς || 4 ea quae *R* || 5 ipsum *om.* ς || 6 non illi ς: nonnulli *BR* || tentarent ς || 8 surripere *R* | recedere *R* decedere *B* defendere ς secedere *Daniel* || 9 satietatem *R* || maliuorum *R* || decideret *B*ς decederent *R* recideret *coni. Gronovius* || decideret. refert etiam Pedianus benignum cultoremque omnium bonorum atque eruditorum fuisse et usque adeo inuidiae expertem, ut si quid erudite dictum inspiceret alterius non minus gauderet ac si suum fuisset: neminem uituperare, laudare bonos, ea humanitate esse ut nisi peruersus maxime quisque illum non diligeret modo sed amaret, nihil proprii habere uidebatur. eius bibliotheca non minus aliis doctis patebat quam sibi, illudque Euripidis antiquum saepe usurpabat *τὰ τῶν φίλων κοινά*, communia amicorum esse omnia. quare coaeuos omnes poetas ita adiunctos habuit, ut cum inter se plurimum inuidia arderent, illum una omnes colerent: Varius Tucca Horatius Gallus Propertius. Anser uero quoniam Antonii partes secutus est illum non obseruasse dicitur. Cornificius ob peruersam naturam illum non tulit. gloriae uero adeo contemptor fuit, ut cum quidam uersus quosdam sibi adscriberent eademque re docti haberentur, non modo aegre non ferebat, immo uoluptuosum id sibi erat. cum enim distichon, quod laudem felicitatemque Augusti continebat, fecisset ualuisque non nominato auctore infixisset, id erat huiusmodi:

nocte pluit tota: redeunt spectacula mane:
diuisum imperium cum Ioue Caesar habet,

diu quaeritans Augustus, cuiusnam hi uersus essent, eorum auctorem non inueniebat. Bathyllus uero poeta quidam mediocris tacentibus aliis sibi ascripsit. quamobrem donatus honoratusque a Cae-

Digitized by Google

sare fuit. quod aequo animo non ferens Virgilius iisdem naluis affixit quater hoc principium: 'sic uos non uobis.' postulabat Augustus ut hi uersus complerentur. quod cum frustra aliqui conati essent, Virgilius praeposito disticho sic subiunxit:

hos ego uersiculos feci: tulit alter honores.
sic uos non uobis nidificatis aues.
sic uos non uobis uellera fertis oues.
sic uos non uobis mellificatis apes.
sic uos non uobis fertis aratra boues.

quo cognito aliquamdiu Bathyllus Romae fabula fuit, Maro uero exaltatior. cum is aliquando Ennium in manu haberet rogareturque quidnam faceret, respondit se aurum colligere de stercore Ennii. habet enim poeta ille egregias sententias sub uerbis non multum ornatis. interroganti Augusto quo pacto ciuitas feliciter gubernaretur, 'si prudentiores', inquit, 'temonem tenuerint et boni malis praeponantur: itaque optimi suos habeant honores, nulli tamen aliorum iniusti quidquam fiat.' at Mecoenas, 'quid', inquit, 'Virgili, satietatem homini non affert?' 'omnium rerum', respondit, 'aut similitudo aut multitudo stomachum facit praeter intelligere.' item interrogauit: 'quo pacto quis altam felicemque eius fortunam seruare potest?' cui Maro: 'si quantum honore ac diuitiis aliis praestantior sit, tanto liberalitate et iustitia alios superare nitatur.' solitus erat dicere, nullam uirtutem commodiorem homini esse patientia ac nullam asperam adeo esse fortunam, quam prudenter patienda uir fortis non uincat. quam sententiam in quinto Aeneidos inseruit:

nate dea, quo fata trahunt retrahuntque sequamur,
quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

cum quidam eius amicus Cornificii in eum maledicta et inimicitias sibi enarraret: 'quam putas', inquit, 'esse huiusce maleuolentiae causam? nam neque unquam Cornificium offendi et cum amo an', inquit, 'Hesiodi sententiae non meministi? ubi ait:

καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ,

architectum architecto inuidere et poetam poetae. de malis', inquit, 'Graecus ille intellexit. nam boni eruditiores amant. sed magna cum mea laude et gloria uindictam in manu habeo. maiore enim cura uirtuti intendam atque quo elegantior ego fiam, eo uehementius inuidia rumpetur.' erat Augusto familiaris Filistus quidam orator et poesim mediocriter doctus, cui multiplex uariumque ingenium erat, qui omnium omnia dicta reprehendere conabatur, non ut uerum dignosceret, quod Socrates facere consueuit, sed ut eruditior uideretur. hic Virgilium, ubicumque conuenire dabatur, maledictis salibusque uexabat. quare ille saepe aut tacibundus discedebat aut suffusus pudore tacebat. uerum cum Augusto au-

Digitized by Google

XXV c.

VITA VERGILII

A FOCA GRAMMATICO VRBIS ROMAE VERSIBVS EDITA

Maeonii specimen uatis ueneranda Maronem
Mantua Romuleae generauit flumina linguae.
quis facunda tuos toleraret Graecia fastus,

---

diente elinguem illum diceret et causam etiam suam si linguam haberet defendere nequiret: 'tace,' inquit, 'rabula. nam haec mea taciturnitas defensorem causarum mearum Augustum fecit et Mecoenatem et ea tuba cum uolo loquor quae ubique et diutissime audietur. tu loquacitate non modo aures hominum, sed muros rumpis.' Augustus uero Filistum graui uultu increpauit. tunc Maro, 'si tempus Caesar', inquit, 'tacendi hic sciret, raro loqueretur. tacendum enim semper est, nisi cum taciturnitas tibi noceat, aut oratio aliis prosit. nam qui contendit, et contentionis finis utilis non est, stultis illum annumerandum sapientes putant.' postquam Augustus summa rerum omnium potitus est, uenit in mentem an conduceret tyrannidem omittere et omnem potestatem annuis consulibus et senatui rempublicam reddere; in qua re diuersae sententiae consultos habuit Mecoenatem et Agrippam. Agrippa enim utile sibi fore etiam si honestum non esset relinquere tyrannidem longa oratione contendit: quod Mecoenas dehortari magnopere conabatur. quare Augusti animus et hinc ferebatur et illinc. erant enim diuersae sententiae uariis rationibus firmatae. rogauit igitur Maronem an conferat priuato homini se in sua republica tyrannum facere. tum ille, 'omnibus ferme', inquit, 'rem publicum occupantibus molesta ipsa tyrannis fuit et ciuibus, quia necesse erat propter odia subditorum aut eorum iniustitiam magna suspicione magnoque timore uiuere. sed si ciues iustum aliquem scirent, quem amarent plurimum, ciuitati id utile foret, si in eo uno omnis potestas esset. quare si iustitiam, quod modo (*immo* quo modo) facis, omnibus in futurum nulla hominum facta compositione distribues, dominari te et tibi conducet et orbi. beneuolentiam enim omnium ita habes, ut deum te et adorent et credant.' eius sententiam secutus Caesar principatum tenuit. audiuit a Sirone praecepta Epicuri: cuius doctrinae socium habuit Varium. quamuis diuersorum philosophorum opiniones libris suis inseruisse de animo maxime uideatur, ipse tamen fuit Academicus. nam Platonis sententias omnibus aliis praetulit. ς

XXV c. VITA VERGILII A FOCA GRAMMATICO VRBIS ROMAE VERSIBVS EDITA *cod. Scaligeri; in cod. Scriverii:* A FOCA GRAMMATICO VRBIS ROMAE PERSPICACISSIMO ET CLARISSIMO. *Carmen quod Focas praemisit exhibere nolui.*

3 facunda *mg. Pithoei:* foecundo *cod. Scal.*

Digitized by Google

quis tantum eloquii potuisset ferre tumorem,
aemula Vergilium tellus nisi Tusca dedisset.
huic genitor figulus, Maro nomine, cultor agelli
ut referunt alii tenui mercede locatus,
sed plures figulum. quis non miracula rerum
haec stupeat? diues partus de paupere uena
emicuit: figuli soboles noua carmina finxit.
mater Polla fuit Magii non infima proles,
quem socerum probitas fecit iam clara Maroni.
haec cum maturo premeretur pondere uentris,
ut solet in somnis animus uentura repingere,
anxius et uigilis praesumere gaudia cura,
Phoebei nemoris ramum fudisse putauit.
o sopor indicium ueri! nil certius umquam
cornea porta tulit. facta est interprete lauro
certa parens onerisque sui cognouerat artem.
consule Pompeio uitalibus editus auris
et Crasso tetigit terram quo tempore Chelas
iam mitis Phaeton post Virginis ora recepit.
infantem uagisse negant. nam fronte serena
conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
ipse puerperiis adrisit laetior orbis:
terra ministrauit flores et munere uerno
herbida supposuit puero fulmenta uirescens.
praeterea, si uera fides, sed uera probatur,
lata cohors apium subito per rura iacentis
labra fauis texit dulces fusura loquelas.
hoc quondam in sacro tantum mirata Platone
indicium linguae memorat famosa uetustas.
sed Natura parens properans extollere Romam
et Latio dedit hoc, ne quid concederet uni.

---

2 Tusca] *cf. Servius Aen. X 201* nostra *coni. Oudendorpius* || 4 locati *Heinsius* || 6 hic *mg. Pith. et Scal.* || 7 emicuit *mg. Pith. et Scal.:* euituit || 9 clara *Scaliger in mg.:* tam cara *Heinsius* adamata *Barthius:* data || 11 repingere *Munckerus ad Fulgent. Virgil. Continent. pag. 154:* repingens || 12 uigilis *scripsi:* uigili || 18 terra *Scaliger* || 19 recepit *scripsi:* receptus || 20 fronde *cod. Scal. sed* fronte *Scal. in mg.*

Digitized by Google

insuper his genitor, nati dum fata requirit,
populeam sterili uirgam mandauit arenae:
tempore quae nutrita breui dum crescit in omen
altior emicuit cunctis, quas auxerat aetas.
haec propter placuit puerum committere Musis
et monstrare uiam uenturae in saecula famae.
tum Ballista rudem lingua titubante receptum
instituit primum; quem nox armabat in umbris
grassari solitum: crimen doctrina tegebat.
mox patefacta uiri pressa est audacia saxis.
incidit titulum iuuenis, quo pignora uatis
edidit: auspiciis suffecit poena magistri.
[Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus:
nocte die tutum carpe uiator iter.
nos tamen hos breuius, si fas simulare Maronem:
Ballistam sua poena tegit, uia tuta per umbras.
Hic Ballista iacet: certo pede perge uiator.
Carcere montoso clausus Ballista tenetur:
securi fraudis pergite nocte uiri.
Quid trepidas tantum gressu pauitante uiator!
nocturnum furem saxeus imber habet.
Ballistae uitam rapuit lapis: ipse sepulcrum
intulit. umbra nocens pendula saxa tremat.
Crimina latronis dignissima poena coercet:
duritiam mentis damnat ubique lapis.]
hinc culicis tenui prolusit funera uersu.
[Parue culex, pecorum custos tibi tale merenti
funeris officium uitae pro munere reddit.]
tum tibi Sironem Maro contulit ipsa magistrum
Roma potens, proceresque suos tibi iunxit amicos:
Pollio Maecenas Varus Cornelius ardent,

---

3 omen *Tollius:* omnem *cod. Scal.* umbram *Heinsius* omne *Scaliger in mg.* || 8 primum] puerum *coni. Francius* || 12 auspicio *Heinsius* || 13 Monte — 25 lapis *seclusi* || tegitur] *al.* premitur *mg. prim. ed. Scal. et Pith.* || 16 umbras *Heinsius:* oras *mg. prim. ed. Scal. et Pith.:* auras *cod. Scal.* || 20 tantum *Oudendorpius:* tandem || 26 prolusit *Heinsius:* praelusit *cod. Scal.* || 27 Parue — 28 reddit *seclusi* || pecorum] pecudum *legitur in ipso carmine* || 29 Sironem *Scaliger et Pithoeus:* Scironem *mg. Pith. et var. lect. Scal.* || 31 Varus *Weichert.*

Digitized by Google

te sibi quisque rapit, per te uicturus in aeuum.
Musa refer quae caussa uiro componere libros.
sumpserat Augustus rerum moderamina princeps.
iam necis ultor erat patriae: iam caede priorum
perfusas acies legitur uisura Philippos.
Cassius hic Magni uindex et Brutus in armis
intereunt. uictor nondum contentus opimis
emeritas belli spoliis ditasse cohortis
proscripsit miserae florentia rura Cremonae,
totaque militibus pretium concessa laborum
praeda fuit: uiolenta manus bacchata per agros.
non flatus non tela Iouis non spumeus amnis
non imbres rapidi quantum manus impia uastant.
Mantua tu coniuncta loco sociata periclis:
non tamen ob meritum miseram uicinia fecit.
iam Maro pulsus erat: sed uiribus obuius ibat
fretus amicorum clipeo, cum paene nefando
ense perit. quid dextra furis? quid uiscera Romae
sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
posteritas ipsumque ducem nisi Mantua dicat.
non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum.
itur ad auctorem rerum, quid Martius horror
egerit, ostendunt, qui tunc miseranda tulisset.
Caesaris huic placido nutu repetuntur agelli.
his auctus meritis cum digna rependere uellet,
inuenit carmen, quo munera uincere posset:
praedia dat Caesar, quorum breuis usus habendi,
obtulit hic laudes, quas secula nulla silescant.
pastores cecinit primos: hoc carmine consul
Pollio laudatur ter se reuocantibus annis
composito. post haec ruris praecepta colendi

---

de L. Vario p. 28: Varius || 1 te *scripsi:* et || 2 uiro *Heinsius:* fuit || 4 priorum *cod. Scal. cf. Virg. georg. I 489 sq.:* 'Ergo inter sese paribus concurrere telis | Romanas acies iterum uidere Philippi': priori *vel* reorum *Heinsius* piorum *Burmannus* || 13 uastant *Heinsius:* uastat | 17 *cf. Donatus praef. comm. bucol.:* 'sed Virgilius merito carminum fretus et amicitia quorundam potentium centurioni Arrio cum obsistere ausus esset' || 23 qui *Tollius et Francius:* quid || 24 huic *Tollius et Francius:* hic

quattuor exposuit libris: en commoda terrae
edocuit geminis anno minus omnia lustris.
inde cothurnato Teucrorum praelia uersu
et Rutulum tonuit: bissena uolumina sacro
formauit donata duci trieteride quarta.
sed loca quae uulgi memorauit tradita fama
aequoris et terrae statuit percurrere uates,
certius ut libris oculo dictante notaret.
pergitur: ut Calabros tetigit, liuore nocenti
Parcarum uehemens luxauit corpora morbus.
hic ubi languores et fata minacia sensit

* * *

XXXII a.

VITA
AVLIS PERSI FLACCI
DE COMMENTARIO PROBI VALERI SVBLATA

Aules Persius Flaccus natus est pridie Nonas Decembris Fabio Persico L. Vitellio coss. decessit VIII Kalendas Decembris Rubrio Mario Asinio Gallo coss. natus in Etruria Volaterris eques Romanus, sanguine et affinitate primi ordinis uiris coniunctus, † decessit ad octauum miliarium uia Appia in praediis suis. pater eum Flaccus pupillum reliquit

---

1 en *scripsi:* et ‖ 10 luxauit] uexauit *Heinsius* ‖ 11 minacia *cod. Scal.* micantia *Scaliger, in mg.:* minantia ‖ senserit. ‘*Cetera deerant in exemplari*’ *Scaliger et Pithoeus*

XXXII a. L = Leidensis bibl. publ. 78 olim Vulcanii. s. X, a Kisselio spec. crit. p. 43 sq. conlatus. P = Parisinus 8272 s. XI (P¹ apud Iahn.) G = Gudianus 79 s. XI (W apud Iahn.). in horum scriptura adferenda ipsa Iahni conlatione usus sum.

13 Aulis *L cf. Iahn. prolegg. ad Pers. p. IIII sq.* A. *GP* ‖ Persi *L* Persii *PG* ‖ 14 Valeri *L* Valerii *PG* ‖ 15 Aules *libri* ‖ 16 Vitellio *Pithoeus:* Vitellioque *libri* ‖ 17 Rubrio *LG* Rubio *P* P. *coni. Lipsius ad Tac. ann. XIV 48. Consulis nomina haec fuerant:* P. Rubrius Marius Celsus. *in eadem sententia fuisse Scaligerum video: cf. animadv. ad Euseb. p. 195* ‖ A. Gallo *G* ‖ Etriria *P* ‖ 18 Volaterris *Pithoeus:* Volterris *libri et sic postea* ‖ 19 decessit] *immo* sepultus est ‖ Apia *P* ‖ 20 eum *L* eius *PG* ‘*fortasse* pater O. Flaccus’ *O. Iahnius in ed. min.*

Digitized by Google

moriens annorum fere sex. Fuluia Sisennia nupsit postea Fuscio equiti Romano et eum quoque extulit intra paucos annos. studuit Flaccus usque ad annum XII aetatis suae Volaterris, inde Romae apud grammaticum Remmium Palaemonem et apud rhetorem Verginium Flauum. cum esset annorum XVI, amicitia coepit uti Annaei Cornuti, ita ut nusquam ab eo discederet; inductus aliquatenus in philosophiam est. amicos habuit a prima adulescentia Caesium Bassum poetam et Calpurnium Staturam, qui uiuo eo iuuenis decessit. coluit ut patrem Seruilium Nonianum. cognouit per Cornutum etiam Annaeum Lucanum aequaeuum auditorem Cornuti. [nam Cornutus illo tempore tragicus fuit sectae poeticae, qui libros philosophiae reliquit. sed] Lucanus adeo mirabatur scripta Flacci, ut uix retineret se recitante eo cum clamore, quin illa esse uera poemata diceret, sua ipse ludos faceret. sero cognouit et Senecam, sed non ut caperetur eius ingenio.

1 Schol. Pers. VI 6: 'se ipsum Persius significat secessisse in Liguriae fines, uidelicet propter Fuluiam Sisenniam matrem suam quae post mortem prioris uiri ibi nupta erat.'

8 Schol. Pers. VI 1: 'hanc satiram scribit Persius ad Caesium Bassum poetam lyricum, quem fama est in praediis suis positum ardente Vesuuio monte Campaniae et late ignibus abundante cum uilla sua ustum esse.'

10 Schol. Pers. II 1: 'alloquitur Macrinum hominem sane eruditum et paterno se affectu diligentem, qui in domo Seruilii didicerat, a quo agellum comparauerat indulto sibi pretio aliquanto.'

---

1 Sisennia *G Pithocus* Sisenna *L* Sinenna *P* mater *in editionibus additur* || 2 Fuscio *P* Fusico *L* Fusio *G* || extulit id est nutriuit et aluit *P* || 3 aetatis suae *om. P* || 4 R. Palaemonem *G* || Palemonem *L* || 5 rethorem *L* hretorem *G* || Virginium *supra lin. G* | Flanum *P* || 6 amicicia *L* || Annii *L* A. *G* || 7 a quo inductus *edd. vett.* et inductus *Iahnius in ed. min.* || philosophia *P* || 8 Cesium *L* Cessium *P* C. *G* || Bassium *LG* Lassium *P* || 9 C. *G* Calphurnium *L* || Statura *P* Suram *coni. Casaubonus* || 10 ut *om. LG* || Nomianum *L* Numanum *P* || agnouit *P* || 11 Cornutam *L* || Annaeum etiam *P* || Anneum *L* A. *G* || aequaeuum] equitum *L* || 12 nam — sed *seclusi praeeunte Bergkio* || traicus *P* grammaticus *Martinius de Cornuto p. 50* || 13 poeticae] stoicae *Pithocus* || reliquid *L* || 14 mirabatur adeo *L* || scriptura *P* || se retineret *L* || recitante eo cum *Iahnius:* recitantem *libri* || 15 quin illa esse uera poemata diceret, sua ipse ludos faceret *scripsi praeeuntibus Prellero et C. F. Hermanno.* quae illa esse uera ipsa poemata ipse luto facere *L* quae illa ipsa uera esse poemata suo ludo faceret *G* quin illa esse uera poemata diceret *P* || 16 et *om. P*

Digitized by Google

usus est apud Cornutum duorum conuictu doctissimorum et sanctissimorum uirorum acriter tunc philosophantium, Claudii Agathemeri medici Lacedaemonii et Petroni Aristocratis Magnetis, quos unice miratus est et aemulatus, cum aequales essent, Cornuti minores et ipsi. idem decem fere annis summe dilectus a Paeto Thrasea est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam eius Arriam uxorem habente. fuit morum lenissimorum, uerecundiae uirginalis, formae pulchrae, pietatis erga matrem et sororem et amitam exemplo sufficientis. fuit frugi, pudicus. reliquit circa HSXX matri et sorori; scriptis tamen ad matrem codicillis Cornuto rogauit ut daret sestertia ut quidam centum, ut alii uolunt*, et argenti facti pondo uiginti, et libros circa septingentos [Chrysippi] siue bibliothecam suam omnem. uerum a Cornuto sublatis libris, pecuniam sororibus, quas heredes frater fecerat, reliquit. et raro et tarde scripsit. hunc ipsum librum imperfectum reliquit. uersus aliqui dempti sunt ultimo libro, ut quasi finitus esset. leuiter retractauit Cornutus et Caesio Basso petenti, ut ipsi cederet, tradidit edendum. scripserat in pueritia Flaccus etiam prae-

---

1 et sanctissimorum *post* philosophantium *P* || 2 tum *G* || Cl. *G* || 3 Agathemeri *Reinesius synt. inscr. p. 610:* Agaturrhini *L* Agaturrini *PG* Agathini *Osannus ad Cornutum p. XVIII* || Petronii *P* Pet. *G* || Aristocratis *Pithoeus:* Aristotegratis *LG* Aristotelici *P* || 4 unicae *L* || emulatus *L* imitatus *P* || 5 minores] *cf. Oudendorpius in h. l.* || et ipsi *Iahnius:* ipse *libri* || 6 a Paeto Thrasea *Lipsius ad Tac. ann. XVI 34:* apetithrasea *L* ap. thraseam *G* apud Thraseam *P* || 8 habentem *P* || 9 famae *LG* || 10 et pudicus *P* || sestercias uicies *P* sestercias uities *L* sestertium uicies *G* (?) || 11 tamen *Pithoeus:* tantum *libri* || 12 sestertias *P* sestercias *L* || ut aut quidam *P* || centum *Gronovius de pec. vet. III 1:* centies *libri* || 13 et argenti *LG* argenti *P ante* et *lacunam signavi* || facti *om. P* || pondera *PG* | septigentos *L* || 14 Crisippi *libri, seclusit Iahnius* || 15 Cornutus *Pithoeus* || sorori et matri *Reizius* || 16 frater *om. Reizius* || ed scriptitauit et raro et tarde *G* || scripsit *om. L* || 18 in ultimo *P* || libri *G* ibi *LP* || et *G* || finitum *LG* || retractauit *Bouherius:* contractauit *L* contraxit *G* recitauit *P* || Cornuto *P* Cessio *LP* || Bassio *P* ipsi cederet *Iahnius in ed. mai.:* ipse cederet *PG* ipse ederet *L* || 20 in pueritia etiam Flaccus *P* || praetextam uescio *libri* praetexta uestitus *vel* praetexta inductus (*i. e.* indutus) *codd. rec. qua re glossa in antiquis libris corrupta* (praetexta uestis)

textam [uescio] et ὁδοιπορικῶν librum unum et paucos in socrum Thraseae in Arriam matrem uersus, quae se ante uirum occiderat. omnia ea auctor fuit Cornutus matri eius ut aboleret. editum librum continuo mirari homines et diripere coeperunt. decessit autem uitio stomachi anno aetatis XXVIII.

[Sed mox ut a schola magistrisque diuertit,] lecto Lucilii libro decimo uehementer satiras componere instituit, cuius libri principium imitatus est, sibi primo mox omnibus detracturus, cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione, ut etiam Neronem illius temporis principem culpauerit. cuius uersus in Neronem cum ita se haberet:

auriculas asini Mida rex habet,

in eum modum a Cornuto ipso iam tum mortuo est emendatus:

auriculas asini quis non habet?

ne hoc Nero in se dictum arbitraretur.

12 sqq. Schol. Pers. I 121: 'Persius sic scripsit: auriculas asini Mida rex habet, sed Cornutus hoc mutauit, ita ponens: auriculas asini quis non habet, ueritus ne Nero in se dictum putaret.'

---

restituta est. ceterum uescio *iam Pithoeus et Reizius omiserunt causa non addita.* praetextam Restio *Iahnius*, *Heinrichius* p. Nasica *Prellerus* p. Vescia *Hertzius* p. Decius *Düntzerus* p. nescio quam *O. Ribbeckius trag. lat. rel. p. 351* || 1 ὁδοιπορικῶν *Pithoeus:* opericon *libri* || 2 socrum *Casaubonus:* sororum *libri* || Thrasiae *LP* || 3 ea] autem *P* || 4 aboleret *Pithoeus:* aborteret *L* abhorreret *PG* || editum — coeperunt *supra post* edendum *collocanda censuit Breitingerus* || 5 fecerunt uel coeperunt *P* || decessit — XXX *spuria iudicauit Heinrichius* || 6 XXIIX *Reizius:* XXX *libri nisi quod in P* suae *additur* || 7 sed — diuertit *seclusi* || scola *LP* || et magistris *P* || diuerterat *P* || libro Lucilii decimo *PG* || 8 saturas *P* satyras *L* || instituit *L* studuit *GP cf. Suetonius de gramm. et rhet. 21 Donatus vita Verg. p. 59, 17 sq.* || 9 detracturus *G* detractatus *L* detrectatis *P* || 10 recencium *L* || 11 inculpauerit *L* culparit *P* || 12 haberent *LP* || 14 eum] hunc *P* || ipso iam tum mortuo *Prellerus:* ipse tantum modo *libri nisi quod in G* tantum modo *post* emendatus est *legitur* || 17 uero Nero *P* || in se Nero ductum *L*

Digitized by Google

XXXIII a.

VITA

M. ANNAEI LVCANI

DE COMMENTARIO VACCAE SVBLATA

M. Annaeus Lucanus patrem habuit M. Annaeum Melam ex prouincia Baetica Hispaniae interioris Cordubensem equitem Romanum, inlustrem inter suos, notum Romae et propter Senecam fratrem, clarum per omnes uirtutes uirum, et propter studium uitae quietioris, quod sequens magis a turba recedebat minus latebat. matrem habuit et regionis eiusdem et urbis Aciliam nomine Acilii Lucani filiam, oratoris operae apud proconsules frequentis et apud clarissimos uiros non nullius ingenii: adeo non improbandus (fuit), ut in scriptis aliquibus hodieque perduret eius memoria; cuius cognomen huic [poetae] inditum apparet. natus est III Nonas Nouembris C. Caesare Germanico II L. Apronio Caesiano coss. sed in patria sua non ualuit educari, fatorum credo decretis, ut id ingenium, quod orbem fama sui impleturum cresceret, et in domina mundi aleretur urbe. octauum enim mensem agens Romam translatus est. ac ne dispar euentus in eo narraretur eius qui in Hesiodo refertur, cum opinio hunc non dissimilis maneret, cunas infantis quibus

11 sq. Chronicon pasch. p. 350, 8 sq.: *Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον (a. 820) Λουκανὸς παρὰ Ῥωμαίοις μέγας ἦν καὶ ἐπαινούμενος.* praeter falsam temporis significationem (cf. pag. 78, 7) ex Phlegonte.

XXXIII a. M = Monacensis D 4 d sive 4610 olim Benedictoburanus. dicitur esse s. XI vel XII W = Wallersteinensis in bibliotheca principis Ottingensis prope Nordlingam s. XII vel XIII B = Bernensis 370 s. X initio mutilus. in usum Weberi conlati.

In lemmate Vita Manei lucani *M* || de — sublata *addidi* || 1 M. Anneus *W* Manneus *M (et sic postea)* || menelaim *M* || 2 betica *MW* || hispanie *W* || 3 Romanum *om. M* r. *W* || illustrem uirum *M* || 6 regionis *editio 1477:* religionis *MW* || 9 fuit *addidi* || 10 duret *W* || 11 poetae *iam edd. vett. omiserunt, seclusi* || 12 Nouemb. *W* || g. Caesare *W* || germanio. n. *M* || Apronio *Weberus:* primo *libri* || consule *M* || 13 sed et in *W* || 15 et *om. M* || 16 enim] ħ (*i. e.* autem *Webero auctore*) *M* || 17 in eo *om. M* || esiodo *M* || 18 hunc *scripsi:* tunc *libri* cum *Barthius*

Digitized by Google

ferebatur apes circumuolarunt osque insedere complures, aut dulcem iam tum spiritum eius haurientes aut facundum et qualem nunc aestimamus futurum significantes. (a) praeceptoribus tunc eminentissimis est eruditus eosque intra breue temporis spatium ingenio adaequauit, una uero studentes superauit profectibus. declamauit et graece et latine cum magna admiratione audientium. ob quod puerili mutato in senatorium cultum et in notitiam Caesaris Neronis facile peruenit, et honore uixdum aetati debito dignus iudicatus est. gessit autem quaesturam, in qua cum collegis more tunc usitato munus gladiatorium edidit secundo populi fauore; sacerdotium etiam accepit auguratus. equidem hactenus tempora habuit secunda. quae sequuntur autem mutata inuidia et odio Neronis ipsi exitium domesticis luctum miserabilem attulerunt. cum inter amicos enim Caesaris tam conspicuus fieret profectus (eius) in poetica, frequenter (Nero) offendebatur; quippe et certamine pentaeterico acto in Pompei theatro laudibus recitatis in Neronem fuerat coronatus, et ex tempore Orphea scriptum in experimentum aduersum complures ediderat poetas et tres libros quales uidemus. quare inimicum sibi fecerat imperatorem. quo ambitiosa uanitate non hominum tantum sed et artium sibi principatum uindicante, interdictum est ei poetica, interdictum est etiam cau-

21 sqq. Tacitus ann. XV 49: 'Lucanum propriae causae accendebant, quod famam carminum eius premebat Nero prohibueratque ostentare uanus adsimulatione.'

---

2 inhaurientes *W* || facundum *Weberus* faecundum *W* secundum *M* || 3 existimamus *edd. vett.* || a *addidit Bipontina* || 4 intra *ab ead. manu add. W* || 5 spacium *M* || 6 et *om. M* || grece *MW* || 9 debito] deuico *W* || est iudicatus *M* || 11 edudit *M* || secundo. *incipit h. l. B* || 12 auguratus *euanuit in B* || 14 demosticis *B* || luctu *sed* tu *postea add. B* || miserabile *B* || 15 cum *om. WB* || 16 profectus eius *scripsi:* profectus *libri* profectibus *Weberus* || frequenter Nero offendebatur *scripsi:* frequenter offendebatur *B* frequenter ostendebatur *MW* frequenter offendebat *Weberus* || 17 pentaterico *M* pentaterico *ex* pentaerico *corr. W* penteterico *B* || pompeii *B* || teatro *WB* || 19 aduersum *Weberus:* ac uerum *libri* || cum plures *W* || 20 tres] ceteros *Weberus* || 21 uanitate *M* unitate *W* imitante *B* (*sed* it *a man. sec.*) || 22 uindicantem *W* || 23 interdictum *B* (*sed* ict *inter lin.*) interdum *W* || poeticae *M*

Digitized by Google

sarum actionibus. hoc factum Caesaris iuuenili aestimans animi calore speransque ultionem a coniuratis in caedem Neronis socius adsumptus est, sed parum fauste. deceptus enim a Pisone et consularibus aliisque praetura perfunctis inlustribus uiris dum uindictam expetit in mortem irruit. nam sua sponte coactus uita excedere uenas sibi praecidit periitque pridie Kalendas Maias Attico Vestino et Nerua Siliano coss., XXVI aetatis annum agens, non sine iactura utilitatis cum patriae, quae tantam immature amisit indolem, tum studiorum quoque. reliqui enim VII belli ciuilis libri locum calumniantibus tamquam mendosi non darent, qui tametsi sub uero crimine non egent patrocinio: in isdem dici quod in Ouidi libris praescribitur potest: 'emendaturus si licuisset erat.' extant eius complures et alii, ut Iliacon Saturnalia Catachthonion Siluarum X tragoedia Medea imperfecta salticae fabulae XIIII epigrammata, prosa oratione in

14 sqq. Statius silv. II 7, 52 sqq.:
'tu canis Latio memorque gentis
carmen fortior exeris togatum.
ac primum teneris adhuc in annis
ludes Hectora Thessalosque currus
et supplex Priami potentis aurum,
et sedes reserabis inferorum.
ingratus Nero dulcibus theatris,
et noster tibi proferetur Orpheus.
dices culminibus Remi uagantes
infandos domini nocentis ignes,
tu castae titulum decusque Pollae
iucunda dabis allocutione.'

---

1 cesaris *W* || iuuenilia estimans *W* iuuenialia aestimans *B* || 2 cedem *W* || 3 sotius *M* || assumptus *MB* || deceptus est *libri* est *om. iam vetus editio* || 5 illustribus *MW* || 6 suas ponteco actus *B* || 7 Kal. *M* Kl. *W* K. *B* || mai *MW* || atico *WB* || sillano *M* silano *WB* || 8 cons *M* || XXVI *M. Hankius de Rom. rer. script. tom. I p. 77, Clinto fast. Rom. tom. I p. 47:* XXVII *WB* XXVIII *M* || et aetatis *W* || 9 patriae *Omnibonus:* patria *libri* || tantam *corr. ex* tantum *man. ead. W* || indolentum *B* || 10 septem *MW* X *Nic. Antonius bibl. Hisp. vet. I p. 55* || belli *B* illi *MW* || 11 tanquam *MB* || darent h d (?) patrocinio *(omissis reliquis) M* || tametsi *edd. vett.:* tamen etiamsi *B* tam etiam *W* || 12 hisdem *WB* || 13 in Ouidii *MB* nonuidi *W* || proscribitur *W* perscribitur *M* || potest *Omnibonus:* post *libri* || 14 utilia ᶜsaturnalia *W* || ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΝ *M* cataxcomon *B* catasconion *W* || 16 epigrammata *scripsi:* et appāmata *M* et ippamata *WB* et epigrammata *coni. Weberus*

Digitized by Google

Octauium Sagittam et pro eo, de incendio urbis, epistolarum ex Campania, non fastidiendi quidem omnes, tales tamen ut belli ciuilis uideantur accessio.

---

1 octauum *M* || eo, de *Omnibonus:* eodem *libri* || incendio *inter lin. W* || 3 ciuilis belli, *sed ordine recto indicato W* || ciuili *M*

Digitized by Google

DE ORATORIBVS

M · TVLLIVS CICERO
M · CALIDIVS
C · SCRIBONIVS CVRIO
FVRNII
C · ASINIVS POLLIO
M · VALERIVS MESSALLA CORVINVS
T · MVNATIVS PLANCVS
L · SEMPRONIVS ATRATINVS
Q · HATERIVS
PASSIENVS PATER
C · ASINIVS GALLVS
CASSIVS SEVERVS
VOTIENVS MONTANVS
PASSIENVS CRISPVS
DOMITIVS AFER

48* Nicetes et Hybreas et Theodorus et Plutio nobilissimi artis rhetoricae graeci praeceptores habentur *(a. 723)*.

49 Isaeus rhetor fuit [Atheniensis] illius *(Domitiani)* temporis, cuius et Tranquillus meminit.

I

50* CICERO Arpini nascitur *(a. 648)* matre Heluia, patre equestris ordinis ex regio Volscorum genere.

48* Hieronymus Ol. 187, 2. Nicetes] M. Seneca suas. p. 21, 6 sqq. controv. IX p. 258, 10 sq. etc. Hybreas] M. Seneca suas. p. 44, 20 sqq. etc. Strabo XVIII p. 630. Valerius Maximus IX 14. Theodorus] M. Seneca suas. p. 21, 28 controv. p. 131, 12. Quintilianus III 1, 17 sq. Plutio] (M. Seneca suas. p. 6, 7). Dio Chrysost. XVIII p. 257.

49 Probus ‚Vallae Iuvenal. III 74: 'Isaeus rhetor fuit Atheniensis, ut Probus inquit, illius temporis cuius et Tranquillus meminit.' ad Suetonii librum de inlustribus viris pertinere intellexit O. Iahn. h. l. Schol. Iuven. III 74: 'Isaeus Romae orator omnibus eloquentior. de hoc Plinius Secundus ait: Magna Isaeum fama processerat, maior inuentus est.' Plinius ep. II 3.

50* Hieronymus Ol. 168, 3. Plutarchus Cic. 1: *Κικέρωνος δὲ τὴν μὲν μητέρα λέγουσιν Ἑλβίαν καὶ γεγονέναι καλῶς καὶ βεβιωκέναι, περὶ δὲ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἦν πυθέσθαι μέτριον. οἱ μὲν γὰρ ἐν κναφείῳ τινὶ καὶ γενέσθαι καὶ τραφῆναι τὸν ἄνδρα λέγουσιν, οἱ δ' εἰς Τύλλον Ἄττιον ἀνάγουσι τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους βασιλεύσαντα λαμπρῶς ἐν Οὐολούσκοις καὶ πολεμήσαντα Ῥωμαίοις οὐκ ἀδυνάτως.* Sex. Aurelius Victor de viris ill. c. 81: 'M. Tullius Cicero genere Arpinas patre equite Romano natus genus a Tullo rege duxit.' Silius Italicus VIII 401 sqq.:

---

1 Nicetes *(Scal.)* Nicete *B* ‖ Hybreas *Scal.* Hybraeas *BP* ‖ Plutio *BP Scal.* ‖ 3 Atheniensis *seclusit Rothius* ‖ 5 Cicero *P (Scal.)* Cycero *B* ‖ 6 ex regio Volscorum genere *(Scal.)* ex regio Vulsconorum genere regio *B*

Digitized by Google

XXVI anno aetatis Cicero Quintium defendit *(a. 673)*. 51*
Roscio contra Chrysogonum defenso Cicero Athenas se- 52*
cedit *(a. 674)*: et inde post triennium Romam regreditur.
Cicero in exilio annum facit honorifice susceptus a Plan- 53*
cio *(† a. 693)*.
Cicero in Formiano suo ab Herennio et Popilio occidi- 54*
tur LXIIII aetatis suae anno *(a. 711)*. Ciceronis caput cum manu dextra pro rostris positum iuxtaque coronata imago Popili militis qui eum occiderat.

II

M. CALIDIVS orator clarus habetur *(a. 697)*: qui bello 55*

'Tullius aeratas raptabat in agmina turmas,
regia progenies et Tullo sanguis ab alto,
indole pro! quanta iuuenis, quantumque daturus
Ausoniae populis uentura in saecula ciuem.'

51* Hieronymus Ol. 174, 4. 52* Hieronymus Ol. 175, 1. Gellius XV 28, 1—5: 'Cornelius Nepos et rerum memoriae non indiligens et M. Ciceronis ut qui maxime amicus familiaris fuit, atque is tamen in librorum primo quos de uita illius composuit errasse uidetur, cum eum scripsit tres et uiginti annos natum primum causam iudicii publici egisse Sextumque Roscium parricidii reum defendisse, dinumeratis quippe annis a Q. Caepione et Q. Serrano, quibus consulibus ante diem tertium Nonas Ianuarii m. M. Cicero natus est, ad M. Tullium et Cn. Dolabellam, quibus consulibus causam priuatam pro Quinctio apud Aquilium Gallum iudicem dixit, sex et uiginti anni reperiuntur, neque dubium est, quin post annum quam pro Quintio dixerat Sex. Roscium reum parricidii defenderit, annos iam septem atque uiginti natus, L. Sulla Felice II Q. Metello Pio consulibus. in qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus Asconius animaduertit, quod eum scripserit sexto uicensimo aetatis anno pro Sex. Roscio dixisse.'

53* Hieronymus Ol. 179, 4. Falsa notatio est, cum Ciceronem ab Aprili a. 696 usque ad Sextilem a. 697 Italia carnisse constet. Chron. pasch. p. 352, 5: *Λενοβάρβου καὶ Πούλχρου (a. 700) Κικέρων ὁ ῥήτωρ ἀπὸ ἐξορίας μετεκλήθη διὰ μηνῶν ιή.* si a falsa anni notatione discesseris, relicua ex Phlegontis *ἀναγραφῇ* manarunt.

54* Hieronymus Ol. 184, 2. cf. Plutarchus Cic. 48 sq. Syncellus p. 577, 19 sq: *(Octaviano imperante) Κικέρων ὁ ῥήτωρ καὶ συγκλητικὸς ἐν Γαΐταις ἀνῃρέθη τῆς Ἰταλίας, ὡς δὲ ἄλλοι φασὶν ὅτι φαρμάκῳ διέφθειρεν ἑαυτόν.* item ex Eusebio Hieronymus Ol. 184, 4 *(a. 713)*: 'Cicero ut quibusdam placet interficitur in Caietis.' cf. Valerius Maximus V 3, 4. Chron. pasch. p. 360, 16: *ἐπὶ τούτων ὑπάτων (Ἀγρίππα καὶ Γάλλου a. 717) Κικέρων ῥήτωρ ἀπέθανεν καλάνδαις Μαΐαις.* haec praeter falsam temporis notationem eiusdem Phlegontis sunt.

55* Hieronymus Ol. 180, 4. cf. Cicero Brut. c. 79 sq. Velleius II 36 Quintilianus XII 10, 10. 39. Illo anno praetor fuit, cumque de reditu Ciceronis octo tribuni rogationem promulgarent, sententia sua quam esset sibi cara Ciceronis salus declaravit. cf. Cicero post red. in senat. 9 Piderit. de Apollodoro p. 14 C. F. Hermannus l. c. Caesarianas partes

---

1 aetatis *B (Scal.)* aetatis suae *P* || 4 Cycero *B* || facit *B* fecit *Scal.* || 7 Cyceronis *B* || 9 Popili *B* Popilii *(Scal.)* || 10 Calidius *B* Callidius *(Scal.)*

Digitized by Google

postea ciuili Caesarianas partes secutus, cum togatam Galliam regeret, Placentiae obiit.

56* Apollodorus Pergamenus graecus orator praeceptor Calidii et Augusti clarus habetur *(a. 691)*.

III

57* CVRIO promptus et popularis orator Romae habetur insignis *(a. 701)*: qui deinceps in Africa pudore amissi exercitus mori maluit quam euadere.

IIII

58* FVRNII pater et filius clari oratores habentur *(a. 718)*: quorum filius consularis ante patrem moritur.

V

59* ASINIVS POLLIO orator et consularis, qui de Dalmatis

secutus] cf. Caesar bell. civ. I 2. — Valerius Maximus VIII 10, 3: 'nam M. Cicero quantum in utraque re de qua loquimur momenti sit oratione quam pro Gallio habuit significauit M. Calidio accusatori exprobrando, quod praeparatum sibi a reo uenenum testibus chirographis quaestionibus probaturum adfirmaus remisso multu et languida uoce et soluto genere orationis usus esset, pariterque et oratoris uitium detexit et causae periclitantis argumentum adiecit totum hunc locum ita claudendo: Tu istud, M. Calidi, nisi fingeres, sic ageres?' cf. Cicero Brut. 277.

56* Hieronymus Ol. 179, 2. Calidianae vitae inseruit Mommsenus. Suetonius Aug. 89: 'magistro dicendi usus Apollodoro Pergameno, quem iam grandem natu Apolloniam quoque secum ab urbe iuuenis adhuc eduxerat.' cf. Quintilianus III 1, 17 sq.

57* Hieronymus Ol. 181, 4. Suetonius de gramm. et rhet. 25: 'Cn. Pompeium quidam historici tradiderunt sub ipsum ciuile bellum, quo facilius C. Curioni promptissimo iuueni causam Caesaris defendenti contradiceret, repetisse declamandi consuetudinem.' cf. Cicero Brut. c. 81 Velleius II 48, 3 sqq. Plinius N. H. VII 41 Tacitus dial. c. 37. Caesar bell. civ. II 42: 'hortatur Curionem Cn. Domitius praefectus equitum cum paucis equitibus circumsistens, ut fuga salutem petat atque in castra contendat . . . at Curio numquam amisso exercitu quem a Caesare fidei suae commissum acceperit se in eius conspectum reuersurum confirmat atque ita proelians interficitur.' cf. Livi epit. 110 Florus II 13, 34.

58* Hieronymus Ol. 186, 1. Seneca de benef. II 25, 1: 'Nullo magis Caesarem Augustum demeruit et ad alia impetranda facilem sibi reddidit Furnius, quam quod cum patri Antonianas partes secuto ueniam impetrasset dicit: Hanc unam Caesar habeo iniuriam tuam: effecisti ut uiuerem et morerer ingratus.'

59* Hieronymus Ol. 195, 4. De Pollionis ingenio iudicia: Seneca exc. controv. IIII praef. L. Seneca epist. 100 Quintilianus X 1, 113 Tacitus dial. 21. 25. — Seneca suas. VI p. 38, 11 sqq.: 'Sextilius Ena .... *(de morte Ciceronis)* recitaturus in domo Messalae Coruini Pollionem Asinium aduocauerat et in principio hunc uersum non sine

---

2 Placentiae *(Scal.)* Placentia *B* ‖ 3 grecus *B* ‖ Callidii *(Scal.)* ‖ 5 prumptus *B* ‖ 8 Furnii *P Scal.* Fornii *B* ‖ 10 Pullio *B* ‖ consolaris *B* ‖ Dalmatiis *Scal.*

Digitized by Google

triumphauerat, LXXX aetatis suae anno in uilla Tusculana moritur *(† a. 757)*.

VI

MESSALA CORVINVS orator nascitur *(† a. 695 aut 696)*. 60*

Messala Coruinus primus praefectus urbis factus sexto die magistratu se abdicauit, inciuilem potestatem esse contestans *(a. 728)*. 61*

Messala Coruinus orator ante biennium quam moreretur ita memoriam ac sensum amisit ut uix pauca uerba coniungeret *(† a. 764)*: et ad extremum ulcere sibi circa sacram spinam nato inedia se confecit anno aetatis LXXII. 62*

assensu recitauit: Deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae. Pollio Asinius non aequo animo tulit et ait: Messala tu quid tibi liberum sit in domo tua uideris: ego istum auditurus non sum, cui mutus uideor; atque ita consurrexit.' — Tacitus dial. 17: 'Asinius paene ad extremum' (Augusti principatum durauit). Valerius Maximus VIII 13, 4: 'Asinius etiam Pollio non minima pars Romani stili . . . . . et ipse neruosae uiuacitis haud paruum exemplum'. De falsa temporis significatione cf. adnotatio ad Fragm. 62*.

60* Hieronymus Ol. 180, 2: 'Messala Coruinus orator nascitur et Titus Liuius Patauinus scribtor historicus.' Seneca controv. II p. 152, 19 sqq.: 'fuit autem Messala exactissimi ingenii in omni studiorum parte, Latini utique sermonis obseruator diligentissimus; itaque cum audisset Latronem declamantem dixit: Sua lingua disertus est' e. q. s. cf. Schol. Cruq. Hor. sat. I 10, 28: . . . . 'Messalam Coruinum, qui a Graecis uerbis ita abhorruerunt, ut Messala *σχοινοβάτην* latine funambulum reddiderit ex Terentio in Hecyra, ubi ait: Funambuli eodem accessit expectatio.' — De Messalae ingenio iudicia: Quintilianus X 1, 113 (IIII 1, 9) Tacitus dial. 20.

61* Hieronymus Ol. 188, 3. Tacitus ann. VI 11: 'primusque Messala Coruinus eam potestatem et paucos intra dies finem accepit quasi nescius exercendi.' Seneca lud. de morte Claudii X 2: 'confugiendum est itaque ad Messalae Coruini disertissimi uiri illam sententiam: Pertaedet *(ex emend. Guil. Wehlii)* imperii.'

62* Hieronymus Ol. 197, 3. Plinius N. H. VII 90: 'sui uero nominis Messala Coruinus orator' (obliuionem cepit). Tacitus dial. 17: 'Coruinus in medium usque Augusti principatum durauit.' In notationibus de Messalae anno natali et fatali prochronismi, id quod C. F. Hermannus l. c. de anno natali ita sagacissime explicat ut Hieronymus in eo constituendo pro C. Calpurnio L. F. Pisone cos. a. 687 L. Calpurnium L. F. Pisonem Caesoninum cos. a. 696. arriperet. sed non vidit ita etiam anni fatalis notationem emendari et conprobari Scaligeri, quam adeo refutare studet, coniecturam, confudisse Hieronymum Messalae et Pollionis annos fatales, vel potius annum morbi Coruini cum mortis anno Pollionis. nam si Messala a. 687 natus est et anno aetatis 72. obiit, mortuus est a. 759, biennio ante 757 memoriam amisit, eo scilicet anno quo Pollionem obisse Hieronymus scribit. Pollio autem, 'qui paene ad extremum Augusti principatum durauit', moritur a. 764. quod vero Statilius Taurus Messalae Corvini successor (cf. Tacitus ann. VI 11) secundum Cassium Dionem

1 triumpharat *(Scal.)* || 3 Messala *BP Scal.*

Digitized by Google

VII

63* MVNATIVS PLANCVS Ciceronis discipulus orator habetur insignis *(a. 729)*: qui, cum Galliam comatam regeret, Lugdunum condidit.

VIII

64* PASSIENVS pater declamator insignis diem obit *(a. 744)*.

VIIII

65* ATRATINVS, qui septemdecim natus annos Caelium accusauerat, clarus inter oratores habetur *(a. 733)*: et ad extremum morborum taedio in balneo uoluntate exanimatus heredem reliquit Augustum.

54. 19 non ante a. 738 id munus capessivit (cf. Herm. p. 20 sq.), facile fieri potuit, ut Messala post decennium demum (a. 728—738) successorem acciperet. praeterea Dionis narratio neque cum Tacito neque cum Hieronymo conspirat, quippe qui M. Agrippam primum praefectum urbis dicat, Messalam vero plane omittat.

63* Hieronymus Ol. 188, 4. Munatium ut Ciceronis discipulum apud veteres quasi peculiare oratoris cognomen gerere monet Hermannus l. c. conl. Plin. N. H. VII 12, 55 Ascon. in Milon. p. 33. Suetonius de gramm. et rhet. 30: 'receptusque *(Albucius Silus)* in Planci oratoris contubernium, cui declamaturo mos erat prius aliquem qui ante diceret excitare, suscepit eas partes atque ita impleuit, ut Planco silentium imponeret non audenti in comparationem se demittere.' — a. 727 ex Munati sententia Octavianus Augustus nominatus est. cf. Velleius II 91 Censorinus 21. cf. Hermannus l. c.

64* Hieronymus Ol. 192, 3. Seneca controv. II p. 163, 19 sq.: 'Passienus uir eloquentissimus et temporis sui primus orator'. X p. 295, 4sq.: 'Passieno . . declamatori subtili sed arido'. p. 333, 13sqq.: 'cum Pollio commendaretur a Caesare Passieno nec curaret, interroganti, quare non complecteretur tanti uiri gratiam, *(dixit)*: *ἡλίου καίοντος λύχνον οὐχ ἅπτω.*'

65* Hieronymus Ol. 189, 4. Cicero pro Caelio 1: 'Atratinus humanissimus atque optimus adolescens'. 7: 'disertus adolescens'. Quintilianus XI 1, 68: 'utitur hac moderatione Cicero pro Caelio contra Atratinum, ut eum non inimice corripere sed paene patrie monere uideatur: nam et nobilis et iuuenis et non iniusto dolore uenerat ad accusandum.' Caelius enim patrem eius accusaverat. Suetonius de gramm. et rhet. 26: 'hunc eundem *(Plotium Gallum)*, nam diutissime uixit, M. Caelius in oratione, quam pro se de ui habuit, significat dictasse Atratino accusatori suo actionem.' Ceterum a. 733 L. Sempronius Atratinus L · F · L · N · PRO · COS ex Africa triumphavit, quem eundem esse Scaliger iudicavit. sic in aperto est cur eum hoc anno clarum fuisse Hieronymus scribat.

---

1 Monatius *B* Munacius *(Scal.)* ‖ Cyceronis *B* ‖ discipulos *B* ‖ 2 comatam *P Scal.* commotam *B* ‖ 4 obit *B* obiit *(Scal.)* ‖ 5 qui septemdecim *Scal.* . . . . . em decem *B (media fol lacer. perierunt)* ‖ Caelium *Scal.* Coelium *P* . . . . . m *B* ‖ 6 et ad *P Scal.* et *om. B* ‖ 8 dereliquit *Scal.*

Digitized by Google

X

QVINTVS HATERIVS promptus et popularis orator usque ad XC prope annum in summo honore consenescit *(a. 777)*. 66*

Saeuius Plautus corrupti filii reus semet in iudicio interfecit *(a. 777)*. 67*

66* Hieronymus Ol. 200, 4. Seneca excerpt. controv. IIII praef. p. 376, 28—378, 21 promptissimam eius dicendi facultatem describit, unde non nulla excerpsi: 'Declamabat Haterius admisso populo ex tempore. solus omnium Romanorum, quos meo tempore cognoui, in latinam linguam transtulit graecam facilitatem. tanta illi erat uelocitas orationis, ut uitium fieret. itaque diuus Augustus optime dixit: Haterius noster sufflaminandus est. adeo non currere sed decurrere uidebatur. nec uerborum illi tantum copia sed etiam rerum erat: quotiens uelles eandem rem et quamdiu uelles diceret, aliis totiens figuris, aliis tractationibus, ita ut regi posset nec consumi. regi autem ab ipso non poterat; alioquin libertum habebat cui pareret. sic ibat quo modo ille aut concitauerat eum aut refrenauerat. iubebat illum transire, cum aliquem diu locum dixerat: transibat; insistere iubebat eidem loco: permanebat; iubebat epilogum dicere: dicebat. in sua potestate habebat ingenium, in aliena modum ..... multa erant quae reprehenderes, multa quae suspiceres, cum torrentis modo magnus quidem sed turbidus flueret. redimebat tamen uitia uirtutibus et plus habebat quod laudares quam cui ignosceres, sicuti in ea in qua fleuit declamatione.' Hieronymus ad Pammach. 12 tom. II p. 419 Vall.: 'Q. Haterius, qui ingenium in numerato habebat, ut sine monitore tacere non posset, de quo egregie Caesar Augustus: Quintus, inquit, noster sufflaminandus est'. — Suetonius Tiber. 29: 'Dissentiens in curia a Q. Haterio: Ignoscas, inquit, rogo, si quid aduersus te liberius sicut senator dixero.' cf. Tacitus ann. II 33. — Tacitus ann. I 13: 'etiam Q. Haterius et Mamercus Scaurus suspicacem animum *(Tiberi)* perstrinxere, Haterius cum dixisset: Quo usque patieris, Caesar, non adesse caput rei publicae .... in Haterium statim inuectus est. constat Haterium, cum deprecandi causa Palatium introisset ambulantisque Tiberii genua aduolueretur, prope a militibus interfectum, quia Tiberius casu an manibus eius impeditus procidorat. neque tamen periculo talis uiri mitigatus est, donec Haterius Augustam oraret eiusque curatissimis precibus obtegeretur.' cf. Suetonius Tiber. 27: 'Adulationi adeo auersatus est, ut ....., consularem uero satis facientem sibi ac per genua orare conantem ita suffugerit, ut caderet supinus.' Tacitus ann. III 57: 'at Q. Haterius cum eius diei senatus consulta aureis litteris figenda in curia censuisset, deridiculo fuit senex foedissimae adulationis tantum infamia usurus.' Mortem narrat Tacitus ann. IIII 61: 'Fine anni excessere insignes uiri.... et Q. Haterius familia senatoria eloquentiae quoad uixit celebratae: monimenta ingenii eius haud perinde retinentur. scilicet impetu magis quam cura nigebat, utque aliorum meditatio et labor in posterum ualescit, sic Haterii canorum illud et profluens cum ipso simul extinctum est.' Obiit a. 779.

67* Hieronymus Ol. 200, 4. Mommsenus Suetonio vindicavit, qui

---

1 Quintus *B* Q. *Scal.* || Haterius *B Scal.* Hacterius *P* || promptus *B* || 2 in summo *P Scal.* cum summo *B* || 3 Saeuius *BF* Seuius *P* (*Scaligero auctore*) *Scal.* Seruius *P Pontano auctore (sed error est ni fallor typogr.)* || semet in iudicio interfecit *B* in iudicio semet interficit *Scal.*

Digitized by Google

XI

68* GAIVS ASINIVS GALLVS orator Asini Pollionis filius, cuius etiam Vergilius meminit, diris a Tiberio suppliciis enecatur († *a. 767*).

in oratoris cuiusdam vita hanc celebrem actionem narrasset. hoc in Haterii vita factum esse, certum paene puto, quod in causa esset, ut Hieronymus huic ipsi anno inlustris senectutis memoriam adponeret.

68* Hieronymus Ol. 198, 2. Seneca exc. controv. IIII praef. p. 376, 9—28. — Servius ecl. IIII 11: 'quidam Saloninum Pollionis filium accipiunt. alii Asinium Gallum fratrem Salonini, qui prius natus est Pollione consule designato. Asconius Pedianus a Gallo audisse se refert, hanc eclogam in honorem eius factam.' — Cassius Dio 57, 2, 4—7: *ἔπειτα δὲ (Τιβέριος) κοινωνούς τέ τινας καὶ συνάρχοντας, οὔτοι γε καὶ πάντων καθάπαξ ὥσπερ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, ἀλλ' ἐς τρία μέρη νέμων αὐτήν, ἤτει, καὶ τὸ μὲν αὐτὸς ἔχειν ἠξίου, τῶν δὲ ἑτέρων ἄλλοις παρεχώρει. ἦν δὲ ταῦτα ἔν τε Ῥώμῃ καὶ ἡ ἄλλη Ἰταλία, ἕτερον δὲ τὰ στρατόπεδα καὶ ἕτερον οἱ λοιποὶ ὑπήκοοι. ὡς οὖν πολὺς ἐνέκειτο, οἵ μὲν ἄλλοι καὶ ὡς ἀντέλεγον δῆθεν καὶ ἐδέοντο αὐτοῦ πάντων ἄρχειν, Ἀσίνιος δὲ δὴ Γάλλος παρρησίᾳ ἀεί ποτε πατρῴᾳ καὶ ὑπὲρ τὸ συμφέρον αὐτῷ χρώμενος "ἕλοῦ", ἔφη, "ἣν ἂν ἐθελήσῃς μοῖραν". καὶ Τιβέριος "καὶ πῶς οἷόν τέ ἐστιν", εἶπε, "τὸν αὐτὸν καὶ νέμειν τι καὶ αἱρεῖσθαι;" συνεὶς οὖν ὁ Γάλλος ἐν ᾧ κακοῦ ἐγεγόνει, τῷ μὲν λόγῳ ἐθεράπευσεν αὐτόν, ὑπολαβὼν ὅτι οὐχ ὡς καὶ τὸ τρίτον ἔξοντός σου, ἀλλ' ὡς ἀδύνατον ὂν τὴν ἀρχὴν διαιρεθῆναι, τοῦτό σοι προέτεινα, οὐ μέντοι καὶ τῷ ἔργῳ ἐτιθάσευσεν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ δεινὰ προπαθὼν μετὰ ταῦτα ἀπεσφάγη. καὶ γὰρ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τὴν προτέραν ἐγεγαμήκει, τόν τε Δροῦσον ὡς υἱὸν προσεποιεῖτο, ὅθεν περ καὶ πρότερον διὰ μίσους αὐτῷ ἦν (a. 767).* Tacitus ann. I 12 eadem eodem fere modo narrat. Cassius Dio 58, 3, 1—7: *τῷ δὲ δὴ Γάλλῳ ὁ Τιβέριος, τῷ τήν τε γυναῖκα αὐτοῦ ἀγαγομένῳ καὶ τῇ περὶ τῆς ἀρχῆς χρησαμένῳ παρρησίᾳ, καιρὸν λαβὼν ἐπέθετο. ἐπειδὴ γὰρ τὸν Σηιανὸν ἤτοι καὶ ἀληθῶς ὡς αὐταρχήσοντα ἢ καὶ τῷ τοῦ Τιβερίου δέει θεραπεύων, ἢ καὶ ἐξ ἐπιβουλῆς, ἵνα καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ διὰ κόρου γενόμενος φθαρῇ, τά τε πλείω οἱ καὶ τὰ μείζω ἐσηγήσατο καὶ ἐν τοῖς πρεσβευταῖς γενέσθαι ἐσπούδασεν, ἐπέστειλε περὶ αὐτοῦ τῇ βουλῇ τά τε ἄλλα καὶ ὅτι τῷ Σηιανῷ τῆς πρὸς ἑαυτὸν φιλίας φθονοίη, καίπερ αὐτὸς Συριακῷ φίλῳ χρώμενος. καὶ ταῦτα οὐκ ἐξέφηνε τῷ Γάλλῳ, ἀλλὰ καὶ πάνυ αὐτὸν ἐδεξιώσατο, ὥστε συμβῆναί οἱ πρᾶγμα παραδοξότατον, καὶ ὃ μηδενὶ ἄλλῳ συνηνέχθη· ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παρά τε τῷ Τιβερίῳ εἱστιάθη καὶ φιλοτησίας ἔπιε, καὶ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατεψηφίσθη, ὥστε καὶ στρατηγὸν τὸν δήσοντά τε αὐτὸν καὶ πρὸς τὴν τιμωρίαν ἀπάξοντα πεμφθῆναι. καὶ μέντοι τοῦθ' οὕτως ὁ Τιβέριος πράξας οὐδ' ἀποθανεῖν αὐτῷ ἐθελήσαντι, ἐπειδὴ τάχιστα τῶν δεδογμένων ἤσθετο, ἐπέτρεψεν, ἀλλ' ἐκείνῳ τε, ἵν' ἐπὶ πλεῖστον κακωθείη, θαρσεῖν * * * ἐνετείλατο ὅπως ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ᾖ, μέχρις ἂν αὐτὸς ἐς τὴν πόλιν ἀφίκηται, ἵν', ὅπερ εἶπον, ἐπὶ μακρότατον καὶ τῇ ἀτιμίᾳ ἅμα καὶ τῷ φόβῳ ταλαιπωρήσειεν. καὶ ἔσχεν οὕτως· πρός τε γὰρ τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἐτηρεῖτο — ἔξω τῆς τοῦ Τιβερίου ἀρχῆς· τότε γὰρ πρὸς τῶν στρατηγῶν ἐφυλάχθη — οὐχ ἵνα μὴ φύγῃ, οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἵνα μὴ τελευτήσῃ, καὶ οὔτε ἑταιρός τις οὔτ' οἰκέτης αὐτῷ συνεγίγνετο, οὔτ' ἐλάλει τινὶ οὔθ' ἑώρα τινὰ πλὴν ὁπότε τροφὴν λαβεῖν ἠναγκάζετο. καὶ ἦν αὕτη τοιαύτη καὶ τοσαύτη ὥστε μήτε τινὰ ἡδονὴν καὶ ῥώμην*

---

1 Gaius *BP* Caius *(Scal.)* || Asini *B* Asinii *(Scal.)* || 2 Vergilius *B* Virgilius *(Scal.)* || enecatur *BP Scal.*

XII

CASSIVS SEVERVS orator egregius, qui Quintianum illud 69*
prouerbium luserat, XXV exilii sui anno in summa inopia moritur uix panno uerenda contectus *(a. 785)*.

αὐτῷ παρασχεῖν μήτ' ἀποθανεῖν αὐτὸν ἐᾶν· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ δεινότατον (a. 783). Idem 58, 23, 6: *ἐν δ' οὖν τοῖς τότε ἀποθανοῦσι καὶ Γάλλος ἐγένετο· τότε γὰρ αὐτῷ μόλις, ὡς αὐτὸς εἶπε, κατηλλάγη. οὕτω που, παρὰ τὸ νομιζόμενον, καὶ τὴν ζωὴν τιμωρίαν τισὶ καὶ τὸν θάνατον ἐνεργεσίαν ἐποίει.* Tacitus ann. VI 23 (cf. 25): 'isdem consulibus *(a. 788)* Asinii Galli mors uulgatur, quem egestate cibi peremptum haud dubium, sponte uel necessitate incertum habebatur. consultusque Caesar an sepeliri sineret, non erubuit permittere ultroque incusare casus qui reum abstulissent, antequam coram conuinceretur. scilicet medio triennio defuerat tempus subeundi iudicium consulari seni, tot consularium parenti.' dira eius supplicia sine dubio Tacitus in deperdita libri quinti parte enarrarat. — Ceterum adparet Hieronymum aut librarium ingentem anachronismum admisisse: nam Asinium a. 788 demum obiisse constat; id autem tempus significatum est, quo primum Tiberii animum Galli libertas offendit, scilicet ipse annus 767. quare aut Hieronymus miraе neglegentiae incusandus, aut verba eius probabiliter sic emendanda sunt: 'C. Asinius Gallus orator Asini Pollionis filius, cuius etiam Vergilius meminit, clarus habetur *(a. 767)*: qui postea diris a Tiberio suppliciis enecatur.'

69* Hieronymus Ol. 202, 4. Seneca exc. controv. IIII praef. — Tacitus dial. 19: 'nam quatenus antiquorum admiratores hunc uelut terminum antiquitatis constituere solent, quem usque ad Cassium Seuerum faciunt, quem primum adfirmant flexisse ab illa uetere atque directa dicendi uia, non infirmitate ingenii nec inscitia litterarum transtulisse se ad illud dicendi genus contendo sed iudicio et intellectu.' 26: 'equidem non negauerim Cassium Seuerum, quem solum Aper noster nominare ausus est, si iis comparetur, qui postea fuerunt, posse oratorem uocari, quamquam in magna parte librorum suorum plus uis habeat quam sanguinis. primus enim contempto ordine rerum, omissa modestia ac pudore uerborum, ipsis etiam quibus utitur armis incompositus et studio feriendi plerumque deiectus non pugnat sed rixatur. ceterum ut dixi sequentibus comparatus et uarietate eruditionis et lepore urbanitatis et ipsarum uirium robore multum ceteros superat, quorum neminem Aper nominare et uelut in aciem educere sustinuit.' Quintilianus X 1, 116: 'si cum iudicio legatur, dabit imitatione digna Cassius Seuerus, qui si ceteris uirtutibus colorem et grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter praecipuos foret; nam et ingenii plurimum est in eo et acerbitas mira et urbanitas eius summa, sed plus stomacho quam consilio dedit.' Seneca controv. VII p. 206, 7 sq.: 'Cassius Seuerus summus Publili amator'. — Tacitus ann. I 72: 'primus Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis eius tractauit commotus Cassii Seueri libidine, qua uiros feminasque inlustres procacibus scriptis diffamauerat; mox Tiberius consultante Pompeio Macro praetore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit. hunc quoque asperauere carmina incertis auctoribus uulgata in saeuitiam superbiamque eius et discordem cum matre animum.' cf. Plutarchus de adul. et amic. 18 p. 60 c. — Tacitus ann. III 21: 'relatum et de Cassio Seuero exule, qui sordidae originis maleficae uitae sed orandi ualidus per immodicas

---

1 Quintianum in ludo prourbium luserat *coni. Scal.*

Digitized by Google

XIII

70* VOTIENVS MONTANVS Narbonensis orator in Balearibus insulis moritur *(a. 780)* illuc a Tiberio relegatus.

XIIII

71* (PASSIENVS) CRISPVS [municeps Vercellensis] tirocinio suo in senatu ita coepit: 'patres conscripti et tu Caesar'. propter quod simulata oratione plenissime a Tiberio conlaudatus (est).

inimicitias ut iudicio iurati senatus Cretam amoueretur effecerat; atque illuc eadem actitando recentia ueteraque odia aduertit, bonisque exutus interdicto igni atque aqua saxo Scripho consenuit.' — Suetonius Calig. 16: 'T. Labieni Cordi Cremuti Cassi Scueri scripta senatus consultis abolita requiri et esse in manibus lectitarique permisit, quando maxime sua interesset, ut facta quaeque posteris tradantur.'

70* Hieronymus Ol. 201, 3. Martialis VIII 7, 5: 'docti Narbo paterna Votieni'. Seneca controv. VII p. 217, 18sq.: 'accusauerat *(Vinicius)* illum apud Caesarem a colonia Narbonensi rogatus. at Montanus adeo scholasticus erat, ut eodem die quo accusatus est a Vinicio disceptauit in Vinici (actionem sententias suas).' VIIII p. 280, 3—281, 19: 'Montanus Votienus homo rarissimi etiam si non emendatissimi ingeni uitium suum, quod in orationibus non euitat, in scholasticis quoque euitare non potuit; sed in orationibus, quia laxatior est materia, minus earumdem rerum admotatur iteratio; in scholasticis si eadem sunt quae dicuntur, quia pauca sunt, notantur. memini illum pro Galla Numisia apud centumuiros tirocinium ponere ..... habet hoc Montanus uitium: sententias suas repetendo corrumpit; dum non est contentus unam rem semel bene dicere, efficit ne bene dixerit. et propter hoc et propter alia quibus orator potest poetae similis uideri solebat Scaurus Montanum inter oratores Ouidium uocare; nam et Ouidius nescit quod bene cessit relinquere.' — Tacitus ann. IIII 42: 'ac forte habita per illos dies de Votieno Montano celebris ingenii uiro cognitio cunctantem iam Tiberium perpulit, ut uitandos crederet patrum coetus nocesque, quae plerumque uerae et graues coram ingerebantur. nam postulato Votieno ob contumelias in Caesarem dictas testis Aemilius e militaribus uiris dum studio probandi cuncta refert et quamquam inter obstrepentes magna adseueratione nititur, audiuit Tiberius probra, quis per occulta lacerabatur adeoque perculsus est, ut se uel statim uel in cognitione purgaturum clamitaret precibusque proximorum, adulatione omnium aegre componeret animum. et Votienus quidem maiestatis poenis adfectus est' e. q. s. (a. 778). Biennio post obiit, ut Hieronymus testatur.

71* Schol. Iuvenal. IIII 81: Facundia mitae] 'Lucanus: Fractisque modestior amnis. Crispus' e. q. s. Fontem indicavit O. Iahnius h. l. Cf. Probus Vallae in h. l.: 'Vibius Crispus Placentinus, ut inquit Probus, nec me praeterit quod Tacitus scribit, et manu promptus et lingua sub Claudio et consulatum adeptus ita modestia studium orandi

---

3 Passienus *addidi* || Vercellensis *Pithoeus, seclusi: Vibius enim Crispus Vercellensis est. cf. Tac. dial. 8.:* Viselliensis *Pithoeanus et Sangallensis* Vitelliensis *aut* Vicelliensis *Lipsius* Placentinus *Valla: Valla scilicet ipse Placentinus fuit* || 5 simulata oratione *Iahnius:* simul oratione *PS* simulatione *Pithoeus* || est *addidit Iahnius*

Digitized by Google

plurimas sponte causas apud C. V. egit, pro qua re in basilica Iulia eius statua posita est. consulatus duos gessit. uxores habuit duas, primam Domitiam, deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Caesaris. possedit bis milies sestertia. omnium principum gratiam adpetiuit, sed praecipue (C.) Caesaris, quem iter facientem secutus est pedibus. hic nullo audiente a Caesare interrogatus, haberetne sicut ipse cum sorore germana consuetudinem, 'nondum' inquit, quantumuis decenter et caute, ne aut negando cum argueret aut adsentiendo semet mendacio dehonestaret. periit per fraudem Agrippinae, quam heredem reliquerat, et funere publico elatus est.

XV

DOMITIVS AFER Nemausensis clarus orator habetur *(a. 797)*: 72*

temperauit, ut amorem in se principum prouocaret. idem postremo amissis plurimis filiis ab uxore speciosa, quam formae gratia duxerat, neneno necatus est. hic item Crispus Thyberium Caesarem per Alpes iter facientem adolescens secutus est et nullo audiente ab eodem interrogatus haberetne stupri consuetudinem respondit caute: Nondum, ut se libidinem exueret et ne principis libidinosi aures offenderet.' in his scholiis confusos esse Vibium Crispum atque Crispum Passienum monuit Lipsius excurs. ad Tac. ann. XII 6. Hieronymus Ol. 204, 2 *(a. 791)*: 'Passienus filius fraude heredis suae necatur.' hanc notationem falsam esse docemur mox memorandis Senecae et Suetoni locis: eum post a. 794 demum obiisse euincunt. deinde titulus consularis in Revue Archéolog. 1844 fasc. 8 p. 412 editus Passienum a. 797 iterum consulem fuisse ostendit. cf. Borghes. bullett. d. inst. arch. 1846 p. 170sq. — Plinius N. H. XVI 242: 'Est in suburbano Tusculani agri colle lucus antiqua religione Dianae sacratus a Latio, uelut arte tonsili coma fagei nemoris. in hoc arborem eximiam aetate nostra adamauit Passienus Crispus, bis consul, orator, Agrippinae matrimonio et Nerone priuigno clarior postea, osculari conplectique eam solitus, modo cubare sub ea uinumque illi affundere.' Tacitus ann. VI 20: 'unde mox scitum Passieni oratoris dictum percrebruit, neque meliorem umquam seruum neque deteriorem dominum *(Gaio Caesare)* fuisse.' Suetonius Calig. 10: 'tantique in auum et qui iuxta erant obsequii, ut non immerito sit dictum, nec seruum meliorem ullum nec deteriorem dominum fuisse.' — Seneca de benef. I 15, 5: 'Crispus Passienus solebat dicere quorumdam se iudicium malle quam beneficium, quorumdam beneficium malle quam iudicium. et subiciebat exempla: Malo, aiebat, diui Augusti iudicium, malo Claudii beneficium.' Suetonius Ner. 6: 'nerum Claudio imperium adepto ..... Crispi Passieni uitrici sui hereditate ditatus est.'

72* Hieronymus Ol. 205, 4. Tacitus ann. IIII 52: 'at Romae

---

5 mille *PS, corr. Pithoeus* || 6 C. *add. Lipsius* || 7 illo audiente *Lipsius* || ab Nerone *PS, correxi. cf. Lipsius l. c.* || 9 negando *Lipsius:* negantem *PS* negans *Pithoeus* || 10 adsentiendo *Lipsius:* adsentientem *PS* adsentiens *Pithoeus*

Digitized by Google

qui postea Nerone regnante ex cibi redundantia in cena moritur.

commota principis domo, ut series futuri in Agrippinam exitii inciperet, Claudia Pulchra sobrina eius postulatur accusante Domitio Afro. is recens praetura, modicus dignationis et quoquo facinore properus clarescere, crimen impudicitiae, adulterum Furnium, ueneficia in principem et deuotiones obiectabat . . . . . Pulchra et Furnius damnantur. Afer primoribus oratorum additus diuulgato ingenio et secuta adseuerationc Caesaris, qua suo iure disertum eum appellauit. mox capessendis accusationibus aut reos tutando prosperiore eloquentia quam morum fama fuit, nisi quod aetas extrema multum etiam eloquentia dempsit, dum fessa mente retinet silentii inpatientiam.' 66: 'corripueratque Varum Quintilium, diuitem et Caesari propinquum, Domitius Afer, Claudiae Pulchrae matris eius condemnator, nullo mirante quod diu egens et parto nuper praemio male usus plura ad flagitia accingeretur.' Cassius Dio 59, 19sq. — Tacitus dial. 13: 'ne nostris quidem temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio uel dignitate uitae uel perpetuitate famae cesserit.' 15: 'quam Afer et Africanus aut uos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis'. Quintilianus X 1, 118: 'eorum quos uiderim Domitius Afer et Iulius Africanus longe praestantissimi. arte ille et toto genere dicendi praeferendus et quem in numero ueterum habere non timeas.' XII 11, 3: 'uidi ego longe omnium, quos mihi cognoscere contigit, summum oratorem Domitium Afrum ualde senem cotidie aliquid ex ea quam meruerat auctoritate perdentem, cum agente illo, quem principem fuisse quondam fori non erat dubium, alii quod indignum uideatur riderent, alii erubescerent; quae occasio fuit dicendi malle eum deficere quam desinere.' X 1, 24: 'nobis pueris insignes pro Voluseno Catulo Domitii Afri Crispi Passieni Decimi Laelii orationes ferebantur.' XII 10, 10: 'in eis etiam quos ipsi uidimus copiam Senecae uires Africani maturitatem Afri iucunditatem Crispi sonum Trachali elegantiam Secundi'. VI 3, 27: 'id porro quod dicitur *(ad risum mouendum)* aut est lasciuum et hilare, qualia A. Galbae pleraque; aut contumeliosum, qualia nuper Iunii Bassi; aut asperum, qualia Cassii Seueri; aut lene, qualia Domitii Afri.' VI 3, 42: 'mire fuit in hoc genere *(urbanitate)* uenustus Afer Domitius, cuius orationibus complures huius modi narrationes insertae reperiuntur; sed dictorum quoque ab eodem urbane sunt libri.' horum reliquiae: Quintilianus VI 3, 54 (cf. XI 3, 126). 68. 81. 84. 85. 92 (cf. Plin. ep. II 14, 9). — 94 VIII 5, 3 Cassius Dio 60, 33, 8.

---

1 cena *B* coena *(Scal.)*

Digitized by Google

DE HISTORICIS

C. SALLVSTIVS CRISPVS — *FENESTELLA*
CORNELIVS NEPOS — *Q. ASCONIVS PEDIANVS*
T. LIVIVS — *C. PLINIVS SECVNDVS.*

I

SALLVSTIVS CRISPVS scribtor historicus in Sabinis Amiterni nascitur *(a. 668)*. 73*

Sallustius diem obiit quadriennio ante Actiacum bellum *(a. 719)*. 74*

II

CORNELIVS NEPOS scribtor historicus clarus habetur *(a. 714)*. 75*

III

TITVS LIVIVS Patauinus scribtor historicus nascitur *(a. 695)*. 76*

Liuius historiographus Pataui moritur *(a. 770)*. 77*

73* Hieronymus Ol. 173, 3. 74* Hieronymus Ol. 186, 2. Chron. pasch. I p. 347, 11: *Σαλούστιος ἐγεννήθη καλάνδαις ὀκτωβρίαις (a. 668)*. p. 350, 10: *Σαλούστιος ἀπέθανεν πρὸ τριῶν ἰδῶν μαΐων (a. 715 quadriennio ante Hieronymi notationem)*. manasse haec ex Phlegontis Hadriani liberti *ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν ἀναγραφῆ* Scaliger indicauit. — Gellius XVII 18: 'M. Varro . . . in libro, quem scripsit Pius aut de pace, C. Sallustium . . . . . in adulterio deprehensum ab Annio Milone loris bene caesum dicit et, cum dedisset pecuniam, dimissum.'

75* Hieronymus Ol. 185, 1. Scaliger falso annum quo Nepos clarus habitus sit chronicorum editione definit. cf. Lieberkühn. de auct. vit. etc. — Plinius N. H. VIIII 36: 'Nepos Cornelius qui diui Augusti principatu obiit'.

76* Hieronymus Ol. 180, 2: 'Messala Coruinus orator nascitur et Titus Liuius Patauinus scribtor historicus.' 77* Hieronymus Ol. 190, 1. Plinius ep. II 3, 8: 'Numquamne legisti Gaditanum quendam Titi Liui nomine gloriaque commotum ad uisendum eum ab ultimo terrarum orbe uenisse statimque ut uiderat abisse?' cf. Hieronymus ep. 53 ad Paulinum tom. I pag. 271 Vall.

---

8 storiografus *B* historicus *Scal.* || Pataui *B* Patauii *(Scal.)*

Digitized by Google

IIII

78* FENESTELLA historiarum scribtor et carminum septuagenarius moritur sepeliturque Cumis *(† a. 772)*.

V

79* QVINTVS ASCONIVS PEDIANVS scribtor historicus clarus habetur *(a. 828)*: qui LXXIII aetatis suae anno captus luminibus XII postea annis in summo omnium honore consenescit.

VI

80 PLINIVS SECVNDVS Nouocomensis equestribus militiis industrie functus, procurationes quoque splendidissimas et continuas summa integritate administrauit; et tamen liberalibus studiis tantam operam dedit, ut non temere quis plura in

78* Hieronymus Ol. 199, 3. Plinius N. H. XXXIII 146: 'Fenestella qui obiit nouissimo Tiberii Caesaris principatu'. 'hic quoque Hieronymum claritatis tempus cum fatali permutasse verisimile est.' Hermannus l. c.

79* Hieronymus Ol. 213, 3. — Asconius ad Corn. p. 76 Orell.: 'Liuiusque noster'. haec adpellatio recte ad communem patriam refertur.

80 Codices Naturalis historiae Plinii S. XI—XV: 'Vita Plinii ex catalogo *seu* libro uirorum illustrium Tranquilli. Plinius' c. q. s. Brevis adnotatio de duobus Pliniis . . . collecta per Ioannem Mansionarium Veronensem *(c. a. 1313)* in Rezzonici disquisit. Plinian. I p. 7: 'de hoc refert Suetonius Tranquillus quod ualde miratur uirum militaribus officiis deditum tanta componere potuisse etiam ratione uitae; nam, ut dicit idem Suetonius in libro de Viris illustribus, dum idem Plinius legiones in Siciliam duceret, eruptione fauillarum ab Aetna eructantium praefocatus interiit anno uitae suae quinquagesimo sexto et in Sicilia tumulatur.' Hieronymus Ol. 222, 1 *(a. 860)*: 'Plinius Secundus Nouocomensis (nouocomenses *B*) orator et historicus insignis (insignes *B*) habetur, cuius plurima ingenii opera (monumenta *Scal.*) extant.' verba quae vulgo sequuntur 'periit dum inuisit Vesuuium' a *BPF* testibus Scaligero et Pontaco absunt. temporis notatione docemur, Plinium maiorem cum minore confusum esse, quod et verbis 'orator et' indicatur. — Plinius ep. III 5: 'Pergratum est mihi quod tam diligenter libros auunculi mei lectitas, ut habere omnes uelis quaerasque qui sint omnes. fungar indicis partibus atque etiam quo sint ordine scripti notum tibi faciam: est enim haec quoque studiosis non iniucunda cognitio. de iaculatione equestri unus: hunc, cum praefectus alae militaret, pari ingenio cu-

---

1 carminum] *'imo* annalium *non* carminum. *hic aliud agebat Hieronymus.' Scal.* || 3 Quintus Asconius *P* Q. Asconius *Scal.* C. Pasconius *B* || Pedianus *B (Scal.)* Paedianus *P* || 6 Plinius Secundus *om. Toletanus Vindobonensis 9 Parisinus 6796 A Barberinus 2503* | Nouocomensis] nouecomensis, nouemcomenses, nouem quo menses, nouem menses, nouem mensibus *libri non nulli* || industrie *Vaticanus 1951 (s. XV) a Lerschio conlatus*

Digitized by Google

ocio scripserit. itaque bella omnia, quae umquam cum Germanis gesta sunt XX uoluminibus comprehendit; item naturalis historiae XXXVII libros absoluit. periit clade Campaniae; cum enim Misenensi classi praeesset et flagrante Vesuuio ad explorandas propius causas liburnica pertendisset, nec aduersantibus uentis remeare posset, ui pulueris ac fauillae oppressus est, uel ut quidam existimant a seruo suo occisus, quem aestu deficiens, ut necem sibi maturaret, orauerit.

raque composuit. de uita Pomponi Secundi duo: a quo singulariter amatus hoc memoriae amici quasi debitum munus exsoluit. bellorum Germaniae uiginti: quibus omnia quae cum Germanis gessimus bella collegit; inchoauit, cum in Germania militaret, somnio monitus: adstitit ei quiescenti Drusi Neronis effigies, qui Germaniae latissime uictor ibi periit, commendabat memoriam suam orabatque, ut se ab iniuria obliuionis adsereret. studiosi tres, in sex uoluminа propter amplitudinem diuisi: quibus oratorem ab incunabulis instituit et perficit. dubii sermonis octo: scripsit sub Nerone nouissimis annis, cum omne studiorum genus paulo liberius et erectius periculosum seruitus fecisset. a fine Aufidi Bassi triginta unus. naturae historiarum triginta septem: opus diffusum eruditum nec minus uarium quam ipsa natura. miraris quod tot uoluminа multaque in his tam scrupulosa homo occupatus absoluerit? magis miraberis, si scieris illum aliquandiu causas actitasse, decessisse anno sexto et quinquagensimo, medium tempus distentum impeditumque qua officiis maximis qua amicitia principum egisse. sed erat acre ingenium incredibile studium summa uigilantia.' V 8, 5: 'me uero ad hoc studium impellit domesticum quoque exemplum. auunculus meus idemque per adoptionem pater historias et quidem religiosissime scripsit.' Idem VI 16 exitum auunculi Tacito scribit, unde pauca notabiliora excerpam. 2: 'pulcherrimarum clade terrarum'. 4: 'erat Miseni classemque imperio praesens regebat. nonum Kal. Septembres hora fere septima mater mea indicat ei apparere nubem inusitata et magnitudine et specie.' 7: 'magnum propiusque noscendum ut eruditissimo uiro uisum. iubet liburnicam aptari.' 12: 'certus fugae, si contrarius uentus resedisset'. 19: 'innitens seruolis duobus adsurrexit et statim concidit, ut ego colligo, crassiore caligine spiritu obstructo clausoque stomacho, qui illi natura inualidus et angustus et frequenter aestuans erat.' 22: 'unum adiciam, omnia me quibus interfueram quaeque statim, cum maxime uera memorantur, audieram persecutum.'

---

1 umquam] undique *Vaticanus* || Germanis *Escorialensis antiquior Toletanus:* Romanis *libri plurimi* || 2 XX *edd.:* XXXVII *libri* || item *Barberinus Vaticanus:* itemque *reliqui (?)* || 3 clade *Hermolaus Barbarus:* gades *vel* gadis *(Vaticanus) vel* grades *libri* || 5 liburnica *Toletanus:* liburnicas *(Vaticanus) vel* liburnicam *reliqui* || pertendisset *Burmannus:* praetendisset *libri* || 8 orauerit *Vinetus:* orauerat *libri* || orauerat. hic in his libris · XX · milia rerum dignarum ex Lectione uoluminum circiter duum milium complexus est. Primus autem liber quasi index · XXXVI · Librorum sequentium consummationem totius operis et species continet titulorum *Vaticanus*

Digitized by Google

DE PHILOSOPHIS

M · TERENTIVS VARRO *P · NIGIDIVS FIGVLVS*
L · ANNAEVS SENECA

81* Anaxilaus Larissaeus Pythagoricus et magus ab Augusto urbe Italiaque pellitur *(† a. 726)*.

82* † Titus Musonium Rufum philosophum de exilio reuocat *(† a. 833)*.

I

83* M. TERENTIVS VARRO philosophus et poeta nascitur *(a. 638)*.

84* M. Terentius Varro philosophus prope nonagenarius moritur *(a. 726)*.

81* Hieronymus Ol. 188, 1. 'Metachronismus quinquennii' Scal. Cassius Dio 49, 43: *Ἀγρίππας μὲν δὴ ταῦτά τε ἐποίει καὶ τοὺς ἀστρολόγους τούς τε γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν (a. 721)*. Plinius N. H. XXXV 176: 'lusit et Anaxilaus eo addens in calicem uini prunaque subdita circumferens exardescentis percussu pallorem dirum uelut defunctorum effundentem conuiuiis.' Sextus Pyrrh. I: *καί γε οἱ γόητες χρίοντες τὰς θρυαλλίδας ἰῷ χαλκοῦ καὶ θόλῳ σηπίας ποιοῦσιν ὅτε μὲν χαλκοῦς ὅτε δὲ μέλανας φαίνεσθαι τοὺς παρόντας διὰ τὴν βραχεῖαν τοῦ μιχθέντος παρασποράν*. cf. Irenaeus c. Marc. I 4 Epiphanius c. haer. I 3.

82* Hieronymus Ol. 214, 4. Hieronymus T. Vespasianum patrem cum Tito filio confudit. — Cassius Dio 62, 27 (Xiph.): *Ῥοῦφος μέντοι Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος ἐπὶ τούτοις ἐφυγαδεύθη*. cf. Tacitus ann. XV 71 hist. III 81 IIII 10. Cassius Dio 66, 13: *καὶ πάντας αὐτίκα τοὺς φιλοσόφους, ὁ Οὐεσπασιανός, πλὴν τοῦ Μουσωνίου, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξέβαλεν*. — Chron. pasch. p. 450, 9: *Μουσώνιος καὶ Πλούταρχος φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο (a. 820)*. eadem chron. Casauboni ex eodem Phlegonte.

83* Hieronymus Ol. 166, 1. 84* Hieronymus Ol. 188, 1. Pli-

---

1 pytha . . . . . et *B* ‖ 2 It . . . . . pellitur *B* ‖ 3 filosofum *B* ‖ 5 M *B* Marcus *(Scal.)* ‖ filosofus *B* ‖ 7 una . . . . . sofus *B (media fol. lacer. pericrunt)*

Digitized by Google

II

NIGIDIVS FIGVLVS Pythagoricus et magus in exilio mo- 85*
ritur *(a. 709)*.

III

L. ANNAEVS SENECA Cordubensis praeceptor Neronis et 86*
patruus Lucani poetae incisione uenarum et ueneni haustu
perit *(a. 818)*.

Hic sub Claudio quasi conscius adulteriorum Iuliae Ger- 87*
manici filiae in Corsicam relegatus post octennium reuocatus est. qui etsi magno desiderio Athenas tenderet, ab Agrippina tamen erudiendo Neroni in palatium adductus saeuum

nius N. H. XXIX 4, 18: 'ni M. Varro LXXXIII uitae anno prodidisset'. Valerius Maximus VIII 7, 3: 'Terentius autem Varro humanae uitae exemplo et spatio nominandus non annis quibus saeculi tempus aequauit quam stilo uiuacior'. Gellius III 10, 17: 'tum ibi *(in primo librorum qui inscribuntur hebdomades vel de imaginibus)* addit se quoque iam duodecimam annorum hebdomadem ingressum esse et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse, ex quibus aliquam multos cum proscriptus esset direptis bibliothecis non comparuisse.'

85* Hieronymus Ol. 183, 4. Cicero Tim. 1: 'denique sic iudico post illos nobiles Pythagoreos, quorum disciplina extincta est quodam modo cum aliquot saecula in Italia Siciliaque uiguisset, hunc extitisse qui illam renouaret.' cf. Schol. Bob. in Ciceronum in Vatin. p. 317 Orell.

86* Hieronymus Ol. 211, 1. Hieronymus Ol. 197, 4 *(a. 765)*: 'Sotio philosophus Alexandrinus praeceptor Senecae clarus habetur.' 'praeceptor Senecae' Hieronymus ex Suetonio Eusebianis addidit.

87* Probus Vallae in Iuvenal. V 109: 'hic, ut inquit Probus, sub Claudio.....saeuitia. huic postremo quod habitus esset inter conscios' e. q. s. sequitur mortis narratio aperte secundum Tacit. XV 61 sqq. scripta. 'fieri igitur potest ut haec Valla ipse adiecerit.' Iahnius. — Cassius Dio 59, 19, 7. Tacitus ann. XII 8: 'at Agrippina, ne malis tantum facinoribus notesceret, ueniam exilii pro Annaeo Seneca, simul praeturam impetrat, laetum in publicum rata ob claritudinem studiorum eius, utque Domitii pueritia tali magistro adulesceret et consiliis eiusdem ad spem dominationis uterentur, quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii et infensus Claudio dolore iniuriae credebatur.' Suetonius Ner. 7: 'undecimo aetatis anno a Claudio adoptatus est Annaeoque Senecae tunc senatori in disciplinam traditus. ferunt Senecam proxima nocte uisum sibi per quietem C. Caesari praecipere, et fidem somnio Nero breui fecit, prodita immanitate naturae quibus primum potuit experimentis.' 35: 'Senecam praeceptorem ad

---

1 phythagoricus *B* || 3 Annaeus *Scal.* Anneus *B* || 4 ueneni haustu *B* ueneno hausto *Scal.* || 5 perit *B* periit *(Scal.)* || 7 octennium *Faber praef. Senec.*: triennium *Valla* || 8 tenderet *Schrevelius*: intenderet *Valla* || 9 scaeuum *Valla*, *correxi*

Digitized by Google

immanemque natum et sensit cito et indicauit inter familiares solitus dicere, non fieri saeuo illi leoni quin gustato semel hominis cruore ingenita redeat saeuitia.

88* Iunius Gallio frater Senecae egregius declamator propria se manu interficit *(† a. 817)*.

necem compulit, quamuis saepe commeatum petenti bonisque cedenti persaepe iurasset, suspectum se frustra periturumque potius quam nociturum ei.' cf. Tacitus ann. XIIII 52sqq. 56 XV 45. 56. 60sqq. Cassius Dio 62, 24sqq. — Suetonius Calig. 53: 'lenius contiusque scribendi genus adeo contemnens ut Senecam tum maxime placentem commissiones meras componere et harenam esse sine calce diceret.' Ner. 52: 'a cognitione ueterum oratorum Seneca praeceptor *(auertit)*, quo diutius in admiratione sui detineret.' Quintilianus X 1, 125: 'ex industria Senecam in omni genere eloquentiae distuli propter uulgatam falso de me opinionem, qua damnare eum et inuisum quoque habere sum creditus. quod accidit mihi, dum corruptum et omnibus uitiis fractum dicendi genus reuocare ad seueriora iudicia contendo, tum autem solus hic fere in manibus adolescentium fuit. quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus praeferri non sinebam, quos ille non destiterat incessere, cum diuersi sibi conscius generis placere se in dicendo posse, quibus illi placent, diffideret. amabant autem eum magis quam imitabantur tantumque ab eo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat . . . . . tractauit etiam omnem fere studiorum materiam. nam et orationes eius et poemata et epistolae et dialogi feruntur. in philosophia parum diligens, egregius tamen uitiorum insectator fuit' e. q. s. cf. Tacitus ann. XIII 3: 'quamquam oratio a Seneca composita multum cultus praeferret.' XIII 42: 'nec Suillius questu aut exprobratione abstinebat, praeter ferociam animi extrema senectute liber, et Senecam increpans infensum amicis Claudii, sub quo iustissimum exilium pertulisset. simul studiis inertibus et iuuenum imperitiae suetum liuere iis qui uiuidam et incorruptam eloquentiam tuendis ciuibus exercerent. se quaestorem Germanici, illum domus eius adulterum fuisse. an grauius existimandum sponte litigatoris praemium honestae operae adsequi, quam corrumpere cubicula principum feminarum? qua sapientia, quibus philosophorum praeceptis intra quadriennium regiae amicitiae ter millies sestertium parauisset? Romae testamenta et orbos uelut indagine eius capi, Italiam et prouincias immenso fenore hauriri.' Seueriora etiam antiquariorum iudicia extant apud Frontonem de orationibus ad M. Caesarem p. 239 et Gellium XII 2.

88* Hieronymus Ol. 210, 4. Cassius Dio 62, 25: *καὶ οἱ ἀδελφοὶ ὕστερον ἐπαπώλοντο*. Tacitus ann. XV 73: 'Iunium Gallionem Senecae fatris morte pauidum et pro sua incolumitate supplicem increpuit Salienus Clemens hostem et parricidam uocans.' sequenti igitur anno adscribendum erat. Ceterum etiam Gallio filius egregius declamator fuisse videtur, ut non sit cur cum Hermanno et Mommseno de confusione Gallionum patris et filii cogites. cf. Quintilianus III 1, 21.

---

1 indicauit *Lipsius ad Senecam p. XXVI:* mitigauit *Valla* indigitauit *Schurtzfleischius* || 2 fieri *scripsi:* fore *Valla* fidere se *Orellius* || 3 scaeuitia *Valla, correxi*

L. Annaeus Mela, Senecae frater et Gallionis, bona 89*
Lucani poetae filii sui a Nerone promeretur *(a. 821)*.

89* Hieronymus Ol. 211, 4. Tacitus ann. XVI 17: 'Mela quibus Gallio et Seneca parentibus natus petitione honorum abstinuerat per ambitionem praeposteram, ut eques Romanus consularibus potentia aequaretur; simul adquirendae pecuniae breuius iter credebat per procurationes administrandis principis negotiis: idem Annaeum Lucanum genuerat, grande adiumentum claritudinis, quo interfecto dum rem familiarem eius acriter requirit accusatorem conciuit Fabium Romanum, ex intimis Lucani amicis. mixta inter patrem filiumque coniurationis scientia fingitur adsimilatis Lucani litteris. quas inspectas Nero ferri ad eum iussit opibus eius inhians. at Mela, quae tum promptissima mortis uia, exsoluit uenas, scriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum generumque eius Cossutianum Capitonem erogabat, quo cetera manerent. additur codicillis, tamquam de iniquitate exitii querens ita scripsisset, se quidem mori nullis supplicii causis, Rufium autem Crispinum et Anicium Cerialem uita frui infensos principi. quae composita credebantur de Crispino, quia interfectus erat, de Ceriale, ut interficeretur. neque enim multo post uim sibi attulit, minore quam ceteri miseratione, quia proditam Gaio Caesari coniurationem ab eo meminerant.'

---

6 Annaeus *(Scal.)* Annacus *B* || Mela *scripsi:* Melas *B (Scal.)* Mellas *P*

90 DE GRAMMATICIS ET RHETORIBVS

GRAMMATICI

SAEVIVS NICANOR
AVRELIVS OPILIVS
M · ANTONIVS GNIPHO
M · POMPILIVS ANDRONICVS
L · ORBILIVS (PVPILLVS)
L · ATEIVS PHILOLOGVS
P · VALERIVS CATO
CORNELIVS EPICADVS
(STABERIVS EROS)
CVRTIVS NICIA
LENAEVS
Q · CAECILIVS (EPIROTA)
M · VERRIVS FLACCVS
L · CRASSITIVS
SCRIBONIVS APHRODISIVS
C · IVLIVS HYGINVS
C · MELISSVS
M · POMPONIVS MARCELLVS
Q · REMMIVS PALAEMON
(M ·) VALERIVS PROBVS

Libri de grammaticis et rhetoribus hos codices elegi: *V* = Vaticanus 1862 chart. fol. s. XV, continet f. 1a — 15a Taciti Germaniam f. 15b — 23a Suetoni libellum f. 23b — 43b Taciti dialogum. duplici conlatione usus

---

1 C. SVETONI TRANQVILLI DE GRAMMA | TICIS ET RHETORIBVS INCIPIT *V* C. SVETONII TRANQVILLI DE GRA | MATICIS ET RHETORIBVS INCIPIT *N* C. SVETONII TRANQVILLI. DE. GRAMMATICIS. ET. | RHETORIBVS. INCIPIT. FELICITER. *O* C. Suetonii tranquilli de grammaticis et rhetoribus incipit *G* C. Suttonii tranquilli de grammaticis et rethoribus | Incipit *I* CAII SVETONII TRANQVILLI. DE VIRIS ILLVSTRIBVS LIBER INCIPIT. | DE GRAMMATICIS. *L Omnes codices praeter G [et N] titulum nominibus gramm. et rhet. postposuerunt* ‖ 2 Grammatici *GI* GRAMMATICI CELEBRES *V* GRAMMATICI ILLVSTRES *L om. N (in quo etiam nomina desunt) O* ‖ 3 *Ante Saeuium Nicanorem in libris legitur* Aelius Praeconius (preconius *O*)*: eieci* ‖ Saeuius *V* SEVIVS *L* Seuius *O* Seruius *NGI* ‖ 4 Aurel *V* ‖ 5 grifo *O* Grapho *G* grapho *I* ‖ 6 pomilius *O* ponpilius *I* ‖ 7 PVPILLVS *addidi* ‖ 8 Atheius *O* ‖ phelalogus *O* ‖ 9 caco *I* cato et L. Staberius *O* ‖ 10 epicad. *O* ‖ 11 STABERIVS EROS *addidi* ‖ 12 CVRTIVS NICIA *om. I* ‖ NITIA *L* ‖ 13 Laeneus *libri* ‖ 14 Quintus cecilius *O* ‖ EPIROTA *addidi* ‖ 15 uerus *I* ‖ 16 Crassicius *OGI* ‖ 17 afrodisius *O* ‖ 18 Iulus *O* ‖ Phriginus *V* phriginus *GI* FRIGINVS *L* phyginus *O* ‖ 19 C. *OGI* M. *VL* ‖ 21 Rhemnius *VG* Remnus *I* RHEMINIVS *L* Yeminius *O* ‖ Palemon *libri* ‖ 22 M. *addidi* ‖ Val. *V* Val. *I*

Digitized by Google

RHETORES

(L) PLOTIVS GALLVS
L · VOLTACILIVS PLOTVS
M · EPIDIVS
SEX · CLODIVS
C · ALBVCIVS SILVS
L · CESTIVS PIVS
M · PORCIVS LATRO
Q · CVRTIVS RVFVS
L · VALERIVS PRIMANVS
VERGINIVS FLAVVS
L · STATIVS VRSVLVS
P · CLODIVS QVIRINALIS
M · ANTONIVS LIBERALIS
SEX · IVLIVS GABINIANVS
M · FABIVS QVINTILIANVS
[M ATVLLIVS TIRO]

sum, una L. Lerschi altera Adolphi Michaelis. *L* = Leidensis seu Perizonianus (XVIII Periz. C. 21) s. XV membr. form. quadr. fol. 60, a Iouiano Pontano m. Mart. a. 1460 uel ex eius apographo descriptus. fol. 1—30 Tac. dial. f. 31—47 Tac. Germ. f. 48—60 Suet. ex hoc libro Taciti et Suetoni libellos Trossius edidit neglegentissime, accuratissime deinde cum Trossiana editione Suetonium contulit Ritschelius (v. Parerg. I p. 600 sqq.), ipsa eius conlatione usus sum. *N* = Neapolitanus olim Farnesianus bibl. reg. IIII c. 21 pergam. fol. s. XV cum picturis initialibus, litteris inscriptionum aureis; paginis non numeratis continet deinceps Taciti historias dialogum Germaniam: folia denique nouem extrema exhibent libellum Suetonianum. contulit Lerschius Neapoli d. 5 et 6 m. Mart. a 1847. *O* = Ottobonianus 1455 chart. fol. s. XV. incipit a libello Messalae Corvini de progenie sua f. 1 — 5a, continet deinde Suetonium f. 5a — 9b, 'Cornelii Taciti dialogus incipit de oratoribus et poetis' f. 9—19b, cosmographiam Pomponii Melae f. 19b — 36a, ex libro Corn. Nep. de lat. hist. 37a — 41a, 'tabula geonologiarum (sic Lerschius) Io. Bochacii' f. 41b — 45b, ex genealogiis deorum f. 47a — 133a, post septem deinde paginas vacuas historiarum Blondj commentaria per Pium IIum Pont. max. f. 137a — 237b, Leonardi Aretini in Vitam Virgilii excerptam ex commentariis Seruii grammm. f. 237b — 339b; decreta Atheniensium a Rinuccio traducta ad Poggium f. 239a — 243b, Blondi Forliuiensis Italia illustrata fol. 243b — 346a. contulit Lerschius. *G* = Gudianus 93 s. XV (cf. Ebert bibl. Guelf. p. 159), foliorum quaternariorum septem, continet solum Suetonianum librum. Ipse contuli. *I* = Vaticanus 1518 membran. fol. s. XV variis manibus scriptus, fol. 198. continet f. 1 — 108 Porphyrionem in Horatium fol. 110 inc. Cornutus in Persium, f. 166b Suetoni liber, f. 173b Tac. dial. fol. 189b Tac. Germ. contulit Lerschius.

1 Item Rhetores *OG* Item rethores *I* RHETORES *L* ITEM RHETORES CLARI *V* ‖ *in VLO nomina rhetorum post grammaticos ponuntur, in GI uxta* ‖ 2 L. *addidi* ‖ Politius *I* ‖ 3 Volcacilius *O* Voltatilius *I* ‖ Plotus *scripsi ex Hieronymo:* Pilutus *VG* pillutus *I* plut' *O* PILATVS *L* ‖ 4 epidus *I* ‖ 5 SEXTVS *L* ‖ 6 Albucius *Hieronymus VO* ALBVTIVS *L* Albutius *G* Albulius *I* ‖ 7 Caestius *VG* celestius *I* ‖ 8 Porcius *Hieronymus O* Portius *VGI* PORTIVS *L* ‖ 10 Val. *I* Valeri' *O* ‖ pman' *O* ‖ 11 Verg. *VOGI* VIRGINIVS *L* ‖ 16 Flabius *V* ‖ 17 M. TVLLIVS TIRO *emendavi et seclusi:* Iulius Tiro *libri* (Iul. *VI* Tiro *V* Tyro *OGI* TYRO *L*)

Digitized by Google

1 GRAMMATICA Romae ne in usu quidem olim, nedum in honore ullo erat, rudi scilicet ac bellicosa etiam tum ciuitate, necdum magnopere liberalibus disciplinis uacante. initium quoque eius mediocre extitit, si quidem antiquissimi doctorum, qui idem et poetae et semigraeci erant — Liuium et Ennium dico, quos utraque lingua domi forisque docuisse adnotatum est — nihil amplius quam Graecos interpretabantur, aut si quid ipsi Latine composuissent praelegebant. nam quod non nulli tradunt duos libros de litteris syllabisque, item de metris ab eodem Ennio editos, iure arguit L. Cotta non poetae sed posterioris Enni esse, cuius etiam de augurandi disciplina uolumina ferantur.

2 Primus igitur quantum opinamur studium grammaticae in urbem intulit Crates Mallotes Aristarchi aequalis, qui missus ad senatum ab Attalo rege inter secundum ac tertium Punicum bellum sub ipsam Enni mortem, cum regione Palatii prolapsus in cloacae foramen crus fregisset, per omne legationis simul et ualetudinis tempus plurimas acroasis subinde fecit assidueque disseruit, ac nostris exemplo fuit ad imitandum: hactenus tamen [imitati], ut carmina parum ad-

---

1 RAMMATICA *O* || 2 rudi scilicet] s. rudi *I* || 3 disciplis *c corr. post ras. L* (*in mg. m. rec.* disciplinis) || 5 qui idem *Lachmannus in mg. ed. Wolfianae, quam Ritschelius mihi commodavit* qui iidem *Stephanus:* quidem *VLOI* quidam *G* quidem *N* || 6 utramque linguam *I* utranq; linguam *GN* || foris *G* || 7 adnotatum *Beroaldus:* annotatum *G* añotatum *NI* adnotum *VO* at notum ē *L m. 1* at notum ē^{ac} *m. 2* sat notum *Lachmannus l. c. cf. Ritschelius Mus. Rhen. nov. VIIII p. 14* || nichil *V* || Grecos *VGO* || interpraetabantur *N* || 8 aut] ac *IO* || Latine ipsi *NO* || conposuissent *I* || praelegebant *GNI* prealegabant *V* praeallegabant *L* perlegebant *O* || 9 literis *LN* lr̄is *G* || 10 editos *G* aeditos *N* || 11 posteprioris *N* || Enni *V* Ennii *LGNIO* || augurali *O* || 13 opinamus *G sed corr. cad. m.* || 14 Aristarci *GN* Haristarci *O* aristarici *I* || 15 ac] et *V* || 16 bellum Punicum *N* || Enni *V* Ennii *LOGI* || quom *N (sic fere semper)* || in regione *G* || palatii *I* || 18 ualetudinis *VO* ualitudinis *LNGI* || acroasis *GN* acrecasis *I* || 19 disseruit] desuit *I* || 20 imitandum] du *in ras. G* imitationem *I* || imitati *seclusit I. Fr. Gronovius* imitatis *quidam apud Wolfium*

Digitized by Google

huc diuolgata uel defunctorum amicorum uel si quorum aliorum probassent, diligentius retractarent ac legendo commentandoque et ceteris nota facerent; ut C. Octauius Lampadio Naeuii Punicum bellum, quod uno uolumine et continenti scriptura expositum diuisit in septem libros; ut postea Q. Vargunteius annales Enni, quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat; ut Laelius Archelaus Vectiusque Philocomus Lucili saturas familiaribus suis, quas legisse se apud Archelaum Pompeius Lenaeus, apud Philocomum Valerius Cato praedicant.

Instruxerunt auxeruntque ab omni parte grammaticam L. Aelius Lanuuinus generque Aelii Ser. Clodius, uterque eques Romanus multique ac uarii et in doctrina et in re publica usus. Aelius cognomine duplici fuit: nam et Praeconinus, quod pater eius praeconium fecerat, uocabatur, et Stilo, quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat; tantum optimatium fautor, ut Metellum Numidicum in exilium comita-

14sq. Plinius N. H. XXXIII 29: 'anuli distinxere alterum ordinem a plebe, ut semel coeperant esse celebres, sicut tunica ab anulis senatum, quamquam et hic sero, uolgoque purpura latiore tunicae usos inuenimus, etiam praecones, sicut pater Lucii Aelii Stilonis Praeconini ob id cognominati.'

---

1 diuolgata *V* diuulgata *LGNOI* || 2 diligenter *G* || retractarent *L* || commendandoque *N* comentandoque *I* || 3 et *VL* etiam *NGOI* || ceteris *VOI* coeteris *L* caeteris *GN et sic fere semper* || Octauianus *I* || 5 quintus *O* || 6 Vargunteius *L* || Enni *V* Ennii *LGNO* enim *I* || certus *I* || 7 pronunciabat *VGNOI* || Laelius] *Rothius conferri iubet Charisium 141 K.:* Q. Laelius ex principibus grammaticis librum suum ita inscripsit: 'De uitiis uirtutibusque poematorum' || Vectiusque *Iac. Gronovius:* Vectius Q. *VGNI* uettius Q. *O* Vectius. et Q. *L* Vettiusque *Oudendorpius* || Phylocomus *N* || 8 Lucili *V* Lucilii *LGNOI* || saturas *VNI* satyras *LGO* || familiaribus suis *van Heusde stud. crit. in Lucil. p. 46 sq. epist. ad C. F. Hermann. p. 15 sqq. cf. Ritschelius parerg. I. praef. XVII sq.:* familiaris sui *libri* || 9 Lenaeus *VOI* Leneus *L* Leneus *NG* || 12 elius *L* Lanuinus *L om. I* || generque *L (Pontanus):* gener Q. *VNGOI* || elii *L* || Seruius *NOGI* || eques *om. I* eq. *VG* || 13 ro. *VL* || re p. *G* r. p. *L* rep^ca *V* || 14 Elius *V (sed in mg.* A *minio pictum) om. N* || Praeconinus *Beroaldus cf. Plinius l. c.* Praeconius *LNGI* Preconius *VO* || 15 Stilo *Stephanus:* Istilo *libri* || 16 tantum *VLOG* tm̃ *N* tamen *I* tantus *vulgo* || optimatum *GNI* || 17 Metellum *Rothius:* M. Metellum *libri* Q. Metellum *Aldus* || comittatus *I*

Digitized by Google

tus sit. Seruius, cum librum soceri nondum editum fraude intercepisset, et ob hoc repudiatus pudore ac taedio secessisset ab urbe, in podagrae morbum incidit; cuius inpatiens ueneno sibi perunxit pedes et enecuit ita, ut parte ea corporis quasi praemortua uiueret.

Posthac magis ac magis et gratia et cura artis increuit, ut ne clarissimi quidem uiri abstinuerint quo minus et ipsi aliquid de ea scriberent, utque temporibus quibusdam super uiginti celebres scholae fuisse in urbe tradantur, pretia uero grammaticorum tanta mercedesque tam magnae, ut constet Lutatium Daphnidem, quem † Leuius Melissus per cauillationem nominis *Πανὸς ἀγάπημα* dicit, septingentis milibus nummum a Q. Catulo emptum ac breui manumissum, L. Apuleium ab † Eficio Caluinó equite Romano praediuite quadringenis annuis conductum † multos edoceret. iam in prouincias quoque grammatica penetrauerat, ac nonnulli de notis-

2sqq. Plinius N. H. XXV 7, 24: 'tradatque M. Varro, Seruium Clodium equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum ueneno crura perunxisse et postea caruisse sensu omni aeque quam dolore in ea parte corporis.'

---

1 editum *GN* || 2 tedio *LN* || secesset *L* || 3 impatiens *VLI* || 5 praemortua *Stephanus:* praemortui *LNGI* premortui *VO* || 6 posthac *NG:* post hoc *VOI* post hos *L* || 7 ut nec *I* || clarissimum *I* || 8 ea re *NG* || 9 uiginti *VL* · XX · *NOGI* || celebres *N* || scolae *OI (sic semper) L* || tradantur] uideantur *N* || precia *VGI* praetia *N* || 11 Leuius *VNOI* Leuius *G* Laeneus *L (Pontanus)* Cilnius *Graevius* || Melissus *L* mellisus *I* || 12 *Πανὸς ἀγάπημα Toupius em. in Suid. III p. 154:* Panosagacema *V* panasagacema *N* pansagacema *G* pansagasansema *I* panosagacema *LO Πάνος ἄγημα Aldus II. ἄγαλμα Iac. Gronovius, Lachmannus l. c. II. ἄγασμα Baumgarten-Crusius* || septingentis *VLO* · DCC · *NGI.* || millibus *L* || numum *L* || 13 Catulo *NGI* Catullo *V* Catullo *L* capulo *O* || 14 Eficio *NLG* Efitio *V* aeficio *O* effitio *I* || Clauino *N* || ab Eficio Caluino] a Caluisio Sabino *Th. Mommsenus, qui conferri iubet Senecam ep. XXVII 5, 8* ab Titio Caluino *Beroaldus* ab L. Sextio Caluino *Oudendorpius* || eq. ro. *V* equite Ro. *L* || 15 conductum *scripsi:* conductos *VLNOI* conductum ut *G, Casaubonus. Rothius post* annuis *lacunam cum Th. Mommseno statuit, quam hic ita explet:* tot L. Titium et Romae et in prouinciis multos edocuisse. *mihi videtur in* multos *corruptela latere* || mutos eodo doceret *O* || iam

simis doctoribus peregre docuerunt, maxime in Gallia togata; inter quos Octauius Teucer et Sescennius Iacchus et Oppius Chares; hic quidem ad ultimam aetatem, et cum iam non ingressu modo deficeretur sed et uisu.

Appellatio grammaticorum Graeca consuetudine inualuit; sed initio litterati uocabantur. Cornelius quoque Nepos libello, quo distinguit litteratum ab erudito, litteratos uulgo quidem appellari ait eos qui diligenter aliquid et acute scienterque possint aut dicere aut scribere, ceterum proprie sic appellandos poetarum interpretes, qui a Graecis grammatici nominentur. eosdem litteratores uocitatos Messala Coruinus in quadam epistola ostendit, non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo, ne cum Ticida quidem aut litteratore Catone; significat enim haud dubie Valerium Catonem poetam simul grammaticumque notissimum. sunt qui litteratum a litteratore distinguant, ut Graeci grammaticum a grammatista, et illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment. quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat; namque apud maiores ait, cum familia alicuius uenalis produceretur, non temere quem litteratum in titulo, sed litteratorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum litteris sed imbutum.

Veteres grammatici et rhetoricam docebant, ac multorum de utraque arte commentarii feruntur. secundum quam consuetudinem posteriores quoque existimo quamquam iam discretis professionibus nihilo minus uel retinuisse uel ins-

---

scripsi: nam *libri* 1 galia *I* || 2 Sescennius *VNGIO* Fescennius *L* || Iacchus *VO* Iaccus *NGI* Laccus *L* || 3 Cares *N* || docuit ad *G* || 4 ingraessu *N* in gressu *VG* || deficer& *G* difficeretur *I* || 5 ualuit *G* inuoluit *I* || 6 literati *NL (sic semper)* || 7 uulgo quidem *NGIO* quidem uulgo *VL* || 8 diligenter aliquid *VL* aliquid diligenter *NGIO* || 9 ceterum *VNIO* cęterum *G* coeterum *L* || 10 interpraetes *N* || gramatici *I (sic fere semper)* || 11 uoccitatos *I* || Messalla *GI* || 12 epistola sua *I* || 13 nec *O* ne *L* || Ticida *L (Pontanus):* Tigida *VNGIO* || 14 haud *I* || 16 litratore *V* literatore *L* || distingant *L* || Greci *L* || gramatista *I* || 17 absolutum *NGI* || existimant *G* || 19 nanque *VO* || 20 titulo *O:* titulo *G* titulos *VLNI* || 22 inbutum *G* || 23 et *om. L* || rehethoricam *I* || 25 quanquam *G* q. q. *I* || iam *VL* tam *O* in tam *NGI* || 26 nichilo *V*

Digitized by Google

tituisse et ipsos quaedam genera institutionum ad eloquentiam praeparandam, ut problemata paraphrasis allocutiones ethologias atque alia hoc genus; ne scilicet sicci omnino atque aridi pueri rhetoribus traderentur. quae quidem omitti iam uideo desidia quorundam et infantia; non enim fastidio putem. me quidem adolescentulo repeto quendam Principem nomine alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis uero mane disserere, post meridiem remoto pulpito declamare solitum. audiebam etiam, memoria patrum quosdam e grammatici statim ludo transisse in forum atque in numerum praestantissimorum patronorum receptos.

Clari professores et de quibus prodi possit aliquid dum taxat a nobis, fere hi fuerunt.

SAEVIVS NICANOR primus ad famam dignationemque docendo peruenit, fecitque praeter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, saturam quoque, in qua libertinum se ac duplici cognomine esse per haec indicat:

Saeuius Nicanor Marci libertus negabit:
Saeuius † post huius idem ac Marcus docebit.

sunt qui tradant, ob infamiam quandam eum in Sardiniam secessisse ibique diem obisse.

---

1 ipsi *N* ipsis *GO* ipsius *I* || institutionum *N* institutionum *in mg.* meditationum *G* meditationum *O* || 2 apparandam *L* || alloqutiones *I* adlocutiones *O* || 3 ethologias *Beroaldus:* aethiologias *VO* aethyologias *N* ethiologias *L* ethiologiasque *I* ethiologias *G* || alias *NOGI* || 4 rethoribus *I (sic semper)* || traderetur *I* || obmitti *N* ommitti *I* || 6 reputo *L* || 8 diebus *om. I* || 8 uero mane *vulgo:* mane uero *libri* || mediem *G* || pulpito] publico *I* || 9 patrum nrorũ *L* || 10 grammaticis *NOL* grammaticę *G* || stacii *I* || e ludo *L* || 12 et de quibus *om. I* || quibus possit *L* || possit *I* || dũ taxat *V* duntaxat *LO* || 14 Saeuius *VO* Seuius *L* SERVIVS *G (in mg.* Saeuius) Seruius *NI* || 15 commentarios praeter *I* || preter *G (sic semper)* || 16 satyram *LOG* || 17 haec *NL* hec *VO* hoc *GI* || 18 Saeuius *VO* Seuius *L* Seruius *NGI* || Marci libertus negabit: Saeuius *om. O, in mg.* marci libertis: negabit Seuius nicanor || negauit *Stephanus* negabat *Schottus* || 19 Saeuius *V* Seuius *LO* Seruius *NGI* || post huius *VL* posthus *O* post hoc *G* post h' *I* Postumius *vulgo* || Nicanor *N* || idem ac *LO* idem ac *V* is demae *N* idem at *G* idem at *I* || Saeuius Postumus idem ABC Marcus docebit *Bergkius. cf. Aratus ap. Stephanum Byz. Γάργαρα* || 21 obisse *VL* obiisse *NOGI*

Digitized by Google

AVRELIVS OPILIVS Epicurei cuiusdam libertus philoso- 6
phiam primo, deinde rhetoricam, nouissime grammaticam docuit. dimissa autem schola Rutilium Rufum damnatum in Asiam secutus, ibidem Zmyrnae simulque consenuit, compo-
5 suitque uariae eruditionis aliquot uolumina, ex quibus nouem unius corporis, quia scriptores ac poetas sub clientela Musarum iudicaret, non absurde et fecisse et inscripsisse se ait ex numero diuarum et appellatione. huius cognomen in plerisque indicibus et titulis per unam (L) litteram scriptum
10 animaduerto, uerum ipse id per duas effert in parastichide libelli, qui inscribitur pinax.

M. ANTONIVS GNIPHO, ingenuus in Gallia natus sed ex- 7
positus, a nutritore suo manumissus institutusque Alexandriae — (et) quidem, ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysi Scyto-
15 brachionis; quod equidem non temere crediderim, cum temporum ratio uix congruat — fuisse dicitur ingenii magni, memoriae singularis, nec minus Gracce quam Latine doctus; praeterea comi facilique natura, nec unquam de mercedibus pactus, eoque plura ex liberalitate discentium consecutus.
20 docuit primum in Diui Iulii domo pueri adhuc, deinde in sua priuata. docuit autem et rhetoricam, ita ut quotidie praecepta eloquentiae traderet, declamaret uero nonnisi nundinis. scholam eius claros quoque uiros frequentasse aiunt, in

---

1 Opimius *L* || Epicuri *I* || phylosophiam *O (sic semper)* || 2 deiñ de *L* || th'odoricā rethoricā *I* || 3 scola *V* || ruthilium *I* || ruffum *O* || dannatum *O* || 4 Zmyrne *V* Smyrnae *NOI* Smirnae *G (sed corr. ead. m.) L* || simul *L* || conposuitque *I* || 5 aliquot ~~duo~~ *O* || 6 quia *Ernestius:* qui quia *libri* || 7 fecisset *I* || inscripsisse *Wolfius:* scripsisse *libri* || se scripsisse *O* || 8 diuarū *V* diuarum *LO* duārum *N* duārum *G* duorum *I* || L litteram *I. Fr. Gronovius:* litteram *GOI* literam *NL* lr̃am *V* || scriptam *I* || 10 duas ~~lras~~ *L* || parasthichide *L* parastichyde *N* || 12 Marcus *LO* || Gnipho *V* Gnifo *L* gnifo *O* Grapho *N* grapho *GI* || 13 et *addidit Th. Mommsenus* || institusque *I* || 14 Dionysii *I* Dionis *L* || Scytobarchionis *N* scythobrachionis *OGI* Scythobachionis *L* Scythabachios *V* || 15 quę quidem *NGI* || quidem *G* || 17 graece *G* || 18 conu *I* || 19 consequtus *I* || 20 prim *in mg.* um *G* prius *I* || adhuc *om. L* || 23 aiunt] a Iure *I* || in his *O* in iis *VLNGI*

his M. Ciceronem, etiam cum praetura fungeretur. scripsit multa, quamuis annum aetatis quinquagesimum non excesserit. etsi Ateius Philologus duo tantum uolumina de Latino sermone reliquisse eum tradit; nam cetera scripta discipulorum eius esse, non ipsius; in quibus et suum alicubi reperiri nomen, ut hoc •

8 M. POMPILIVS ANDRONICVS natione Syrus studio Epicureae sectae desidiosior in professione grammatica habebatur minusque idoneus ad tuendam scholam. itaque cum se in urbe non solum Antonio Gniphoni sed ceteris etiam deterioribus postponi uideret, Cumas transiit ibique in otio uixit et multa composuit; uerum adeo inops atque egens, ut coactus sit praecipuum illud † opusculum suum annalium Enni elenchorum sedecim milibus nummum cuidam uendere, quos libros Orbilius suppressos redemisse se dicit uolgandosque curasse nomine auctoris.

9 (L.) ORBILIVS PVPILLVS Beneuentanus morte parentum una atque eadem die inimicorum dolo interemptorum destitutus primo apparituram magistratibus fecit; deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit; functusque militia studia repetit, quae iam inde a puero non leuiter attigerat; ac professus diu in patria quinquagesimo demum anno Romam consule Cicerone transiit docuitque maiore fama quam emo-

1 sq. Suetonius de gramm. et rhet. 25: 'Cicero ad praeturam usque etiam Graece declamitauit.'

---

1 etiam] ~~dicitur~~ etiam *G* dicitur *I* ‖ pretura *VL* ‖ 2 ·L· *NGI* ‖ 3 Atteius *L* atheius *O* ‖ phylologus *N* ‖ tantum] tam̃ *I* ‖ 4 tradidit *I* ‖ discipulo24 discipulo24 *G* ‖ 6 hoc *N* hic *G* hoc *VL* hic *OI* ‖ *lacunam signavit Rothius* ‖ 7 Marcus *LNOI* ‖ Pomilius *O* ‖ syrię' *I* ‖ epycureae *N* ‖ 8 grammatica *NOGI* Grammaticae *VL* ‖ 9 scolam *L* ‖ 10 Gnifoni *L* gnifoni *O* gnifoni *I* ‖ 11 transit *I* ‖ ocio *L* ‖ 13 Enni *V* Ennii *LNGOI* ‖ opusculum suum] opus cui titulum . . *susp. O. Iahnius* ‖ 14 elencorum *L* elenchorium *O* elnthorum *I* ‖ sedecim *L* sesdecim *V* ·XVI· *NGI* ·XV· *O* ‖ millibus *L* ‖ nummum *L* numium *I* ‖ 15 uolgandosq; *V* uulgandosque *LNOGI* ‖ 16 autoris *L* ‖ 17 L. *addidit Rothius* ‖ Orbylius *O* ‖ pŏpillus *I* ‖ 18 pemptorum *L* ‖ 19 appitura *V* apperituram *(in mg. eadem nota) G* aperituram *I* ‖ dein *O* ‖ in *om. O* ‖ 20 cõniculo *V* ‖ moxque *L* ‖ 21 repetiit *L* ‖ non *om. L* ‖ 22 cos. *G*

Digitized by Google

lumento. namque iam persenex pauperem se et habitare sub tegulis quodam scripto fatetur. librum etiam cui est titulus *πεϱιαλγὴς* edidit continentem querelas de iniuriis, quas professores neglegentia aut ambitione parentum acciperent. fuit autem naturae acerbae non modo in antisophistas, quos omni occasione lacerauit, sed etiam in discipulos, ut et Horatius significat plagosum eum appellans, et Domitius Marsus scribens:

si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit.

ac ne principum quidem uirorum insectatione abstinuit; siquidem ignotus adhuc cum iudicio frequenti testimonium diceret, interrogatus a Varrone diuersae partis aduocato, quidnam ageret et quo artificio uteretur, gibberosos se de sole in umbram transferre respondit, quod Murena gibber erat. uixit prope ad centesimum aetatis annum, amissa iam pridem memoria, ut uersus Bibaculi docet:

Orbilius ubinam est, litterarum obliuio?

statua eius Beneuenti ostenditur in Capitolio ad sinistrum latus marmorea habitu sedentis ac palliati appositis duobus scriniis. reliquit filium [Orbilium], et ipsum grammaticum professorem.

(L.) ATEIVS PHILOLOGVS libertinus Athenis est natus. hunc

13 sqq. Macrobius sat. II 6, 3 sq.: 'In Galbam eloquentia clarum sed quem habitus, ut supra dixi (4, 8: 'informe gibbo erat corpus'), corporis destruebat, M. Lollii uox circumferebatur: Ingenium Galbae male habitat. in eundem Galbam Orbilius grammaticus acerbius inrisit. prodierat Orbilius in reum testis. quem Galba ut confunderet dissimulata professione eius interrogauit: Quid artium facis? respondit: In sole gibbos soleo fricare.'

---

1 nanque *VO* || 2 cui] q *O* || 3 *πεϱιαλγής Toupius em. in Suid. III p. 134*: perialogos *libri* peri alogon *Beroaldus* || edidit *G* || querelas *G* || inuriis *I* || 4 neglegentia *GI* negligentia *VLNO* || parentium *O* || 5 antjsophistas *G* || omni in occasione *libri*, in *delevi. cf. Suet. Claud. 42* || 6 et *O* || ut et] et *om. O* || Oratius *VN* || 7 Marsus] Morius *I* || 9 cecidit *G* || 11 ignutus *ut videtur, deinde corr.* ignatus *G* || in iudicio *G* iuditio *I* || stestimoniũ *V* || 12 Varone *VLI* || 13 giberosos *I* || 14 giber *I* || 15 aetatis *om. G* || 16 Bibbaculus *I* || 17 literarum *L* || 19 marmoreo *L (Pontanus)*: marmoreo *VNOGI* || palliati *V* palliati *N* palliati *LG* palleati *I* pallenti *O* || 20 filium Orbilium *VLNGI* Orbilium filium *O* Orbilium *seclusi* || 22 L. *addidit Rothius* || A,teius *L*

Capito Ateius notus iuris consultus inter grammaticos rhetorem inter rhetores grammaticum fuisse ait. de eodem Asinius Pollio in libro, quo Sallustii scripta reprehendit ut nimia priscorum uerborum affectatione oblita, ita tradit: 'in eam rem adiutorium ei fecit maxime quidem Ateius Praetextatus nobilis grammaticus Latinus, declamantium deinde auditor atque praeceptor, ad summam Philologus ab semet nominatus.' ipse ad Laelium Hermam scripsit, se in Graecis litteris magnum processum habere et in Latinis non nullum, audisse Antonium Gniphonem eiusque Laelium Hermam, postea docuisse. praecepisse autem multis et claris iuuenibus, in quis Appio quoque et Pulchro Claudiis fratribus, quorum etiam comes in prouincia fuerit. philologi appellationem assumpsisse uidetur, quia sic ut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi uindicauit, multiplici uariaque doctrina censebatur. quod sane ex commentariis eius apparet, quamquam paucissimi extent; de quorum tamen copia sic altera ad eundem Hermam epistola significat: 'Hylen nostram aliis memento commendare, quam omnis generis coegimus uti scis octingentos in libros.' coluit postea familiarissime C. Sallustium et eo defuncto Asinium Pollionem, quos historiam componere aggressos, alterum breuiario rerum omnium Romanarum, ex qúibus quas uellet eligeret, instruxit, alterum praeceptis de ratione scribendi. quo magis miror Asinium

---

1 notus *V* notus *N* natus *O* mortis natus *I* notus *LG* ‖ grammaticum *GI* ‖ 3 polio *I* ‖ Sallustii *LN* Salustii *VGOI* ‖ 5 rem *om. O* ‖ quidem *O. Iahnius:* quidam *libri* ‖ atheius *I* ‖ 6 hobis *O* ‖ 7 sumã *L* ‖ Phylologus *N* ‖ 8 nominatus] notus *N* ~~notus~~ *in mg.* nominatus *G* natus *I* ‖ 9 literis *L* ‖ non *om. O* ‖ 10 Gnifonem *LOI* ‖ *post* eius- que *lacunae signum posuit Rothius* ‖ herma; *V* hermam *N* hërma *in mg.* aëre *G* ‖ 12 Pulcro *LI* ‖ 13 Phylologi N ‖ 14 adsumpsisse *O* ‖ Fratosthenes *V* erachostenes *I* ‖ 15 uendicauit *LNGI* ‖ 16 censebatur. sic philologus quod *G* ‖ 17 quanquam *G* quēq. *I* ‖ exstent *O* ‖ 18 sig *V* sigt *L* significant *O* ‖ hylen *V* hylem *NG* hyle; *I* Ylen *O* Hilem *L* ‖ 19 co,gimus *L* ‖ 20 decc^os *NGI* ‖ 21 Salustium *VGOI* ‖ eum defunctum *I* ‖ polionem *I om. O* ‖ hystoriam *I* ‖ 23 romanorum *I* ‖ 24 Asinum *I* Asinium Pollionem *O*

Digitized by Google

credidisse, antiqua eum uerba et figuras solitum esse colligere Sallustio; cum sibi sciat nil aliud suadere quam ut noto ciuilique et proprio sermone utatur; uitetque maxime obscuritatem Sallusti et audaciam in translationibus.

(P.) VALERIVS CATO ut nonnulli tradiderunt Burseni cu- 11
iusdam libertus ex Gallia; ipse libello, cui est titulus indignatio, ingenuum se natum ait et pupillum relictum eoque facilius licentia Sullani temporis exutum patrimonio. docuit multos et nobiles, uisusque est peridoneus praeceptor, maxime ad poeticam tendentibus, ut quidem apparere uel his uersiculis potest:

Cato grammaticus, Latina Siren,
Qui solus legit ac facit poetas.

is scripsit praeter grammaticos libellos etiam poemata, ex quibus praecipue probantur Lydia et Diana. Lydiae Ticida meminit:

Lydia doctorum maxima cura liber;

Dianae Cinna:

saecula permaneat nostri Dictynna Catonis.

uixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie et paene inopia, abditus modico gurgustio, postquam Tusculana uilla creditoribus cesserat, ut auctor est Bibaculus:

si quis forte mei domum Catonis,

---

2 Salustio *VGOI* || nihil *GI* || 3 uiteque *I* || 4 Salusti *V* Sallustii *LN* Salustii *GOI* || audatiam *I* || 5 P. *addidit Rothius* || Bursini *NGI* || 6 galia *I* || cuius *NG* || 8 Syllani *VLO* Silani *NGI* || 10 his] ex his *NG* hiis *I* || 12 Cato grammaticus *(litt. gr. rubr. col. pict. et ad mg. repetitis)* *N* Cato grammaticus *G* || syren *V* sirem *O* || 14 Inscripsit *V* inscripsit *N* Is scripsit *LG* Inscripsit *OI* || preter *G* || 15 precipue *G* || Lydia *V* Lydia *N* || 17 labor *G* labor *I* || 18 cinnae *G* || 19 Saecula *GOI* Secula *VLN* || permaneant *G* per maneat *Mommsenus* || dictynna *O* Dyctinna *V* Dictinna *L* dictinna *N* diana *G lacuna relicta om. I* || 20 sed in summa *h. l. om. N* || sumã *L* summam *VGOI* || pauperiem *libri* || pene *LG* || 21 inopiam *libri* || gurgustio (*in mg. m. rec.* ſεωρſω̃) *L* || Thusculana *V* || uila *N* || 22 autor *VL*

depictas minio assulas, et illos
custodes uidet hortuli Priapos:
miratur, quibus ille disciplinis
tantam sit sapientiam assecutus,
quem tres cauliculi, selibra farris,
racemi duo tegula sub uda
ad summam prope nutriant senectam.

et rursus:

Catonis modo, Galle, Tusculanum
tota creditor urbe uenditabat.
mirati sumus, unicum magistrum,
summum grammaticum, optimum poetam
omnes soluere posse quaestiones,
unum deficere expedire nomen.
en cor Zenodoti, en iecur Cratetis!

12 CORNELIVS EPICADVS, L. Corneli Sullae dictatoris libertus calatorque in sacerdotio augurali, filio quoque eius Fausto gratissimus fuit; quare numquam non utriusque se libertum edidit. librum autem, quem Sulla nouissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse suppleuit.

13 STABERIVS EROS † nametra emptus de catastâ et propter

21 Plinius N. H. XXXV 199: 'est est uilissima *(creta)* qua circum

---

1 depictam *G* || assulas *Beroaldus:* assylas *G* assyllas *NOI* asillas *VL* || 2 Custodis *L* custods *I* || hortuli Priapos *Ios. Scaliger:* hortŭlos Priapi *libri* (hortulos *I* ortulos *O*) || 3 miratur *L* || 4 sit sapientiam *L (Pontanus):* sapientiam sit *VNGOI* || 5 cauliculi *L (Pontanus):* calculi *VNGI* calculis *O* || selibra *VL* et libra *NOI* & libra *in mg.* una *G* || 6 racemidio *O* || uda *Heinsius:* una *VLNGI* uno *O* || 7 sumã *L* summa *N* || nuntriant *O* || 8 idem rursus *O* || 9 gallae *N* || Thusculanum *V* || 10 uendicabat *N* || 12 sumũ *L* || 13 omnis *O* || 14 deficere *Toupius em. in Suid. III p. 174:* difficile *libri* || 15 iecur] uenit *I* ~~uenit~~ *in mg.* iecur *G* || Crateris *V* Crateri *L* || 16 Corneli *V* Cornelii *NGI* Corn. *L* Cor. *I* || Syllae *LO* Sylle *V* Sile *NGI* || 17 filio quoque *NG* filioque *VLOI* || fauto *I* || 18 quare] quasi *L* || numquam non *L* nunquam non *VNO* non nunquam^nō *G* nonnunquam non *I* || 19 Sylla *VLO* Sila *NGI* || 20 inperfectum *G* imperfectissimum *O* || 21 Staberius *VL* Straberius *NGI* L. Staberius *O* || hero suo metre *V* hero suo metre *in mg.* herosnametra *L* eros nametra *G* Eros nametra *N* heros nametra *O* nametra *I* || nametra | suomet aere *Rothius* || emptus *VLNO* emptus *G* epturus *I* || catastra *G*

litterarum studium manumissus docuit inter ceteros Brutum et Cassium. sunt qui tradant tanta eum honestate praeditum, ut temporibus Sullanis proscriptorum liberos gratis et sine mercede ulla in disciplinam receperit.

CVRTIVS NICIA adhaesit Cn. Pompeio et C. Memmio; sed cum codicillos Memmi ad Pompei uxorem de stupro pertulisset, proditus ab ea Pompeium offendit, domoque ei interdictum est. fuit et M. Ciceronis familiaris; in cuius epistola ad Dolabellam haec de eo legimus: 'nihil Romae geritur quod te putem scire curare, nisi forte scire uis, me inter Niciam nostrum et Vidium iudicem esse. profert alter, opinor duobus uersiculis, expensum (Niciae); alter Aristarchus hos *ὀβελίζει*: ego tamquam criticus antiquus iudicaturus sum, utrum sint *τοῦ* (*ποιητοῦ* an *παρεμβεβλημένοι*).' item ad Atticum: 'de Nicia quod scribis, si ita me haberem ut eius humanitate frui possem, in primis uellem illum mecum habere; sed mihi solitudo et recessus prouincia est. praeterea nosti Niciae nostri imbecillitatem mollitiam consuetudinem 14

praeducere ad uictoriae notam pedesque uenalium trans maria aduectorum denotare instituerunt maiores talemque Publilium Lochium (Antiochium *coni. O. Iahnius*) mimicae scenae conditorem et astrologiae consobrinum eius Manilium Antiochum (Antiochium *idem*), item grammaticae Staberium Erotem eadem naue aduectos uidere proaui.'

---

1 litterarum *om. VL* || studiis *I* || 2 tradunt *N* || 3 Syllanis *VLO* Silanis *NGI* || libros *N* || 5 Nicia *VNO* Nitia *LGI* || adhaesit *Osanus*: haesit *libri* (hesit *G*) CN. *NO* C · N *I* CN *G* Cn. *V* Gn. *L* || Memio *I* || 6 quom cum *N* || Memmi *Rothius*: Memmii *O* Memii *I* Memmia *VLN* meñmia *G* || Pompei *VNGI* Pompeii *LO* || 7 pertuliss& pertuliss& *G* || proditus *ex* probitus *corr. in L* || 8 Marci *G NI* magister *L* || 9 *Cicero ep. ad fam. VIIII 10, 1* || Nichil *VI* || 11 Nitiam *LGI* || 12 Niciae *om. VLNG addiderunt ex Cicerone OI* || aristarc^{h}us$_{a}^{hos}$ *G* Aristarcus *I* || 13 obelizi *VNGOI* obelixi *L* || tanquam *VNG* || criticus *VO* criticus *L* creticus *G* craticus *I* Craticus *N* || antiquos *libri* || 14 utrum] uerum *I* || *τοῦ — παρ. om. lac. rel. O* || *τοῦ* Item *VLNI τοῦ* ..... Item *G, restituit ex Cicerone Aldus* || ad Atticum] *XII 26* || 15 Nitia *LGI* || 16 illum mecum *Cicero, O*: mecum illum *VLNG* metum illum *I* || 17 michi *V* michil *G* || solitudo *Cicero, NO* sollicïtudo *in mg.*: solitūdo *G* solicitudo *L* sollicitudo *VI* || et] et *ex* ẽt *corr. L* || prouintia *I* || preterea *G* || 18 nosti] nostre *O* || Nitiae *LI* nitie *G* || nostro *GI* || mollitiam *O* molliciam *VL* mollitiem *N* mollitiẽ *in mg.* möllitiã *G* mollitiem *I* || consuetudinemq: *G*

uictus. cur ergo illi molestus esse (uelim, cum mihi ille iucundus esse non) possit? uoluntas tamen eius mihi grata est.' huius de Lucilio libros etiam Santra comprobat.

15 LENAEVS Magni Pompei libertus et paene omnium expeditionum comes defuncto eo filiisque eius schola se sustentauit; docuitque in Carinis ad Telluris, in qua regione Pompeiorum domus fuerat, ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Sallustium historicum, quod eum oris probi animo inuerecundo scripsisset, acerbissima satura lacerauerit, lastaurum et lurchonem et nebulonem popinonemque appellans, et uita scriptisque monstrosum, praeterea priscorum Catonis uerborum ineruditissimum furem. traditur autem puer adhuc Athenis subreptus refugisse in patriam, perceptisque liberalibus disciplinis pretium suum retulisse, uerum ob ingenium atque doctrinam gratis manumissus.

16 Q. CAECILIVS EPIROTA Tusculi natus libertus Attici equitis Romani, [ad quem sunt Ciceronis epistolae,] cum filiam patroni nuptam M. Agrippae doceret, suspectus in ea et ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit uixit-

---

1 uelim — possit] possem *V* possem *L* possum *N* possū *G* non possit possum *I* non possit *O* || 2 michi *V* || 3 libros etiam] libro sed iam *O* || Santra *quidam apud Statium:* satura *VNI* satyra *LGO* || oprobat *N* || 4 Laeneus *VNO* LAENEVS *I* LAEVS LAENEVS *G* Leneus *L* || Pompei *LNGI* Pompeii *VO* || pene *LG* || 5 scola *L* || substentauit *N* || 6 Telluris] is *in ras. G* || 8 Sallustium *LN* Salustium *VGOI* || hystoricum *I* || oris probi *VL* probi oris *O* oris improbi *NGI* || 9 scripsisse *I* || satura *VNOI* satyra *LG* || lacerauit *NGI* || 10 Lurchonem *V* lurchonem *N* cūrchonem *in mg.* lūrchonem *G* curchonem *I* lurconem *LO* || popinionemque *NG* popimonemque *I* || 11 preterea *G* || 12 Catonis *vetus editio Stati:* Catonisque *libri* || 13 adhuc *om. N* || Athenis *N. Heinsius apud Graeuium:* catenis *VLNGO* tacenis *I* || subreptus *V* subrectus *NGI* surreptus *L* surreptis *O* || preceptisque *GI* || 14 et liberalibus *I* || precium *L* || domino retulisse *NGOI* || 15 atque *VG* et *L* et *NOI* || 16 Quintus *L* || epyrota *O* || Thusculi *VG* tusculi *I* || Attici *Beroaldus:* Satti *VGO* Satti *L* Sacti *N* Sati *I* || 17 eq. *V* || ro. *G* ro^{m} *V* || ad quem sunt Ciceronis epistolae *seclusi* || epte *V* epistole *L* || 18 Marco *L* || 19 Cor. *V* Corn. *L*

Digitized by Google

que una familiarissime, quod ipsi Gallo inter grauissima crimina ab Augusto obiicitur. post deinde damnationem mortemque Galli scholam aperuit, sed ita ut paucis et tantum adolescentibus praeciperet, praetextato nemini, nisi si cuius parenti hoc officium negare non posset. primus dicitur Latine ex tempore disputasse, primusque Vergilium et alios poetas nouos praelegere coepisse, quod etiam Domiti Marsi uersiculus indicat:

Epirota tenellorum nutricula uatum.

(M.) VERRIVS FLACCVS libertinus docendi genere maxime 17
inclaruit. namque ad excitanda discentium ingenia aequales inter se committere solebat, proposita non solum materia quam scriberent sed et praemio quod uictor auferret. id erat liber aliquis antiquus, pulcher aut rarior. quare ab Augusto quoque nepotibus eius praeceptor electus transiit in Palatium cum tota schola, uerum ut ne quem amplius posthac discipulum reciperet; docuitque in atrio Catulinae domus, quae pars Palati tunc erat, et centena sestertia in annum accepit. decessit aetatis exactae sub Tiberio. statuam habet Praeneste in inferiore fori parte circa hemicyc-

10 sqq. Hieronymus Ol. 196, 4 *(a. 761)*: '[Athenodorus Tarsensis stoicus philosophus] et M. Verrius Flaccus insignes habentur.' quae seclusi Eusebiana sunt.

2 deinde] demum *I* || 3 et *om. O* || 4 adulescentibus *GI* || si 1 cuius *V* || si *om. O* || 5 offitium *NI* || 6 Vergilium *G* Virgilium *VLNOI* || 7 Domiti *VO* Domitii *LNGI* || 8 uersiculis *L* || 9 et Epirota *L (Pontanus)*: Et Epirota *V* et Epirota *N* et epirrota *GI (in G prius* r *erasum)* et epyrota *O* || 10 M. *addidit Rothius* || VERRIVS *in mg.* Flaccus *G* Verius *OI* || flactus *I* || dicendi *G* || 11 in,claruit *L* || nanque *O* || excitanda *scripsi*: exercitanda *libri* (exertitanda *G*) || docentium *L* || gña ingenia *L* || equales *LG* || 13 premio *G* || quod et *O* || 15 Aug. *L* || 16 palacium *V* pallatium *I* || ne quem *O*, *S. Gelenius*, *Statius*: neque *VLNGI* || 17 catulinae *NI* catuline *V* catelinae *L* catuline *G* Catilinae *O* || 18 palati *VNGI* Palatii *LO* || centena sestertia *VLO* (sextertia *O*) sestertia centena *NGI* (sextertia *I*) || in *om. O* || 19 Tyberio *VOI* || 20 inferiore *VL* superiore *NOGI* || parte fori *GI* || circa *VLG* contra *NOI* || hemicyclium *VNG* hemyciclium *O* hemiciclum *L* hemicidium *I*

lium, in quo fastos a se ordinatos et marmoreo parieti incisos publicarat.

18 L. CRASSITIVS genere Tarentinus ordinis libertini cognomine Pasicles mox Pansam se transnominauit. hic initio circa scenam uersatus est, dum mimographos adiuuat; deinde in pergula docuit, donec commentario Zmyrnae edito adeo inclaruit, ut haec de eo scriberentur:

uni Crassitio se credere Zmyrna probauit:
desinite indocti coniugium hoc petere!
soli Crassitio se dixit nubere uelle,
intima cui soli nota sua extiterint.

sed cum * * et doceret iam multos ac nobiles, in his Iulum Antonium triumuiri filium, ut Verrio quoque Flacco compararetur, dimissa repente schola transiit ad Q. Sexti philosophi sectam.

19 SCRIBONIVS APHRODISIVS Orbili seruus atque discipulus mox a Scribonia Libonis filia, quae prior Augusti uxor fuerat, redemptus et manumissus docuit quo Verrius tempore,

6 sqq. Philargyrus ecl. VIIII 35: 'Cinna Smyrnam scripsit, quam nonum post annum, ut Catullus ait, edidit. id quod et Quintilianus ait. unde etiam Horatium in arte poetica dicunt ad eum allusisse, cum ait: Nonumque prematur in annum. fuit autem liber obscurus adeo, ut et nonnulli eius aetatis grammatici in eum scripserint magnamque ex eius enarratione sint gloriam consecuti.'

---

1 fustos *I* ‖ marmoreo *VLNOI* marmore *G* ‖ parieti *VLNO* perite *G* perite *I* ‖ 2 incisos *N* ‖ 3 Lucius *LN* LVCIVS *GI* ‖ tarentianus *I* ‖ ordine *NGI* ‖ 4 Pasides *L* ‖ Pausam *I* ‖ cognominauit *O* ‖ 5 circa *om. N* ‖ scenam *GI* ‖ mimographus *O* ‖ 6 pergula *ed. Veneta 1474 et Beroaldus* parcula *VLNGI* percula *O* ‖ zmyrne *NG* (*in hoc ex* zmirne *corr.*) *I* Zinyrne *V* Smyrnae *O* Smirnae *L* ‖ edito *G* ‖ 7 hec *L* ‖ 8 Vna *G* ‖ Zmyrna *VGI* Smyrna *NO* Smirna *L* ‖ 9 coniugium *scripsi:* coniugio *libri* ‖ hoc *V* hoc *N* hoc *O* hanc *LGI* ‖ 10 Crassico *N* crasitio *I* ‖ 11 nota *G* uota *I* ‖ exstiterint *O* ‖ 12 et *om. O ante* et *lacunam signavi* ‖ et doceret] edoceret *vulgo* ‖ et in *L* ‖ his *O* iis *VLNGI* ‖ Iulum *OI Wolfius:* Iulium *VLNG* ‖ 13 comparetur *V* comperaretur *LI* ‖ 14 dimissa q. *I* ‖ ad Q.] ad · Q· atque *NG* ad. q. atque *I* atque *O* ‖ Sextii *O* ‖ 16 Aphrodisius *V* ‖ Orbilii *L* ‖ 18 nerius *I*

cuius etiam libris de orthographia rescripsit non sine insectatione studiorum morumque eius.

C. IVLIVS HYGINVS Augusti libertus natione Hispanus — 20
nonnulli Alexandrinum putant et a Caesare puerum Romam adductum Alexandria capta — studiose et audiit et imitatus est Cornelium Alexandrum grammaticum Graecum, quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi, quidam Historiam uocabant. praefuit Palatinae bibliothecae, nec eo secius plurimos docuit; fuitque familiarissimus Ouidio poetae et Clodio Licino consulari historico, qui eum admodum pauperem decessisse tradit et liberalitate sua quoad uixerit sustentatum. huius libertus fuit Iulius Modestus, in studiis atque doctrina uestigia patroni secutus.

C. MELISSVS Spoleti natus ingenuus sed ob discordiam 21
parentum expositus cura et industria educatoris sui altiora studia percepit ac Maecenati pro grammatico muneri datus est. cui cum se gratum et acceptum in modum amici uideret, quamquam asserente matre, permansit tamen in statu seruitutis praesentemque conditionem uerae origini anteposuit;

3 sqq. Hieronymus Ol. 192, 4 *(a. 745)*: 'C. Iulius Hyginus (Iginus *P*) cognomento Polyhistor grammaticus habetur inlustris (insignis grammaticus habetur illustris *Scal.*).' In quibus Polyhistoris cognomentum neglegenter Hieronymus Hygino tribuit.

14 sqq. Hieronymus Ol. 194, 1 *(a. 750)*: 'Melissus (M. Melissus *Scal.*) Spoletinus (politinus *B*) grammaticus agnoscitur.'

16 sqq. 'Maecenatem Melissum' nominat Plinius N. H. XXVIII 62.

16 sqq. pag. 115, 6 sq. Calpurnius paneg. Pis. 239 sq.: 'Maecenas apta togatis | Eruit et populis ostendit acumina Gai.' ex emend. Lachmanni ap. Haupt. de carm. bucol. Calpurn. et Nemes. pag. 37.

---

1 libris *VLO* libris *N* libros *GI* ‖ ortographia *G* hortografia *O* ‖ 3 Caius *L* ‖ Hyginus *V* Higinus *L* hyginus *corr. ex* higinus *G* Hyginius *N* iginius *I* phyginus *O* ‖ ispanus *L* yspanus *I* ‖ 4 etsi nonnulli *N (?)* ‖ puerum *om. I* ‖ 5 aduletum *I* ‖ studiose audiit *I* ‖ audiuit *N* ‖ immittatus *I* ‖ 6 Corn. *L* Cor. *V* Cor *I* Cornelium (Corneli *in ras.*) *G* ‖ quendam Graecum *GI* ‖ 7 polyhystorem *I* ‖ quidem *NGOI* ‖ hystoriam *I* ‖ 8 bybliotecae *L* | 10 Licino *Oudendorpius, Bergkius:* Licinio *libri* ‖ 11 decesisse *I* ‖ 12 substentatum *N* ‖ * * * Huius *G* ‖ 14 Caius *L* ‖ 15 educatoris] procuratoris *I* ‖ 16 Moecenati *GI* ‖ gramatico datus ē muneri *V* ‖ 17 est *om. G* ‖ uideretur *O* ‖ 18 quamquam *G* ‖ adserente *O* ‖ 19 condicionem *VL*

Digitized by Google

quare cito manumissus et Augusto insinuatus est, quo delegante curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiae porticu suscepit. atque ut ipse tradit sexagesimum aetatis annum agens libellos ineptiarum, qui nunc iocorum inscribuntur, componere instituit absoluitque C et L, quibus et alios diuersi operis postea addidit. fecit et nouum genus togatarum inscripsitque trabeatas.

22 M. POMPONIVS MARCELLVS sermonis Latini exactor molestissimus in aduocatione quadam — nam interdum et causas agebat — soloecismum ab aduersario factum usque adeo arguere perseuerauit, quoad Cassius Seuerus interpellatis iudicibus dilationem petiit, ut litigator suus alium grammaticum adhiberet; 'quando non putat is cum aduersario de iure sibi, sed de soloecismo controuersiam futuram'. hic idem, cum ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmante Ateio Capitone, et esse illud Latinum et si non esset futurum certe iam inde: 'mentitur', inquit, 'Capito; tu enim Caesar ciuitatem dare potes hominibus, uerbis non potes'. pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit:

23 qui caput ad laeuam didicit, glossemata nobis
praecipit: os nullum, uel potius pugilis!

Q. REMMIVS PALAEMON Vicetinus mulieris uerna primo

6 sq. Comm. Cruq. Hor. art. poet. 288: 'praetextas et togatas scripserunt Aelius Lamia, Antonius Rufus, Cn. (*immo* C.) Melissus, Afranius [Africanus], Pomponius.'

22 sqq. Hieronymus Ol. 206, 4 (*a.* 801): 'Palaemon Vicetinus in-

1 et Augusto *scripsi:* Augusto et *VLI* Augusto etiam *NGO* quo delegante *O Statius:* quod elegantem *VLNGI* || 2 bybliothecarum *L* || 3 porticum *G sed* m *postea erasum* || ·LX· *GI* || 4 inscribuntur *LG:* scribuntur *VNOI* || 5 C. et L. *L* ·c· & ·L· *NGI* centum et quinquaginta *VO* || 7 togatorum *NI* || iscripsitque *N* || 8 Marcus *LN* || 9 caussas *L* || 10 solecissmum *I* || ab aduersario] ad aduersarios *N* || 12 petiit] petisse *I* || 13 cum aduersario de iure *om. O* || sibi sed *VL* sed sibi *NGOI* || 14 soloecsmo *G* solecismo *I* || 15 Tyberium *V* Tyberius *O* || Acteio *O* || 18 uerbis *G. Faernus:* uerba *libri* || dare non *N* || eum *G* || 19 gallius *VO* || epygrammate *O* || 20 leuam *L* || glosemata *I* || 21 pugiles *O* || 22 Quintus *L om. O* || Remmius *O* Rhemmius *NG* Rheminius *V* Reminius *L* rheřminus *I* || Palemon *LG* || Vicetinus *Vinctus:* Vicentinus *VLNOI* uiccentinus *G*

Digitized by Google

ut ferunt textrinum, deinde, herilem filium dum comitatur in scholam, litteras didicit. postea manumissus docuit Romae ac principem locum inter grammaticos tenuit, quamquam infamis omnibus uitiis, palamque et Tiberio et mox Claudio praedicantibus, nemini minus institutionem puerorum uel iuuenum committendam. sed capiebat homines cum memoria rerum tum facilitate sermonis; nec non etiam poemata faciebat ex tempore. scripsit uero uariis nec uulgaribus metris. arrogantia fuit tanta, ut M. Varronem porcum appellaret; secum et natas et morituras litteras iactaret; nomen suum in bucolicis non temere positum, sed praesagiente Vergilio, fore quandoque omnium poetarum ac poematum Palaemonem iudicem. gloriabatur etiam, latrones quondam sibi propter nominis celebritatem parsisse. luxuriae ita indulsit, ut saepius in die lauaret, nec sufficeret sumptibus, quamquam ex schola quadringena annua caperet ac non multo minus ex re familiari; cuius diligentissimus erat, cum et officinas promercalium uestium exerceret et agros adeo coleret, ut uitem manu eius institutam satis constet CCCLX

signis grammaticus (gramticus *B*) Romae habetur: [qui quondam interrogatus, quid inter stillam et guttam interesset, Gutta, inquid, stat, stilla cadit].' quae seclusi Hieronymus Suetonianis addidit.

18 sqq. Plinius N. H. XIIII 48 sqq.: 'summam ergo adeptus est gloriam Acilius Sthenelus e plebe libertina, LX iugerum non amplius uineis excultis in Nomentano agro atque cccM nummum uenum datis. magna fama et Vetuleno Aegialo perinde libertino fuit in Campaniae rure Liternino, maiorque etiam fauore hominum, quoniam ipsum Africani colebat exilium, sed maxuma eiusdem Stheneli opera Remmio Palaemoni,

1 textrinũ (ũ *m. rec.*) *L* texerinum *N* ‖ erilem *O* ‖ filium *L* ‖ comitatur *corr. ex* comitatus *L* ‖ 2 scolam *O* ‖ literas *L* ‖ 3 principem] praecipuum *N* ‖ quanquam *GO* ‖ 4 uitij *I* ‖ palamque et] palamque *O* ‖ Tyberio *VO* ‖ 6 capiebant *N* ‖ 7 non *NGI* ni *VLO* ‖ 8 et tpr *I* ‖ 9 Marcum *NGI* ‖ 11 in *om. I* ‖ buccolicis *NI* ‖ praesagiente *vulgo:* praesagante *libri* ‖ 12 Vergilio *VG* Virgilio *LNOI* ‖ q̃nq *LI* ‖ 13 Palemonem *LG* ‖ 14 sibi *om. G (add. man 2) I* ‖ parcisse *V* parcisse *NI* parcisse *(in mg. eadem nota) G* pepercisse *LO* ‖ 15 die *G* ‖ 16 scola *L* ‖ quadringenta *O* ‖ annua *I* ‖ 18 prouincialium *G (in mg. man. 2.* prömercalium*) I* ‖ 19 insitam *S. Gelenius, Mommsenus* ‖ fatis *L* ‖ CCCLX uuas *Vrsinus:* CCCLXV uasa *NGOI* CCCLXV uasa *L* trecenta sexaginta quinque uasa *V*

uuas edidisse. sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres, usque ad infamiam oris; dictoque non infaceto notatum ferunt cuiusdam, qui, (cum) cum in turba osculum sibi ingerentem quamquam refugiens deuitare non posset, 'uis tu', inquit, 'magister, quotiens haesitantem aliquem uides, abligurire?'

24 M. VALERIVS PROBVS Berytius diu centuriatum petiit, donec taedio ad studia se contulit. legerat in prouincia quosdam ueteres libellos apud grammatistam, durante adhuc ibi antiquorum memoria necdum omnino abolita sicut Romae. hos cum diligentius repeteret atque alios deinceps cognoscere cuperet, quamuis omnes contemni magisque obprobrio legentibus quam gloriae et fructui esse animaduerteret, nihilo minus in proposito mansit; multaque exemplaria contracta emendare ac distinguere et adnotare curauit soli

alias grammatica arte celebri, in hisce XX annis mercato rus DC M nummum in eodem Nomentano decumi lapidis ab urbe deuerticulo. est autem usquequaque nota uilitas mercis per omnia suburbana, ibi tamen maxuma, quoniam et neglecta indiligentia praedia parauerat, ac ne in pessumis quidem elegantioris soli. haec adgressus excolere non uirtute animi sed uanitate primo, quae nota mire in eo fuit, pastinatis de integro uineis cura Stheneli, dum agricolam imitatur, ad uix credibile miraculum perduxit, intra octauum annum CCCCM nummum emptori addicta pendente uindemia. cucurritque nemo non ad spectandas uuarum in his uineis strues, litteris eius altioribus, contra id pigra uicinitate sibi patrocinante, nouissime Annaeo Seneca, principe tum eruditionis ac potentiae, quae postremo nimia fuit super ipsum, minume utique miratore inanium, tanto praedi eius amore capto ut non puderet inuiso alias et ostentaturo tradere palmam eam, emptis quadriplicato uineis illis intra decumum fere curae annum; digna opera quae in Caecubis Setinisque agris proficeret, quando et postea saepe numero septenos culeos singula iugera hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere.'

6 sqq. Hieronymus Ol. 208, 4 *(a. 809)*: 'Probus Berytius eruditissimus grammaticorum Romae agnoscitur (*In mg. B:* alter grammaticus).'

---

1 edidisse *G* || 2 dictoque *NI:* dicto quoque *VLGO* || 3 qui cum cum *scripsi:* qui eum *VNGI* qui cum *O om. L* || 4 quanquam *GO* | euitare *I* || 5 quoties *G* || haesitantem *scripsi:* festinantem *libri* || ablygurire *V* || 6 Marcus *L* || Berytius *VG* Beritius *L* beritus *I* Berities *N* berties *O* || conturiatum *I* centuriam *N* || 7 tedio *L* toedio *G* | Legereat *I* || 8 aput *I* || 9 omni *N* || 10 cum *om. O* || digentius *I* || recepere *O* || 11 omnes *VLNO* se *G (in mg. man. 2.* omnes) se *I* || obprobrio *VNGO* obproprio *I* opprobio *L* || 12 dilegentibus *I* || fructum *I* || 13 nichilo *VI* || 14)ecta *I* || adnotear *VO* annotare *LNGI*

Digitized by Google

huic nec ulli praeterea grammaticae parti deditus. hic non tam discipulos quam sectatores aliquot habuit. numquam enim ita docuit ut magistri personam sustineret; unum et alterum, uel cum plurimos tres aut quatuor postmeridianis horis admittere solebat, cubansque inter longos ac uolgares sermones legere quaedam, idque perraro. nimis pauca et exigua de quibusdam minutis quaestiunculis edidit. reliquit autem non mediocrem siluam obseruationum sermonis antiqui.

RHETORICA quoque apud nos perinde atque grammatica sero recepta est, paululo etiam difficilius, quippe quam constet non numquam etiam prohibitam exerceri. quod ne cui dubium sit, (senatus consultum) uetus, item censorium edictum subiiciam: '(C.) Fannio Strabone M. Valerio Messala consulibus M. Pomponius praetor senatum consuluit. quod uerba facta sunt de philosophis et rhetoribus, de ea re ita cen- (1)

5 sqq. Gellius XV 11, 1—2: 'C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala coss. senatus consultum de philosophis et de rhetoribus (Latinis) factum est: M. Pomponius praetor' *e. q. s. Discrepantia scripturae:* et de rhetoribus — uti ei e. 'aliquot deinde annis post id senatus consultum Cn. Domitius Ahenobarbus et L. Licinius Crassus censores de coercendis rhetoribus Latinis ita edixerunt: Renuntiatum' *e. q. s.* (inposuisse — adulescentulos — uisum est). Cicero de orat. III 24, 93 sqq.: (Crassus dicit) 'rerum est silua magna, quam cum Graeci iam non tenerent ob eamque causam iuuentus nostra dedisceret paene discendo, etiam Latini, si dis placet, hoc biennio magistri dicendi extiterunt: quos ego censor edicto meo sustuleram, non quo, ut nescio quos dicere aiebant, acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. nam apud Graecos, cuicui modi essent, uidebam tamen esse praeter hanc exercitationem linguae doctrinam aliquam et humanitatem dignam

---

1 grammatice *NO* grammatices *VLG* gramatices *I* || 2 aliquot *corr. ex* aliquorum *G* aliquorum *I* || numquam *LGI* nūquā *V* nunquam *NO* || 3 substineret *N* || et *NGI* uel *VLO* || 4 plurimos *LO* plurimis *VNG* plurimus *I* || aut] an *O* || meridianis *O (in mg.* post *m. rec. add.)* postmeridialibus *I* || 5 uolgares *V* uulgares *LNGOI* || 6 Nimis] unius *O* || 7 edidit *G* || reliqui *N* || 9 DE RHETORIBVS. Rhetorica *L* || 10 sero *O Beroaldus:* fere *VLNGI* || paululo *VLGO* paullo *I* paulo *N* || quam] cum *G* || 11 numquam *I* nuquā *V* nunquam *LNGO* || ne cui] nec *NI* ne *G* || 12 S. C. uetus, item *Lachmannus l. c.* uetus S. C., item *Stephanus:* uetus item *libri praeter O qui* item *omisit parva lac. rel.* || censorum *O* || 13 subitiam *I* || C. *addidit Stephanus ex Gellio l. c.* || Messala *L (Pontanus):* sala *VNGOI* || 14 conss. *O* cos. *G* Cons. *L* || Marcus *NI* || uerba sunt de facta *G* || 15 censuerunt *G*

Digitized by Google

suerunt, ut M. Pomponius praetor animaduerteret curaretque, ut si ei e re publica fideque sua uideretur, uti Romae ne essent.' de eisdem interiecto tempore Cn. Domitius Aenobarbus L. Licinius Crassus censores ita edixerunt: 'renuntiatum est nobis, esse homines qui nouum genus disciplinae instituerunt, ad quos iuuentus in ludum conueniat; eos sibi nomen imposuisse Latinos rhetoras; ibi homines adolescentulos dies totos desidere. maiores nostri, quae liberos suos discere et quos in ludos itare uellent, instituerunt. haec noua, quae praeter consuetudinem ac morem maiorum fiunt, neque placent neque recta uidentur. quapropter et his qui eos ludos habent et his qui eo uenire consuerunt uidetur faciundum ut ostenderemus nostram sententiam, nobis non placere.'

Paulatim et ipsa utilis honestaque apparuit multique eam et praesidii causa et gloriae appetiuerunt. Cicero ad

scientia. hos uero nouos magistros nihil intellegebam posse docere nisi ut anderent, quod etiam cum bonis rebus coniunctum per se ipsum est magnopere fugiendum. hoc cum unum traderetur et cum impudentiae ludus esset, putaui esse censoris ne longius id serperet prouidere. quamquam non haec ita statuo atque decerno, ut desperem Latine ea de quibus disputauimus tradi ac perpoliri. patitur enim et lingua nostra et natura rerum ueterem excellentemque prudentiam Graecorum ad nostrum usum moremque transferri; sed hominibus opus est eruditis, qui adhuc in hoc quidem genere nostri nulli fuerunt; sin quando extiterint, etiam Graecis essent anteponendi.' cf. Tacitus dial. 35.

15 sq. Suetonius de gramm. et rhet. 7: 'Scholam eius claros quoque uiros frequentasse aiunt, in his M. Ciceronem, etiam cum praetura fungeretur.'

---

1 ponponius *I* Pompeius *N* ‖ 2 ut si ei e re p.] ut eicere pre *O* ‖ e rep. *V* erep. *G* e re. p. *L* ‖ non *L* ‖ 3 eisdem *LNG* hisdem *O* iisdem *VI* ‖ interrupto *I* ‖ ·CN· *NG* .C N· *I* GN. *VL* ‖ Enobarbus *V* ‖ 4 ita *L (Pontanus):* item *VNGI om. O* ‖ edixerunt *O:* dixerunt *VLNGI* ‖ Ne renuntiatum *I* Ne renũciatũ *V* Nae renuntiatum *LN* NAE renuntiatum *G* renunciatum *O* ‖ 7 latine *N* latinos *O* lãtinos *corr. ex* latine· s. *G (in mg. m. rec.* ·ℓ· latine*)* Latine scilicet *VL* ·latine. s. *I* ‖ rhetora. *N* rhetora *(in ras.)* ~~rhetorice~~ *G* rethores *I* ‖ sibi *NG* sibi *O* ‖ adolescentulis *V* adulescentulos *OI* ‖ 9 intrare *NO* itare *G* ‖ hoc *I* ‖ 10 preter *G* ‖ 11 his] 1 ijs *V* inijs *N* in iis *GI* ĩ iis *L* in his *O* ‖ 12 his] iis *VLOGI* inijs *N* ‖ consuerunt *VO* consueuerunt *NGIL* ‖ faciundum *V* ‖ 13 nostram sententiam *G* ‖ 14 et *om. I* ‖ 15 presidii *V* ‖ caussa *L*

Digitized by Google

praeturam usque etiam Graece declamitauit, Latine uero senior quoque et quidem cum consulibus Hirtio et Pansa, quos discipulos et grandis praetextatos uocabat. Cn. Pompeium quidam historici tradiderunt sub ipsum ciuile bellum, quo facilius C. Curioni promptissimo iuueni causam Caesaris defendenti contradiceret, repetisse declamandi consuetudinem; M. Antonium, item Augustum ne Mutinensi quidem bello omisisse. Nero Caesar primo imperii anno, publice quoque bis antea, declamauit. plerique autem oratorum etiam declamationes ediderunt. quare magno studio hominibus iniecto magna etiam professorum ac doctorum profluxit copia adeoque floruit, ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senatorium atque ad summos honores processerint.

Sed ratio docendi nec una omnibus nec singulis eadem semper fuit, quando uario modo quisque discipulos exercuerunt. nam et dicta praeclare per omnes figuras per casus et apologos aliter atque aliter exponere et narrationes cum breuiter ac presse tum latius et uberius explicare consuerant;

2 sq. Quintilianus XII 11, 6: 'Quid porro est honestius quam docere quod optime scias. sic ad se Caelium deductum a patre Cicero profitetur; sic Pansam Hirtium Dolabellam in morem praeceptoris exercuit cotidie dicens audiensque.' Seneca controv. I praef. p. 50, 11 sqq.: 'alioquin in illo atriolo in quo *(Cicero)* duos grandes praetextatos ait secum declamare solitos potui adesse.'

5 C. Curioni promptissimo iuueni] cf. Fragm. 57*.

7 sq. Suetonius Aug. 84: 'Mutinensi bello in tanta mole rerum et legisse et scripsisse et declamasse cotidie traditur.'

---

1 Graece *VO* ‖ declamauit *GI* ‖ 2 Cons. *L* ‖ Hircio *N* hircio *G* hyrcio *I* ‖ 3 uocabat] *locus Ciceronis non extat. idem Senecae l. c. ante oculos fuit. cf. Cicero ep. ad famil VIIII 16:* 'Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, coenandi magistros. puto enim te audisse — si forte omnia ad uos perferuntur — illos apud me declamitare, me apud illos coenitare.' ‖ CN. *NGO* ·C· N· *I* Gneum *V* Gn. *L* ‖ ponpeium *I* ‖ 4 hystorici *I* ‖ ciuille *I* ‖ 5 caussam *L* ‖ deffendenti *I* ‖ 6 repetiuisse *G* repetiisse *O* ‖ 7 ne] re *N* ‖ 8 omisisse] emisse *N* ‖ anno publice ¦ bis quoq: antea *G* ‖ 10 aediderunt *G om. I lacuna indicata* ‖ in iecta *I* ‖ 11 profluxit *NOG* proffluxit *I* profluit *V* proflnit *L* ‖ 13 sonatorium *I* ‖ processerunt *GI* ‖ 14 dicendi *G* ¦ non una *L* ‖ 15 erudierunt *in mg.* exercuerunt *G* erudierunt *I* ¦ 17 apologos *I* ¦ narationes *I* ¦ tum *I* ‖ 18 ac *VO* atque *NGI* et *L* ‖ uberius *L* (h *m. rec.*) ‖ consuerant *VLO* consueuerant *NI* consuerant *G*

interdum Graecorum scripta conuertere, ac uiros illustres laudare uel uituperare; quaedam etiam ad usum communis uitae instituta tum utilia et necessaria tum perniciosa et superuacanea ostendere; saepe fabulis fidem firmare aut demere, quod genus thesis et anasceuas et catasceuas Graeci uocant; donec sensim haec exoluerunt, et ad controuersiam uentum est.

Veteres controuersiae aut ex historiis trahebantur, sicut sane nonnullae usque adhuc, aut ex ueritate ac re, si qua forte recens accidisset; itaque locorum etiam appellationibus additis proponi solebant. sic certe collectae editaeque se habent, ex quibus non alienum fuerit unam et alteram exempli causa ad uerbum referre. 'Aestiuo tempore adolescentes urbani cum Ostiam uenissent, littus ingressi piscatores trahentes rete adierunt et pepigerunt, bolum quanti emerent; nummos soluerunt; diu expectauerunt, dum retia extraherentur; aliquando extractis piscis nullus infuit, sed sporta auri obsuta. tum emptores bolum suum aiunt, piscatores suum.' 'Venalici cum Brundusi gregem uenalium e naui educerent, formoso et pretioso puero, quod portitores uerebantur, bullam et praetextam togam imposuerunt; facile fallaciam celarunt. Romam uentum, res cognita est, petitur puer, quod domini uoluntate fuerit liber, in libertatem.' olim autem eas

21 sq. Seneca controv. I praef. p. 50, 16 sqq.: 'declamabat autem Cicero non quales nunc controuersias dicimus, ne tales quidem

3 tum — tum *Stephanus*, *Vinetus*: dum — dum *libri* ‖ pernitiosa *VNG* ‖ 4 aut historiis demere *Stephanus* ‖ 5 anascenas et catascenas *(n utrobique ex coni. ortum videbatur Ritschelio)* *L* anasceus et catasceus *O* nasceuas et cacaseuas *I* ‖ 6 exoluerunt *L (Pontanus)*: exoluerint *VOGI* exsoluerint *N* exoleverunt *Beroaldus* ‖ 8 hystoriis *I* ‖ 10 appellationes b; *I* ‖ 11 editaeq: *G* ‖ 13 caussa *L* ‖ tpr *I* ‖ 14 ostiam *G* ‖ hostiam *LI* ‖ uenisset *I* ‖ litus *LOGI* ‖ 16 numos *L* ‖ traherentur *O* ‖ 17 infuit *NOGI* affuit *VL* ‖ 18 absoluta obsuta *L* ‖ 19 Venalicii *L* ‖ Brundusi *VNG* Brundusii *LO* brondusium *I* ‖ educeret *O* ‖ 20 precioso *VLI* ‖ uerebantur *N* uerebatur *O* ‖ 21 pullam *O* ‖ imposuerunt *I* imposuit *NO* ‖ fallatiam *I* ‖ 22 celauit *O* celauit *N* ‖ uenit *NO* ‖ res cognita est *NO* recogniti sunt *G* rescogniti sunt *V* rescogniti sunt *L* recogniti sunt *I* ‖ 23 libertatem *Vinetus*: libertate *libri*

appellatione Graeca syntaxis uocabant; mox controuersias quidem, sed aut fictas aut iudiciales.

Illustres professores et quorum memoria aliqua extet non temere alii reperientur quam de quibus tradam.

L. PLOTIVS GALLVS. de hoc Cicero in epistola ad M. Titinnium sic refert: 'equidem memoria teneo, pueris nobis primum Latine docere coepisse Plotium quendam. ad quem cum fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. continebar autem doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant Graecis exercitationibus ali melius ingenia posse.' hunc eundem — nam diutissime uixit — M. Caelius in oratione, quam pro se de ui habuit, significat dictasse Atratino accusatori suo actionem; subtractoque nomine hordearium eum rhetorem appellat deridens ut inflatum ac leuem et sordidum. 26 (2)

quales ante Ciceronem dicebantur, quas thesis uocabant. hoc enim genus materiae adeo nouum est, ut nomen quoque eius nouum sit. controuersias nos dicimus: Cicero causas uocabat. hoc uero alterum nomen Graecum quidem sed in Latinum ita translatum, ut pro Latino sit, scholastica; controuersia multo recentius est, sicut ipsa declamatio apud nullum antiquum auctorem ante Ciceronem et Caluum inueniri potest.'

5 sqq. Hieronymus Ol. 173, 1 *(a. 666)*: 'Plotius Gallus primus Romae latinam rhetoricam docuit; de quo Cicero sic refert (refret *B*): memoria teneo pueris nobis primum latine docere coepisse Plotium quendam.' Seneca controv. II 8 p. 116, 18: 'habuit et Blandum rhetorem praeceptorem qui eques Romanus Romae docuit: ante illum intra libertinos praeceptores pulcerrimae disciplinae continebantur et minime probabili more turpe erat docere, quod honestum erat discere. nam primus omnium Latinus rhetor Romae fuit puero Cicerone Plotius.' Quintilianus II 4, 42: 'Latinos uero dicendi praeceptores extremis L. Crassi temporibus coepisse Cicero auctor est; quorum insignis maxime Plotius fuit.' — Quintilianus XI 1, 143: 'idque ut fiat, qui de gestu scripserunt circa tempora illa *(veterum oratorum)* Plotius Nigidiusque praecipiunt.'

---

1 appellatione Graeca *OI Schottus:* appellationes grece *V* appellationes greci *NG* gráece eas appellationes *L* || syntaxis *VNG* sintaxis *I* syntasis *O* synthesis *L (Pontanus)* || 2 fictus *I* || 5 Lutius *L* || in epistola *om. OI* || Marcum *N* || 6 Titinnium *VNGL* Tftinium *O* Ticinium *I* || *epistola Ciceronis non extat* || 7 cepisse *V* || L. Plotium *NO* || 9 michi *V* || idem mihi *L* || 12 Caelius *NGI* Celius *VO* Coelius *L* || quādā *V* || 13 significat *Muretus:* significabat *libri* || Atracino *L* || acusatori *I* || 14 suo su *G* || auctionem *I* || subractoque *G* || hordearium *N* ordiarium *O* hordeam *GI* hordinarium *V* ordinarium *L* || retorem *G*

27 L. VOLTACILIVS PLOTVS seruisse dicitur atque etiam
(3) ostiarius uetere more in catena fuisse, donec ob ingenium et studium litterarum manumissus accusanti patrono subscripsit. deinde rhetoricam professus Cn. Pompeium Magnum docuit, patrisque eius res gestas nec minus ipsius compluribus libris exposuit; primus omnium libertinorum, ut Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, nonnisi ab honestissimo quoque scribi solitam ad id tempus.

28 (M.) EPIDIVS calumnia notatus ludum dicendi aperuit do-
(4) cuitque inter ceteros M. Antonium et Augustum; quibus quondam C. Cannutius, obiicientibus sibi quod in re publica administranda potissimum consularis Isaurici sectam sequeretur, malle respondit Isaurici esse discipulum quam Epidi calumniatoris. hic Epidius ortum se a C. Epidio Nucerino praedicabat, quem ferunt olim praecipitatum in fontem fluminis Sarni, paulo post cum cornibus taureis extitisse, ac statim non comparuisse in numeroque deorum habitum.

29 SEX. CLODIVS, e Sicilia, Latinae simul Graecaeque elo-
(5) quentiae professor, male oculatus et dicax par oculorum in amicitia M. Antonii triumuiri † extricte se aiebat; eiusdem

1 sqq. Hieronymus Ol. 174, 4 *(a. 673)*: 'Voltacilius Plotus latinus rhetor Cn. Pompei libertus et doctor scholam Romae aperuit.' Vultacius *B* Vulcacilius *P* Vultacilius *(Scal.)*. In eo errat Hieronymus, quod Voltacilium Cn. Pompei libertum nominat. Suetonius patronum omnino non nominauit.

1 Lutius *L* || Voltacilius *Rothius ex indice et Hieronymo:* Oltacilius *VO* Octacilius *NGI* Otacilius *L* || Plotus *scripsi ex Hieronymo:* Pilutus *libri* || 2 hostiarius *VLNGI* || cathena *N* || 3 ac *NOGI* || studia *L* || literarum *L* || acusanti *I* || 4 ·CN· *NG* ·C·N· *I* Cn. *O* Gn. *VL* || 5 patris eiusque *I* || eius *om. G* || 7 Cor. *VNI* Corn. *L* || hystoriam *I* || 8 *verba* ad id tempus *ante Rothium initio capitis* 28. *legebantur* || 9 M. *addidit Rothius* || docuit *I* || 11 C. Cannutius *N* C. Cānutius *VL* canutius. caius *O* C. Carnutius *GL* || repu ea *V* rep. *G* re. p. *L* || 13 male *I* || respondet *I* || Epidi *Rothius:* Epidici *VO* Epidiçi *L* Epidii *NGI* || 14 ·A· cepidio *O* ab Epidio *vulgo* || Nucerino *O, Beroaldus:* Nuncino *VNG* nuntino *I* Mancino *L* || 16 taureis *O. Iahnius:* aureis *NO om. VLGI* || 18 Sextus *libri* || glodius *I* || et Sicilia *I* || 19 oculatus] aculeatus *susp. O. Iahnius I* || 20 amicicia *VG* amititia *I* || extrisse *Statius*

Digitized by Google

uxorem Fuluiam, cui altera Lucca inflatior erat, acumen stili temptare dixit, nec eo minus, immo uel magis ob hoc Antonio gratus. a quo mox consule ingens etiam congiarium accepit, ut ei in Philippicis Cicero obiicit: 'adhibes ioci causa magistrum, suffragio tuo et compotorum tuorum rhetorem, (cui) concessisti ut in (te) quae uellet diceret, salsum omnino hominem, sed materia facilis (in te) et in tuos (dicta) dicere. at quanta merces rhetori est data! audite, audite, P. C. et cognoscite rei publicae uolnera. duo milia iugerum campi Leontini Sex. Clodio rhetori assignasti et quidem immunia, ut tanta mercede nihil sapere disceres.'

C. ALBVCIVS SILVS Nouariensis cum aedilitate in patria fungeretur cumque forte ius diceret, ab iis contra quos pronuntiabat pedibus e tribunali detractus est. quod indigne ferens statim contendit ad portam et inde Romam, receptusque in Planci oratoris contubernium, cui declamaturo mos erat prius aliquem qui ante diceret excitare, suscepit eas partes atque ita impleuit ut Planco silentium imponeret non audenti in comparationem se demittere. sed ex eo clarus (6)

12 sqq. Hieronymus Ol. 193, 3 *(a. 745)*: 'Albucius (*sic BP Scal.*) Silo Nouariensis clarus rhetor agnoscitur.' 'Silo' neglegentiae Hieronymi tribuendum est. Seneca controv. X praef. p. 295, 20 sq.: 'primum tetradeum quod faciam quaeritis? Latronis Fusci Albuci Latronis.' Quintilianus II 15, 36: 'Albucius non obscurus professor atque auctor'.

1 a tumen *I* || stilli *I* || 2 temptare *G* temperare *O* tentare *VLNI* || imo *LOI* || ab *I* || hec *O* || 3 cogiarium *NG* || 4 accoepit *N* || philipicis *I* || in Philippicis Cicero] *II 17* || obicit *O* || Adhibes *ex Cicerone Beroaldus:* Tibi et *libri praeter O, qui lacuna relicta om.* || caussa *L* || ioci] soci *I* sotij *N* || 5 magistram *O* || compotorum *ex Cicerone Stephanus:* competitorum *libri nisi quod I* compettitorum *habet* || 6 cui *addidit ex Cic. Beroaldus* || in te quae *ex Cic. Beroaldus:* in quem *libri* || uelles *G* || salsum *L (Pontanus), Beroaldus ex Cic.:* falsum *libri* || 7 in te *OI Beroaldus ex Cic.: om. VLNG* || dicta *N Stephanus ex Cic.: om. VLOGI* || docere *I* || 8 p. c. *G* p. c. *V* p. con. *L* Patres conscripti *NOI* || 9 rei. p. *L* reip *G* || uolnera *V* ulnera *NLGOI* || millia *L* || Sexto *NG* || 10 adsignasti *O* || immunia *O Beroaldus ex Cic.:* immuni *libri* (imuni *V*) || 11 nichil *V* || 12 Caius *L* || Albutius *libri* || nouaricensis *O* || 13 cumque *Oudendorpius:* cum *LOGI* quom *N* eum *V* || 17 excitare] exorare *O* || eius *O* || 18 partis *O* || atque] mores *O* || 19 audienti *N* audent *I* || compatioe; *V* compationem *L* comperationem *I* || demittere *Iac. Gronovius:* dimittere *libri* || clarius *I*

Digitized by Google

propria auditoria instituit, solitus proposita controuersia sedens incipere et calore demum prouectus consurgere ac perorare, declamare autem genere uario: modo splendide atque adornate, tum, ne usque quaque scholasticus existimaretur, circumcise ac sordide et tantum non triuialibus uerbis. egit et causas, uerum rarius, dum amplissimam quamque sectatur nec alium in ulla locum quam perorandi. postea renuntiauit foro partim pudore partim metu; nam cum in lite quadam centumuirali aduersario, quem ut impium erga parentes incessebat, ius iurandum quasi per figuram sic obtulisset: 'iura per patris matrisque cineres, qui inconditi iacent' et alia in hunc modum, arripiente eo conditionem nec iudicibus aspernantibus non sine magna sui inuidia negotium afflixit. et rursus in cognitione caedis Mediolani apud L. Pisonem proconsulem defendens reum, cum cohibente lictore ni-

1 sqq. Seneca controv. VII praef. p. 178, 10 sqq.: 'incipiebat enim sedens et si quando illum produxerat calor, exsurgere audebat.'

3 sqq. Idem ibidem p. 180, 7 sqq.: 'splendidissimus erat: idem res diecbat omnium sordidissimas, acetum et puleium et lanternas et psilothrum et spongias; nihil putabat esse quod dici in declamatione non posset. erat autem illa causa: timebat ne scholasticus uideretur, dum alterum uitium deuitat, incidebat in alterum nec uidebat nimium illum orationis suae splendorem his admixtis sordibus non defendi sed inquinari: et hoc aequale omnium est, ut uitia sua excusare malint quam effugere. Albucius enim non quomodo non esse scholasticus non esset quaerebat sed quomodo non uideretur. nihil detrahebat ex superuacuo strepitu: haec sordida uerba ad patrocinium aliorum (*immo* altorum) adferebat.'

8 sqq. Idem ibidem p. 181, 14–182, 11: 'raro Albucio respondebat fortuna, semper opinio: quamuis poenituisset audisse, libebat audire. tristis, sollicitus declamator et qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset: usque eo nullum tempus securum erat. haec illum sollicitudo fugauit a foro et tantum unius figurae crudelis euentus. nam in quodam iudicio centumuirali, cum diceretur iuris iurandi condicio aliquando facta ab aduersario, induxit eius modi figuram qua illi omnia crimina regereret. Placet, inquit, tibi rem iure iurando transigi; iura per patris memoriam; et executus est locum; quo perfecto surrexit L. Arruntius

---

2 incipere *Faernus:* in opere *libri* ‖ 3 autem genere *Stephanus:* aut gemere *libri* ‖ 4 adoranter *NOGI* ‖ tum *L* ‖ scolasticus *G (corr. m. 2) N* ‖ 5 circumcise *O* ‖ tantū nō *V* tantum non *O* tamen non *L* tantum modo *NGI* ‖ 6 caussas *L* ‖ amplissima *G* ‖ quanque *VNOG* ‖ 8 renunciauit *VO* ‖ 9 lite] luce *N* ‖ in lite quadam] militem quendam *O* ‖ 10 optulisset *LG* ‖ 12 condicionē *V* condictionem *I* ‖ 13 sua *NOGI* ‖ sua magna *G* ‖ negocium *L* ‖ 15 proconsulem *O* procos. *GI* porcos. *N* personalem *VL* ‖ cohibente lictore *Stephanus:* cohiberent lictores *libri* ‖ manimias *O*

Digitized by Google

mias laudantium uoces ita exeanduisset, ut deplorato Italiae statu quasi iterum in formam prouinciae redigeretur M. insuper Brutum, cuius statua in conspectu erat, inuocaret legum ac libertatis auctorem et uindicem, paene poenas luit. iam autem senior ob uitium nomicae Nouariam rediit, conuocataque plebe causis propter quas mori destinasset diu ac more contionantis redditis, abstinuit cibo.

* * *

L. CESTIVS PIVS Smyrnaeus rhetor latine Romae do- 91*
cuit *(a. 741)*.

ex diuerso et ait: Accipimus conditionem, iurabit. clamabat Albucius: Non detuli conditionem; schema dixi. Arruntius instabat. centumuiri rebus iam ultimis properabant. Albucius clamabat: Ista ratione schemata de rerum natura tolluntur. Arruntius aiebat: Tollantur; poterimus sine illis uiuere. summa rei haec fuit: centumuiri dixerunt, dare ipsos secundum aduersarium Albucii, si iuraret; ille iurauit. Albucius non tulit hanc contumeliam, sed iratus calumniam sibi inposuit: numquam amplius in foro dixit.'

91* Index rhetorum p. 99. Hieronymus Ol. 191, 4: 'Cestius Smyrnaeus' e. q. s. — Seneca controv. VIII praef. p. 182, 17. p. 183, 3 sq. suas. VII p. 44, 7 sqq.: 'erat autem Cestius nullius quidem ingenii, Ciceroni etiam infestus, quod illi non inpune cessit. nam cum M. Tullius filius Ciceronis Asiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit praeter urbanitatem, caenabat apud eum Cestius. M. Tullio et natura memoria infidelis erat et ebrietas si quid ex ea supererat subducebat; subinde interrogat, qui ille uocaretur qui in imo recumberet et cum saepe subiectum illi nomen Cestii excidisset, nouissime seruus ut aliqua nota memoriam eius faceret certiorem, interroganti domino quis ille esset qui in imo recumberet, ait: Hic est Cestius qui patrem tuum negabat litteras scisse; adferri protinus flagra iussit et Ciceroni, ut oportuit, de corio Cestii satisfecit.' excerpt. controv. III p. 363, 14 sqq.: 'etiam Ciceroni *(Cestium suum)* praeferrent, nisi lapides timerent. quo tamen uno modo possunt, praeferunt: huius enim declamationes ediscunt, illius orationes non legunt nisi eas quibus Cestius rescripsit' e. q. s. dicit Cassius Severus.

---

1 exeanduisset ut *OI*, *Stephanus:* exeanduisse et ut *V* exeanduisse et ut *L* exeanduisse ut et *N* exeanduisse ut *G* ‖ ytaliae *I* ‖ 2 prouintie *I* ‖ statuam *NG* ‖ 3 conspectu *NOGI* yspeū *V* ipseum *L* ‖ 4 pene *VLG* | penas *N* penas *V* ‖ 5 ob uitium *om. N* ‖ uicium *G* ‖ uomite *I* ‖ 7 concionantis *NLOI* ‖ *In fine ab eadem manu in margine minio adscriptum est:* Non repperi ultra in exēplari. *V* abstinuit cibo: ~ cibo abstinuit cibo . . . . . abstinuit *in mg.* Amplius repertum non est adhuc desunt rhetores XI. *L* cibo. amaro at chrū *(haec verba Lerschio deterius manu alia scripta videbantur) in mg.* uacat i exemplari *N* cibo *G* DEFICIT · FINIS · DEVS · CONCEDAT · VT · REPERIATVR · *O* ‖ 8 Smyrnaeus *Scal.* Myrneus *B* ‖ Romae *(Scal)* Romam *B*

92* M. PORCIVS LATRO latinus declamator taedio duplicis quartanae semet ipsum interficit *(a. 750)*.

93* Q. CVRTIVS RVFVS *.

94* L. VALERIVS PRIMANVS *.

95* VERGINIVS FLAVVS *.

96* L. STATIVS VRSVLVS Tolosensis celeberrime in Gallia rhetoricam docet *(a. 810)*.

97* P. CLODIVS QVIRINALIS rhetor Arelatensis Romae insignissime docet *(a. 797)*.

92* Index rhetorum l. c. Hieronymus Ol. 194, 1: 'M. Porcius Latro latinus' e. q. s. — Latronem simul cum Arellio Fusco Albucio Silo Iunio Gallione in primum rhetorum tetracolon refert Seneca. cf. controv. I praef. p. 51, 4 — 56, 14. — Seneca controv. VIIII praef. p. 242, 12 sqq.: 'Latronem Porcium declamatoriae uirtutis unicum exemplum, cum pro reo in Hispania Rustico Porcio propinquo suo diceret, usque eo esse confusum, ut a soloecismo inciperet nec ante potuisse confirmari tectum ac parietem desiderantem, quam impetrauit, ut iudicium ex foro in basilicam transferretur. usque eo ingenia in scholasticis exercitationibus delicate nutriuntur, ut clamorem silentium risum caelum denique pati nesciant.' dicit Montanus Votienus. cf. Quintilianus X 5, 18: 'quod accidisse etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur, ut cum ei summam in scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda impense petierit, uti subsellia in basilicam transferrentur. ita illi coelum nouum fuit, ut omnis illius eloquentia contineri tecto ac parietibus uideretur.' Seneca controv. II p. 136, 2: 'Ouidius Naso Latronis admirator' e. q. s. X p. 324, 5: (Latro Porcius) 'graecos et contemnebat et ignorabat.' — Plinius N. H. XX 57: 'Porcius Latro clarus inter magistros dicendi'.

93* Index rhetorum l. c.

94* Index rhetorum l. c.

95* Index rhetorum l. c. Quintilianus III 1, 21: 'scripsit de eadem materia *(rhetorica)* non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, non nihil pater Gallio; accuratiores uero priores Gallione Celsus et Laenas et aetatis nostrae Verginius Plinius Tutilius.' VII 4, 40: 'hoc tantum admiror, Flauum, cuius apud me summa est auctoritas, cum artem scholae tantum componeret, tam anguste materiam qualitatis terminasse.' Vita Persi pag. 73, 5: 'studuit Romae ... apud rhetorem Verginium Flauum.' — Quintilianus XI 3, 126: 'urbaneque Flauus Verginius interrogauit a quodam suo antisophiste, quot millia passuum declamassot?' — Tacitus ann. XV 71: 'Verginium et Musonium Rufum claritudo nominis expulit; nam Verginius studia iuuenum eloquentia Musonius praeceptis sapientiae fouit.'

96* Index rhetorum l. c. Hieronymus Ol. 209, 1: 'Statius Vrsulus Tolosensis' e. q. s.

97* Index rhetorum l. c. Hieronymus Ol. 205, 4: 'Clodius Quirinalis rhetor' e. q. s.

---

2 semet ipsum *B* semet *(Scal.)* || 6 Vrsulus *B* Sursulus *P* Surculus *(Scal.)* || Tolosensis *B Scal.* Tholosensis *P* || celeberrime in Gallia rhetoricam docet *B* in Galliis celeberrime Rhetoricam docet *Scal.* || 8 Arelatensis *(Scal.)* Arilitensis *B*

Digitized by Google

M. ANTONIVS LIBERALIS latinus rhetor grauissimas ini- 98*
micitias cum Palaemone exercet *(a. 801)*.

SEX. IVLIVS GABINIANVS celeberrimi nominis rhetor in 99*
Gallia docuit *(a. 829)*.

M. FABIVS QVINTILIANVS Romam a Galba perducitur 100*
(a. 821).

Quintilianus ex Hispania Calagurritanus, (qui) primus 101*
Romae publicam scholam et salarium e fisco accepit, claruit *(a. 841)*.

98* Index rhetorum l. c. Hieronymus Ol. 206, 4: 'M. Antonius Liberalis latinus' e. q. s. — Ad has inimicitias fortasse respicit Quintilianus III 1, 21: 'sunt et hodie clari eiusdem operis *(de rhetorica)* auctores, qui, si omnia complexi forent, consuluissent labori meo; sed parco nominibus uiuentium; ueniet eorum laudi suum tempus; ad posteros enim uirtus durabit, non perueniet inuidia.'

99* Index rhetorum l. c. Hieronymus Ol. 213, 4: 'Gabinianus celeberrimi' e. q. s. — Tacitus dial. 20: 'quotus enim quisque scholasticorum non hac sua persuasione fruitur, ut se ante Ciceronem numeret, sed plane post Gabinianum?' Hieronymus in Ies. VIII praef. tom. IIII pag. 329 Vall.: 'qui flumen eloquentiae et concinnas declamationes desiderant, legant Tullium Quintilianum Gallionem Gabinianum.'

100* Index rhetorum l. c. Hieronymus Ol. 211, 4: 'M. Fabius Quintilianus Romam' e. q. s.

101* Hieronymus Ol. 216, 4. Suetonius Vespas. 18: 'primus e fisco Latinis Graecisque rhetoribus annua centena constituit.' — Ausonius grat. act. p. 712 Toll.: 'Quintilianus consularia per Clementem, cuius educauerat filios, ornamenta sortitus, honestamenta nominis potius uidetur quam insignia potestatis habuisse.' Martialis II 90: 'Quintiliane uagae moderator summe iuventae, | Gloria Romanae, Quintiliane, togae'. — Ceterum 'qui' addito et deleto 'et' temporis notatio apta fit.

---

3 Gabinianus *B Scal.* Gabianus *P* || 5 M. *B* Marcus *Scal* || 7 Calagurritanus *B* Calaguritanus *P* Calagorritanus *Scal.* || qui *addidi* || 8 scolam *B* '*nihil hic variant codices neque Cassiodorus, qui ut solet haec ad verbum refert. tamen apparet verbum "aperuit" deesse. nisi dicamus ἀπὸ τοῦ κοινοῦ scholam publicum accepisse, quod non puto*'. *Scal.* || et claruit *B. Scal.*; et *delevi*

Digitized by Google

102* Apud Graecos bibliothecam primus instituisse Pisistratus creditur Atheniensium tyrannus, quam deinceps ab Atheniensibus auctam Xerxes incensis Athenis euexit in Persas, longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Graeciam retulit. hinc studium regibus urbibusque ceteris natum est comparandi uolumina. dehinc magnus Alexander uel successores eius instruendis omnium librorum bibliothecis animum intenderunt, maxime Ptolemaeus cognomento Philadelphus; nam septuaginta milia librorum huius temporibus Alexandriae inuenta sunt.

Romam primus librorum copiam aduexit Aemilius Paulus Perse Macedonum rege deuicto, deinde Lucullus e Pontica praeda. post hos Caesar dedit Marco Varroni negotium quam maximae bibliothecae construendae. primum autem Romae bibliothecas publicauit Pollio † hinc graecas simul atque latinas additis auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis magnificentissimum instruxerat.

103* Cerarum studium primi Graeci tradidisse produntur. Graeci autem et Tusci primum ferro in ceris scripserunt,

102* Isidorus origg. VI 3: 'De bibliothecis. Bibliotheca a Graeco nomen accepit ab eo quod ibi recondantur libri. nam *βιβλίων* librorum *θήκη* repositio interpretatur. bibliothecam ueteris testamenti Esdras scriba post incensam legem a Chaldaeis, dum Iudaei regressi fuissent in Hierusalem, diuino afflatus spiritu reparauit cunctaque legis ac prophetarum uolumina quae fuerant a gentibus corrupta correxit totumque uetus testamentum in uiginti duos libros constituit, ut tot libri essent in lege quot habebantur et litterae. apud Graecos autem . . . uolumina diuersarum gentium et per interpretes in Graecam linguam uertendi. dehinc . . . Philadelphus omnis litteraturae sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum aemularetur, non solum gentium scripturas, sed etiam et diuinas litteras in bibliothecam suam contulit. nam septuaginta . . . sunt.' 5: 'De eo qui primum Romam libros aduexit. Romam . . . instruxerat.' 7: 'Qui multa scripserunt. Marcus Terentius Varro apud Latinos innumerabiles libros scripsit. apud Graecos quoque Chalcenterus miris attollitur laudibus, quod tantos libros ediderit, quantos quisque nostrum alienos scribere propria manu uix possit.' (ex Rufino apol. II 20) Suetonius Caes. 44: (destinabat,) 'bibliothecas Graecas Latinasque quas maximas posset publicare, data Marco Varroni cura comparandarum ac digerendarum.'

103* Isidorus origg. VI 9: 'De ceris. Cerae litterarum materies

2 Atheniensium—ab *om. Gu. 1* || 5 dehinc inde *Gu. 1* || Alexander magnus *Gu. 2* || eorum *Monac. 6250 s. VIIII. Gu. 1. 2* || 7 phtolomeus *Monac.* || filadelfus *Monac.* || Romam *Arevalus:* Romae *libri* || 11 Persa *Gu. 2* || 13 quam maximae] causam maxime *Gu. 1* cum maxime *Gu. 3* maxime *Gu. 2* || 14 hinc *Monac. Gu. 2 al.* uel huic *Gu. 1: latere videtur* Asinius || 15 de manubiis de spoliis inimicorum *Gu. 1*

Digitized by Google

postea Romani iusserunt, ne graphium ferreum quis haberet. unde et apud scribas dicebatur: 'ceram ferro ne caedito.' postea institutum est, ut in cera ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satura dicens:

uertamus uómerem
in céram, an mucrone úmquam aremus ósseo?

graphium autem Graece, Latine scriptorium dicitur. nam γραφὴ scriptura est.

Cartarum usum primum Aegyptus ministrauit, coeptum apud Memphiticam urbem. cuius genera quam plurima sunt. prima et praecipua Augustea regia maioris formae in honorem Octauiani Augusti appellata. secunda

parvulorum nutrices: ipsae dant ingenium pueris primordia sensus *(ex Dracontii satisf. ad Guntharium 63)* quarum studium ... est.' 10: 'De cartis. Cartarum ... urbem. Memphis enim ciuitas est Aegyptiorum, ubi cartae usus primum inuentus est, sicut ait Lucanus: Conficitur bibula Memphitis carta papyro. bibulam autem papyrum dixit, quod humorem bibat *(ex schol. Lucan. IIII 135 deperdito)*. carta autem dicta quod carptim papyri tegmen decerptum glutinatur. cuius genera ... idonea.' 11: 'De pergamenis. Pergameni ... excogitauerunt. unde et pergamenarum nomen hucusque tradente sibi posteritate seruatum est *(ex Hieronymi ep. ad Chromatium)*. haec et membrana dicuntur ... recreent. membrana autem aut candida aut lutea aut purpurea sunt. candida naturaliter existunt. luteum membranum bicolor est, quod a confectore una tingitur parte, id est crocatur. de quo Persius: Iam liber et positis bicolor membrana capillis. purpurea uero inficiuntur colore purpureo, in quibus aurum et argentum liquescens patescat in litteris.' ultima ex Hieronymi ep. ad Eustochium, relicua ex scholio Persi III 10 deperdito. — Hieronymus ep. VII ad Chromatium Iovinum et Eusebium tom. I p. 18 Vall.: 'Chartam defuisse non puto Aegypto ministrante commercia. et si alicubi Ptolemaeus maria clausisset, tamen rex Attalus membranas a Pergamo miserat, ut penuria chartae pellibus pensaretur, unde et pergamenarum nomen ad hunc usque diem tradente sibi inuicem posteritate seruatum est.' — Plinius N. H. XIII 68 sqq.: 'Prius tamen quam digrediamur ab Aegypto et papyri natura dicetur, cum chartae usu maxume humanitas uitae constet certe memoria. et hanc Alexandri Magni uictoria repertam auctor est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria. antea non fuisse chartarum usum. in palmarum foliis primo scriptitatum, dein quarundam arborum libris. postea publica monimenta plum-

1 grafium *Monac.* || 3 est *om. Monac., add. man. rec.* || in cera *vulgo, Gu. 3:* ceram *Monac. Gu. 1* cerae *Gu. 2* || sicuti *Gu. 2* || 4 satura | *v. 12 sq. Ribbeck.* || 6 an mucrone umquam *Ribbeckius:* mucroneque *Isidori libri* || 8 gratia *Monac.* || est | dicitur *Gu. 2 al.* || 9 primus *Gu. 2* || 10 memphicam *Gu. 2* || cui *Gu. 1* || 11 regiua *Monac* || et maioris *Monac. Arevalus* || 12 octauianni *Monac.*

Digitized by Google

Liuiana ob honorem Liuiae. tertia hieratica dicta eo quod ad sacros libros eligebatur, similis Augusteae sed subcolorata. quarta Taeniotica a loco Alexandriae qui ita uocatur, ubi fiebat. quinta Saitica ab oppido Sai. sexta Corneliana a Cornelio Gallo praefecto Aegypti primum confecta. septima emporetica, quod ea merces inuoluuntur, cum sit scripturis minus idonea.

Pergameni reges cum carta indigerent membrana primum excogitauerunt. membrana dicuntur, quia ex membris pecudum detrahuntur. fiebant autem primum coloris lutei, id est crocei; postea uero Romae candida membrana reperta sunt. quod apparuit inhabile esse, quod et facile sordescant aciemque legentium laedant, cum peritiores architecti neque aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putent

beis uoluminibus, mox et priuata linteis confici coepta aut ceris. pugillarium enim usum fuisse etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum; illo uero prodente ne terram quidem ipsam quae nunc Aegyptus appelletur intellegitur, cum in Sebennytico et Saite eius nomo omnis charta nascatur, postea adaggeratum Nilo, siquidem a Pharo insula quae nunc Alexandriae ponte iungitur noctis dieique uelifico nauigi cursu afuisse prodidit. mox aemulatione circa bibliothecas regum Ptolemaei et Eumenis supprimente chartas Ptolemaeo idem Varro membranas Pergami tradit repertas. postea promiscue patuit usus rei qua constat inmortalitas hominum. Papyrum ergo nascitur in palustribus Aegypti aut quiescentibus Nili aquis ..... nascitur et in Syria circa quem odoratus ille calamus lacum .... nuper et in Euphrate nascens circa Babylonem papyrum intellectum est eundem usum habere chartae ... Praeparatur ex eo charta diuiso acu in praetenuis sed quam latissimas philyras. principatus medio atque inde scissurae ordine. hieratica appellabatur antiquitus religiosis tantum uoluminibus dicata, quae adulatione Augusti nomen accepit, sicut secunda Liuiae a coniuge eius. ita descendit hieratica in tertium nomen. proxumum amphitheatricae datum fuerat a confecturae loco. excepit hanc Romae Fanni sagax officina, tenuatamque curiosa interpolatione principalem fecit e plebeia et nomen dedit ei. quae non esset ita recurata, in suo mansit amphitheatrica. post hanc Saitica ab oppido ubi maxuma fertilitas ex uilioribus ramentis, propiorque etiamnum cortici Taeniotica a uicino loco, pondere iam haec non bonitate uenalis. nam emporitica inutilis scri-

---

1 Liuiana *Arevalus:* libiana *Monac.* Libyana *vulgo* || Liuiae *Arevalus*: Libyae (libiae) prouinciae *libri* || hieranica *Gu. 1* || 3 teniotica *Monac.* ceoncocica *Gu. 1* || 4 ubi *om. Monac. Gu. 1. 2* || Saltica *vulgo* || Salo *vulgo* || 6 emptorica *Gu. 1* || scriptori *al.* || 8 pergameni *Monac.* pergamene *Gu. 1* pergamena *Gu. 2* || cartulis *al.* || primi *Gu. 2 al.* || 12 inabile *Monac.* || 14 putant *Gu. 1*

Digitized by Google

neque pauimenta alia quam e Carysteo marmore, quod auri fulgor hebetet, at Carystei uiriditas reficiat oculos. nam et qui nummulariam discunt denariorum formis myrteos pannos subiciunt: et gemmarum scalptores scarabaeorum terga quibus nihil est uiridius subinde respiciunt: et pictores idem faciunt, ut laborem uisus eorum uiriditate recreent.

Quaedam genera librorum certis modulis conficiebantur: 104* breuiori forma carmina atque epistulae, at uero historiae maiori modulo scribebantur: et non solum in carta uel membranis, sed etiam in omentis elephantinis textilibusque maluarum foliis atque palmarum. cuius generis Cinna sic meminit:

haec tibi Arateis multum uigilata lucernis

bendo inuolucris chartarum segestriumque mercibus usum praebet, ideo a mercatoribus cognominata. post hanc papyrum est extremumque eius scirpo simile, ac ne funibus quidem nisi in umore utile. Texitur omnis madente tabula Nili aqua. turbidus liquor uim glutinis praebet. in rectum primo supina tabulae scheda adlinitur longitudine papyri quae potuit esse resegminibus utrimque amputatis, trauersa postea crates peragit. premitur deinde praelis, et siccantur sole plagulae atque inter se iunguntur proxumarum semper bonitatis deminutione ad deterrimas. numquam plures scapo quam uicenae. Magna in latitudine earum differentia: XIII digitorum optumis, duo detrahuntur hieraticae, Fanniana denos habet, et uno minus amphitheatritica, pauciores Saitica nec malleo sufficit; nam emporiticae breuitas sex digitos non excedit. praeterea spectatur in chartis tenuitas densitas candor leuor. Primatum mutauit Claudius Caesar; nimia quippe Augustae tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis; ad hoc tramittens literas liturae metum adferebat ex auersis, et alias indecoro uisu pertralucida. igitur e secundo corio statumina facta sunt et primo subtemina. auxit et latitudinem, pedali mensura. erat et cubitalis macrocollis, sed ratio deprehendit uitium unius scidae reuolsione pluris infestante paginas. ob haec ex praelata omnibus Claudia, Augustae in epistulis auctoritas relicta. Liuiana suam tenuit, cui nihil e prima erat sed omnia e secunda.' e. q. s.

104* Isidorus origg. VI 12: 'De libris conficiendis. Quaedam genera librorum apud gentiles certis ... expolitum?' 13: 'De librorum uocabulis. Codex multorum ... dictus, sicut apud Hebraeos uolumina legis, uolumina prophetarum. liber est interior

---

1 Carysteo *Arevalus:* eucharisteo *Monac. vulgo* || 2 fulgore *Gu. 2* || hebetet at *scripsi:* hebetat et *libri* hebetet et *Arevalus* || Carystei *Otto:* eucharisti caristi *Monac.* eucharistie *Gu. 1* || 3 nummulariam *Monac.* || formis *Monac.* || in mirteos *Monac. Gu. 1* in musteos *Gu. 2 (in mg.* al. mirricos) || 4 sculptores *libri* || 6 ut — recreent *om. al.* || 7 nomina *Gu. 1 (ut videtur)* || 8 breviore *Gu. 1. 2 (ut videtur)* || epistulae *Monac.* || maiore *Gu. 1 (ut videtur)* || 9 in membranis *Gu. 1* et membranis *Gu. 2* || 10 ommentis *Gu. 2* momentis *Gu. 1* || 12 aratis *Gu. 2* || uigilata *Stephanus:* inuigilata *libri*

Digitized by Google

carmina, quis ignes nouimus aetherios,
leuis in aridulo maluae descripta libello
Prusiaca uexi munera nauicula.

circumcidi libros Siciliae primum increbruit. nam initio pumicabantur. unde et Catullus ait:

cui dono lepidum nouum libellum
arida modo pumice expolitum?

codex multorum librorum est: liber unius uoluminis. et dictus codex per translationem a caudicibus arborum seu uitium [quasi caudex], quod in se multitudinem librorum quasi ramorum contineat. uolumen liber est, a uoluendo dictus. liber est interior tunica corticis, quae ligno cohaeret. de quo Virgilius:

nec si cum moriens alta liber aret in ulmo.

unde et liber dicitur, in quo scribimus: quia ante usum cartae uel membranorum de libris arborum uolumina fiebant, id est compaginabantur. unde et scriptores a libris arborum librarios uocauerunt. librarios ante bibliopolas dictos. librum enim Graeci *βιβλίον* uocant. librarii autem idem et antiquarii uocantur. sed librarii sunt qui noua scribunt et uetera, antiquarii qui tantum modo uetera, unde et nomen sumpserunt. a scribendo autem scriba nomen accepit officium exprimens uo-

... uocauerunt.' 14: 'De librariis et eorum instrumentis. Librarios ... auis, cuius acumen in duo diuiditur, in toto corpore unitate seruata, credo propter mysterium, ut in duobus apicibus uetus et nouum testamentum signaretur, quibus exprimitur uerbi sacramentum sanguine passionis effusum. dictus autem calamus ... tomus.' cf. Hieronymus ep. VIII ad Niceam tom. I p. 21 Vall.

---

1 quis *Gu. 1. 4* que *Monac.* || signes *Monac.* signas *Gu. 2* signis *Gu. 3 al.* || aetherios *Weichert. poet. lat. rel. p. 197:* aerios *Monac. Gu. 2. 3. 4* aereos *Gu. 1 (ut videtur)* || 2 ardulo *Gu. 1* || disscripta *Gu. 2* || 3 pruriara *Gu. 2* pruxiaca *al.* || 4 increpuit *al.* || 5 Catullus] *Carm. 1 1 sq.* || 9 caudicibus *Arevalus:* codicibus *Monac. Gu. 2* || 10 quasi caudex *seclusit O. Iahnius* || ex se *Gu. 1* || 11 conteneat *Monac.* || 13 Virgilius] *ecl. X 67* || 14 si alta liber h. i. u. *in mg.* nec sic cum moriensti *Monac.* nec si cum moriens alta liber haeret in ulmo *Gu. 1* sic alta liber haeret in ulmo *vulgo* aret *e Verg. Arevalus* || 15 quia] quod *Gu. 2* || 16 membranarum *Monac. Gu. 1* || 18 librarios constat *vulgo* || 19 *βιβλίον scripsi:* biblium *Gu. 1* biblum *Monac.* || idem *scripsi:* id est *Monac. vulgo* iidem *Arevalus* || et *om. Gu. 1. 2* || 20 et noua et uetera scribunt *vulgo*

cabuli qualitate. instrumenta sunt scribendi calamus et penna. ex his enim uerba paginis infiguntur: sed calamus arboris est, penna aüis. dictus autem calamus quod liquorem ponat. nam apud nautas calare ponere dicitur. penna autem a pendendo uocata id est uolando. est enim ut diximus auium. folia autem librorum appellata siue ex similitudine foliorum arborum siue quia ex follibus fiunt id est ex pellibus quae de occisis pecudibus detrahi solent. cuius partes paginae dicuntur, eo quod sibi inuicem compaginantur. uersus autem uocati uulgo, quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra. a sinistra enim ad dexteram primum deducebant stilum, deinde conuertebantur ab inferiore et rursus ad dexteram uersus: ** quos hodieque rustici uersus appellant. scheda est, quod adhuc emendatur et necdum in libros redactum est, et nomen est graecum, sicut et tomus.

M. Tullius Tiro Ciceronis libertus, qui primus notas commentatus est, in Puteolano praedio usque ad centesimum annum consenescit *(a. 749)*. 105*

Vulgares notas Ennius primus mille et centum inuenit. notarum usus erat, ut quidquid pro contione aut in iudiciis diceretur librarii scriberent simul astantes diuisis inter se 106*

p. 134, 18. Comm. Cruq. Hor. art. poet. 354: Scriptor librarius] 'bibliopola, uti ueteres dicebant, quod et Tranquillus affirmat.' Acron i. h. l.: scriptor librarius] 'id est naturalis *(fortasse* antiquarius*)*, ita enim bibliopolas suos ueteres dicebant. hoc et Tranquillus affirmat.'

105* Hieronymus Ol. 193, 4. Vitae Ciceronis fragmentum esse Mommsenus et Rothius putaverunt.

106* Isidorus origg. I 21: 'De notis uulgaribus. Vulgares notas ... appellantur.' Suidas s. v. *Τράγκυλλος*: *Τράγκυλλος ὁ Σουητώνιος χρηματίσας γραμματικὸς Ῥωμαῖος ἔγραψε... περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων βιβλίον ά.*

---

1 sunt *supersc. Monac.* || scribae *vulgo* || 3 deponat *al.* || 4 deponere *al.* || 6 seu *vulgo* || 9 compingantur *vulgo* || 10 uulgo uocati *vulgo* || 12 ad inferiorem *al.* || et *om. Gu. 1, supersc. Monac.* || rursum *vulgo* || 13 quos] *omisit Isidorus non nulla* || et hodieque *Gu. 2* et hodie *Gu. 1 (ut videtur)* || 15 est nomen *vulgo* || thomus *Monac.* || 17 commentatus commentus *(Scal.)* || In hoc tempore notae inuentae sunt *B in mg.* || 20 contentione *Monac.* contentione *Gu. 1. 2* contione uel contentione *vulgo* || apud iudices *al.*

l. contione

partibus quot quisque uerba et quo ordine exciperet. Romae primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus est notas sed tantum praepositionum. post eum Vipsanius, Philargyrus et Aquila libertus Maecenatis alias addiderunt. denique Seneca contracto omnium digestoque et aucto numero opus effecit in quinque milia. notae autem dictae eo quod uerba uel syllabas praefixis characteribus notent et ad notitiam legentium reuocent; quas qui didicerunt, proprie iam notarii appellantur.

107* Notas etiam litterarum inter se ueteres faciebant, ut quidquid occulte inuicem per scripturas significare uellent mutuo scriberent. testis est Brutus, qui usus his litteris ea quae acturus erat notabat ignorantibus aliis quid sibi uel-

107* Isidorus origg. I 22: 'De notis iuridicis. Quaedam autem litterae in libris iuris uerborum suorum notae sunt, quo scriptio celeris breuiorque fiat. scribebatur autem uerbi gratia per b. f. bonum factum, per s. c. senatus consultum, per r. p. respublica, per p. r. populus Romanus, per d. t. duntaxat, per supinam m litteram mulier, per p. secundum naturam pupillus, per p. uerso capite pupilla, per unum k. caput, per duo k. iuncta calumniae causa, per i. e. iudex esto, per d. m. dolum malum. cuius generis plurimae consimiles notae in libris antiquis inueniuntur. has notas iuris nouicii imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per haec callidi ingenio ignorantes decipiebant, atque ita iusserunt scribendas in legibus litteras, ut nullos errores, nullas ambages afferant, sed et sequenda et uitanda aperte demonstrent.' 23: 'De notis militaribus. In breuiculis quoque, quibus militum nomina continebantur, propria nota erat apud ueteres, qua inspiceretur, quanti ex militibus superessent quantique in bello cecidissent. T tau nota in capite uersiculi posita superstitem designabat; Θ theta uero ad unius cuiusque defuncti nomen apponeba-

---

1 exceperit (i a) *Monac.* || 2 primus (tullius tiro) *Monac²* primus Tullius Tiro *vulgo* Tullius primus Tiro *Gu. 2* prius Tiro *Gu. 1* || 3 et (sed) *Monac.* || Vipsanius *Ovetensis* vi · ipsa. anius (sammius) *Monac.* dipsamnius *Gu. 1* uir sammius *(in ras.) Gu. 2* Tertius Persunnius *vulgo* || Philargyrus *Petrus diaconus p. 1581 P:* filagrius *Monac. vulgo* || 4 micenatis *Monac.* || alias *Gu. 2 al.* alius (a) *Monac.* alius alia *Gu. 1* || 5 contractu *Gu. 2* cum tractu *Gu. 1* contractus (l. contractas) *Monac.* || affecit opus *Gu. 1* || 7 ut ad notitiam *Gu. 2* ut notitiam *Gu. 1* || 11 si quid *vulgo* || per scripturas *Gu. 1 Monac.²* in scripturis *al.* scripturas *Monac.¹* scriptura *vulgo* || uelint *Gu. 2* || 12 mutuo *vulgo:* mutue *Gu. 1 al.* mute (vo.) *Monac.* || usus est his *Monac.¹* || in his *Gu. 1* in quibus his *Gu. 2* || 13 erat *supravers. Monac.* || uelint *Gu. 2*

Digitized by Google

lent hae litterae. Caesar quoque Augustus ad filium: 'quoniam, inquit, innumerabilia incidunt assidue quae scribi ad alterutrum oporteat et esse secreta, habeamus inter nos notas si uis tales, ut cum aliquid notis scribendum erit pro unaquaque littera scribamus sequentem hoc modo: pro a b, pro b c et deinceps eadem ratione ceteras; pro x autem littera redeundum erit ad duplex a.' quidam etiam uersis uerbis scribebant.

Notae XXI quae uersibus apponi consuerunt. 108*

— obelus. ※ asteriscus. ⁜ asteriscus cum obelo. > simplex ductus. ⩥ diple. ⩤ diple periestigmene. Ↄ antisigma. Ↄ antisigma cum puncto. ⸤ coronis. ⩤— diple obelismene.

tur. unde et habet per medium telum, id est mortis signum. de qua Persius ait: Et potis est nigrum uitio praefigere theta. cum autem imperitiam significare uellent, *A* lambda littera usi sunt, sicut mortem significabant, cum ponebant theta ad caput. in stipendiorum quoque largitione propriae erant notae.' 21: 'De notis litterarum. Notas etiam litterarum . . . scribebant.' 25: 'De notis digitorum. Sunt quaedam et digitorum notae, sunt et oculorum, quibus secum taciti proculque distantes collocuntur. sic mos est militaris, ut quotiens consentit exercitus quia uoce non potest manu promittat; alii quia uoce non possunt, gladiorum motu salutant. Ennius (*immo* Naeuius *cf. Paulus Festi s. v. adnictat*) de quadam impudica:

Quase in choró pila
ludéns datatim dát se et communém facit.
aliúm tenet, alii ádnutat, alibí manus
est óccupata, alií pede percellít pedem,
alii dat anulum áspectandum, isdem á labris
alium ínuocat cumque álio cantat, át tamen
alii dat digito lítteras.'

(e cod. Monac. et Ribbecki Naev. 4sqq. versuum restitutione). — Suetonius Aug. 88: 'Quotiens autem per notas scribit, *B* pro *A*, *C* pro *B* ac deinceps eadem ratione sequentis litteras ponit, pro X autem duplex *A*.'

108* Anecdotum Parisinum e cod. Parisino 7530 a. 780 exarato a Th. Mommseno descriptum, deinde a Th. Bergkio publici iuris factum in Zeitschrift für Alterthumsw. 1845 p. 85 sqq. Suetonio idem Bergkius vindicavit. — Isidorus origg. I 20: 'De notis scripturarum. Praeterea quaedam scripturarum notae apud celeberrimos auctores fuerunt, quas-

---

1 eae *vulgo* || filium] *cf. Weichert. Aug. rel. p. 155 fortasse* Liuiam *latet* || quoniam *Monac. Gu. 2. 3* quod *Gu. 4* quum *vulgo* || 2 incedunt *Gu. 3* accidant *al.* || scribi *Monac. vulgo* scribere *Gu. 1* || ad alterutrum *vulgo:* alterutrum *Monac. Gu. 1. 2. 3. 4* || 3 oportet *vulgo* || et *super vers. Monac., om. Gu. 2. 3. 4* || secretas *Gu. 4* || habeamus ergo inter nos *vulgo* inter nos habeamus *Gu. 1* || 4 cumque *Gu. 1* || nobis *Gu. 3* || 5 hoc modo *om. Gu. 4* || 7 ad duplex a a redeundum erit *Gu. 1* || etiam] autem *Gu. 2* || uersis *om. Gu. 2* || 8 scribunt *al.* || 10 sqq. *figuras in codice falsc pictas correxi*

Digitized by Google

⩤ auersa obelismene. ⁂ ceraunion. ÷ obelus adpunctus. —< obelus cum auersa. ⩾ diple superne obelata. ⩾⩽ recta et auersa superne obelatae. ⸙ chi et ro. ⸓ fi et ro. ⎰ ancora superior. ⎱ ancora inferior. alogus.

His solis in adnotationibus Ennii Lucilii et historicorum usi sunt Varguntеius Ennius Aeliusque et postremo Probus, qui illas in Virgilio et Horatio et Lucretio apposuit ut Homero Aristarchus.

— obelus uersibus apponitur hac causa. Pisistratus quondam Atheniensium tyrannus inordinata et confusa adhuc poesi Homeri praemio sollicitare proposuit eos qui eam ordinarent iisque praemii nomine in singulos uersus singulos obolos constituit. mercede multi inducti pauperes, quibus ingenium affluebat, quoniam aut inuenire aut disponere (ut) debebat non poterant, fingendo plurimos uersus operis nobilitatem corruperunt. unde euenit, ut postea prudentiores uiri, quorum summus in hac re fuit Aristarchus, quotiens inprobarent uersus quasi aut malos aut non Homericos, obelum potissime notandum existimarent. nam et ipsius Homeri proprios sed non eo dignos eadem hac nota condemnarunt.

que antiquis ad distinctionem scripturarum carminibus et historiis adposuerunt. nota est figura propria in litterae modum posita ad demonstrandam unamquamque uerbi sententiarumque ac uersuum rationem. notae autem uersibus apponuntur numero uiginti sex, quae sunt nominibus infra scriptis. Asteriscus *(figuras ubi differre non poterant omisi)* adponitur in his, quae omissa sunt, ut inluciscant per eam notam quae deesse uidentur. stella enim ἀστὴρ dicitur Graeco sermone, a quo asteriscus deriuatus. Obelus id est uirgula iacens apponitur in uerbis uel in sententiis superflue iteratis seu in his locis, ubi lectio aliqua falsitate notata est, ut quasi sagitta iugulet superuacua atque falsa confodiat. sagitta enim graece ὀβελὸς dicitur. Obelus superne adpunctus ponitur in his de quibus dubitatur utrum tolli debeant necne. ÷ Lemniscus id est uirgula inter geminos punctos iacens apponitur in his locis, quae sacrae scripturae interpretes eodem sensu sed diuersis sermonibus transtulerunt. ŷ Antigraphus cum puncto adponitur, ubi in translationibus diuersus sensus habetur. Asteriscus cum obelo. hoc proprie Aristarchus utebatur in his uersibus qui non suo loco positi erant. ⌐ Paragraphus ponitur ad separandas res a rebus quae in conexu con-

Φ

2 superobelata *P* || 3 obelata *P* || fi *P* || anchora *P* (*sic semper*) || *alogi nota intercidit* || 5 hennii *P* || Lucilii *Bergkius:* lucii *P* || 6 Varguntеius *Bergkius:* uarros hennius *P* || Aeliusque *scripsi:* haelius aequae P Laelius Archelaus *coni. Bergkius* || 11 qui eam *scripsi:* quia *P* || ordinarent *scripsi:* ordinassent *P* || 13 obelos *P* || 15 ut *addidi* || 18 inprobaret *P* || 19 exhistimaret *P* || 20 et *P*

Digitized by Google

※ asteriscum Aristophanes apponebat illis locis quibus sensus deesset, Aristarchus autem ad eos (uersus), qui hoc puta loco (recte) positi erant, cum aliis scilicet non recte ponerentur. item Probus et antiqui nostri.

※— asteriscus cum obelo propria nota est Aristarchi. utebatur autem ea in his uersibus, qui non suo loco positi erant. item antiqui nostri et Probus.

> simplex ductus inter uersus ponebatur ad separandas res a rebus quae in conexu concurrerent, quemadmodum (in) catalogo, cum loca a locis aut (regiones a) regionibus, et in agone, (cum) praemia a praemiis, certamina a diuersis certaminibus separantur.

> diplen aperisticton primus Leogoras Syracusanus apposuit Homericis uersibus ad separationem Olympi a caelo, proprie Olympum ab eo pro monte positum adnotans, nusquam pro caelo, quod saepe *οὐρανὸν εὐρὺν* dicat et *μακρὸν Ὄλυμπον*, neque e contrario epitheta permutet. ponebat autem tam ad montis significationes quam ad caeli: utrimque manifestatur uoluntas eius. usus est ea in multis Aristarchus, nunc ea quae praeter consuetudinem tam uitae nostrae quam

currunt, quemadmodum in catalogo loca a locis et regiones a regionibus, in agone praemia a praemiis, certamina a diuersis certaminibus separantur. ⌉ Positurae figura paragrapho contraria et ideo sic formata quia sicut ille principia notat, ita ista fines a principiis separat. ʊ Cryphia circuli pars inferior cum puncto ponitur in his locis ubi quaestio dura et obscura aperiri uel solui non potuit. Antisigma ponitur ad eos uersus, quorum ordo permutandus est. sic et in antiquis auctoribus positum inuenimus. Antisigma cum puncto ponitur in his locis ubi in eodem sensu duplices uersus sunt, et dubitatur qui potius eligendus sit. Diple. hanc scriptores nostri adponunt in libris ecclesiasticorum uirorum ad separanda uel ad demonstranda testimonia scripturarum sacrarum. > Diple peri stigmen. hanc primus Leogoras Syracusanus posuit Homericis uersibus ad separationem Olympi a caelo. Diple periestigmene id est cum geminis punctis. hanc antiqui in his adponebant, quae Zenodotus Ephesius non recte adiecerat aut detraxerat aut permutauerat. in his et nostri ea usi sunt. Diple obelismene in-

1 aristofanes *P* || 2 in hoc *P* || uersus *addidi* || 3 recte *addidi* || 6 utebantur *P* || 9 concurrerent *scripsi:* currerent *P* || quemammodum *P* || 10 in *addidi* || regiones a *addidi* || 11 cum *addidi* || a diuersis *scripsi:* aduersis *P* || 12 separant *P* || 13 Leagoras *P* || 14 coelo *P* || 16 prae celo *P* || *ευρυν P* || 17 permutet *scripsi:* permutat *P* || 18 utrimque *scripsi:* utrumque *P* || 19 est ea *scripsi:* et *P*

Digitized by Google

ipsius poetae apud eum inuenirentur adnotans, nunc proprias ipsius figuras, interdum ea in quibus copiosus est, rursus quae semel apud eum ponerentur. similiter in nostris auctoribus Probus.

⩾ diple periestigmene apponebatur, quae Zenodotus Ephesius non recte adiecerat aut detraxerat aut permutauerat. † in his et nostri ea usi sunt.

ↄ antisigma ponebatur ad eos uersus quorum ordo permutandus erat. sic et in nostris auctoribus inuenitur.

ↄ̇ antisigma cum puncto ponebatur, cum eiusdem sensus uersus duplices essent et dubitaretur, qui potius legendi. sic et apud nostros.

⸗ coronis tantum in fine libri posita inuenitur.

⁂ ceraunium ponitur, quotiens multi uersus inprobantur, ne per singulos obelentur.

⪡ auersa obelismene in ore ponitur, quae ad aliquid respiciunt ut 'nosne tibi fluxas Phrygiae'.

⨪ obelus cum puncto ad ea de quibus dubitatur tolli debeant necne.

⩾— diple obelismene ad separandas in comoediis et tragoediis periodos.

—⩽ auersa obelismene, quotiens strophe (et) antistrophos infertur.

⩾̄ diple superne obelata ponitur ad condicionem locorum uel personarum uel temporum mutatam.

⩾̄ ⩽̄ recta et auersa superne obelatae ponuntur † cum eadem significant similemque sequentem esse.

terponitur ad separandas in comoediis uel tragoediis periodos. Auersa obelismene quotiens strophe et antistrophus infertur. Auersa cum obelo ad ea ponitur quae ad aliquid respiciunt ut 'Nosne tibi fluxas Phrygiae res uertere fundo Conamur? nos? an miseros qui Troas Achiuis Obiecit? Diple superne obelata ponitur ad conditiones locorum ac temporum. Recta et auersa superne obelata ponitur finita loco suo monade, significatque similem sequentem quoque esse. Ceraunium ponitur quotiens multi uersus inprobantur nec per singulos obelantur. ceraunium enim fulmen dicitur. *(chi et ro)*. Chresimon. haec sola ex uoluntate unius cuiusque ad aliquod notandum ponitur. Phi et ro id est phrontis. haec

12 tantum *scripsi:* autem *P* || 16 nosne] *Verg. Aen. X* 55 || nosne tibi fluxas Phrygiae *scripsi e Verg. l. c.:* nos. te. tibi. fluxas frygiae *P* || 19 strofe *P* || et *addidi* || antistrofos *P* || 25 cum eadem significant similemque sequentem *corrupta sunt. cf. Isidorus l. c.:* 'finita loco suo monade significatque similem sequentem quoque esse.'

Digitized by Google

⁂ chi et ro. haec sola ex uoluntate uniuscuiusque ad aliquid adnotandum ponitur.

⁂ fi et ro. haec apponuntur quotiens uel emendatio uel (sensus) eius uersus sollicitius est inspiciendus.

⌈ ancora superior ad aliquod praecipue dictum.

⌊ ancora inferior ad humilius uel inconuenientius quid enuntiatum.

Notae simplices.

⩾ bis dictum. Ↄ alienus uersus. F metaphrasis latina. Φ metaphrasis graeca. M malum metrum aut *ἀπρεπές*. *Π* contra historiam. Θ superuacuus. ⫠ repugnans. H⁂ recte positus et pugnanti contrarius. — propositum sine consequenti. ⫠ consequens sine praeposito. ⩾ alienus et superuacuus. Φ⌉ Φ⌉ graeca metaphrasis et bis dictum et repugnans. ΦP graeca metaphrasis et repugnans. ΦF metaphrasis graeca et latina.

ubi aliquid obscuritatis est ob sollicitudinem ponitur. Ancora superior ponitur ubi aliqua res magna omnino est. Ancora inferior ubi aliquid uilissime uel inconuenientius denuntiatum est. Coronis nota tantum in fine libri adponitur. ⌊ alogus nota; quae ad mendas adhibetur. Fiunt et aliae notulae librorum pro agnoscendis his quae per extremitates paginarum exponuntur, ut, ubi lector in limine huiusmodi signum inuenerit, ad textum recurrens eiusdem sermonis uel uersiculi sciat esse expositionem, cuius similem superiacentem notam inuenerit.'

---

1 ex uoluntate *scripsi*: uix ad uoluntatem *P* ‖ 4 sensus *addidi* ‖ 8 NOTAE. SIMPLICES ‖ 9 metafrasis *P (sic semper)* ‖ 10 apraepes *P* ‖ 15 greca *P (sic postea)* ‖ 16 latina F. de notis probianis. EXPL NOTAE. *P*

EPIMETRI LOCO V COMMENTA GRAECA DE NOTIS ARISTARCHI ADPOSVI

ANECDOTVM ROMANVM
AB OSANNO GISSAE MDCCCLI EDITVM

Τὰ παρατιθέμενα τοῖς Ὁμηρικοῖς στίχοις Ἀριστάρχεια σημεῖα ἀναγκαῖον γνῶναι τοὺς ἐντυγχάνοντας.

I.

Διπλῆ ἀπερίστικτος	⩾
Διπλῆ περιεστιγμένη	⁘
Ὀβελός	—
Ἀστερίσκος καθ' ἑαυτόν	⁂

Digitized by Google

Ἀστερίσκος μετὰ ὀβελοῦ	※—
Ἀντίσιγμα	Ↄ
Ἀντίσιγμα περιεστιγμένον	Ↄ·
Κεραύνιον	⊤

> ἡ μὲν οὖν διπλῆ ἀπερίστικτος παρατίθεται πρὸς τοὺς γλωσσογράφους ἢ ἑτεροδόξους ἐκδεξαμένους τὰ τοῦ ποιητοῦ καὶ μὴ καλῶς· ἢ πρὸς τὰς ἅπαξ εἰρημένας λέξεις, ἢ πρὸς τὰ ἐναντία καὶ μαχόμενα, καὶ ἕτερα σχήματα πάμπολλα καὶ ζητήματα.

※ [1]) ἡ δὲ περιεστιγμένη διπλῆ πρὸς τὰς γραφὰς τὰς Ζηνοδοτείους καὶ Κράτητος καὶ αὐτοῦ Ἀριστάρχου καὶ τὰς διορθώσεις αὐτοῦ.

— ὁ δὲ ὀβελὸς πρὸς τὰ ἀθετούμενα ἐπὶ τοῦ ποιητοῦ, ἤγουν νενοθευμένα ἢ ὑποβεβλημένα.

※ ὁ δὲ ἀστερίσκος καθ' ἑαυτόν, ὡς καλῶς [2]) εἰρημένων τῶν ἐπῶν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, ἔνθα ἐστὶν ἀστερίσκος μόνος.

※— ὁ δὲ ἀστερίσκος μετὰ ὀβελοῦ, ὡς ὄντα μὲν τὰ ἔπη τοῦ ποιητοῦ, μὴ καλῶς δὲ κείμενα ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, ἀλλ' ἐν ἄλλῳ.

Ↄ τὸ δὲ ἀντίσιγμα καθ' ἑαυτό, πρὸς τοὺς ἐνηλλαγμένους τόπους καὶ ἀπάδοντας.

Ↄ· τὸ δὲ ἀντίσιγμα περιεστιγμένον παρατίθεται, ὅταν ταυτολογῇ [3]) καὶ τὴν αὐτὴν διάνοιαν δεύτερον λέγῃ.

⊤ τὸ δὲ κεραύνιον· ἐστὶ μὲν τῶν σπανίως παρατιθεμένων, δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὸ πολλὰς ζητήσεις πρὸς ταῖς προειρημέναις.

Τούτων δ' ἁπάντων τῶν σημείων ἀκριβέστερα γνῶσις ἐν τοῖς [4]) βιβλίοις τῶν συγγραψαμένων περὶ τούτων· καὶ εἰς ὠφέλειαν [5]) ἐπιζήτει παρὰ τῶν τεχνιτῶν.

II.

> τῇ διπλῇ χρῆται Ἀρίσταρχος πρὸς ἱστορίαν σχηματισμοὺς καὶ ἑτέρας ποικίλας χρείας·

⊱ τῇ δὲ περιεστιγμένῃ πρὸς Ζηνόδοτον τὸν διορθωτήν·

— τῷ δὲ ὀβελῷ πρὸς ἀθέτησιν·

※— ἀστερίσκῳ δὲ σὺν ὀβελῷ πρὸς τὸ εἶναι μὲν τοὺς στίχους Ὁμήρου, κεῖσθαι δὲ ἐν ἄλλῳ τόπῳ καλῶς· οἷς καὶ ἀστερίσκος μόνος παράκειται·

Ↄ. τῷ δὲ ἀντίσιγμα καὶ τῇ στιγμῇ, ὅταν δύο ὦσι διάνοιαι τὸ αὐτὸ σημαινούσαι, τοῦ ποιητοῦ γεγραφότος ἀμφοτέρας, ὅπως τὴν ἑτέραν ἕληται· τῷ δὲ χρόνῳ καὶ αἱ δύο εὑρέθησαν οὐκ ὀρθῶς ἔχουσαι.

※ τῷ δὲ ἀστερίσκῳ μόνῳ χρῆται πρὸς τοὺς αὐτοὺς στίχους, οἳ κεῖν-

Digitized by Google

ται ἐν ἄλλοις μέρεσιν τῆς ποιήσεως, καὶ ὀρθῶς ἔχοντες φέρονται, σημαίνων ὅτι οὗτοι καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηνται.

ANECDOTVM VENETVM

A SIEBENKEESIO IN BIBL. GOTT. ET VILLOISONO IN PROLEGG. EDITVM

Ταῦτα εὕρηται ἔν τινι παλαιῷ βιβλίῳ.

Τοῖς παρ' Ὁμήρῳ στίχοις σημεῖα παράκειται τάδε· διπλῆ καθαρά ≻ · διπλῆ περιεστιγμένη ≻̇ ὀβελός — · ὀβελὸς σὺν ἀστερίσκῳ — ※ · ἀντίσιγμα Ↄ · κεραία[6]) · ᾱ τοῦ ᾱ ·/· · ῱ πλάγιον Ↄ.

Ἡ μὲν οὖν[7]) διπλῆ καθαρὰ ≻ παράκειται

≻ πρὸς τὴν ἅπαξ εἰρημένην λέξιν.

≻ πρὸς τὴν τοῦ ποιητοῦ συνήθειαν·

≻ πρὸς τοὺς λέγοντας, μὴ εἶναι τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν·

≻ πρὸς τὰς τῶν παλαιῶν ἱστορίας·

≻ πρὸς τὰς τῶν νέων ἐκδοχάς·

≻ πρὸς τὴν Ἀττικὴν σύνταξιν·

≻ πρὸς τὴν πολύσημον λέξιν.

Πρὸς μὲν οὖν τὴν ἅπαξ εἰρημένην λέξιν· ≻ Μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τὸ ΚΡΗΓΥΟΝ εἶπες[8])· ἅπαξ γὰρ εἴρηται. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν σημείων ὡσαύτως[9]) ἃ δεῖ τιθέναι.

Ἐν ἄλλῳ οὕτως.

Τὰ παρατιθέμενα τοῖς Ὁμηρικοῖς στίχοις σημεῖα ἀναγκαῖον γνῶναι τοὺς ἐντυγχάνοντας· εἰσὶ δὲ ταῦτα.

≻ διπλῆ ἀπερίστικτος ≻

≻̇ διπλῆ περιεστιγμένη ≻

— ὀβελός —

— ※ ὀβελὸς μετὰ ἀστερίσκου — ※

※ ἀστερίσκος καθ' ἑαυτόν ※

Ↄ ἀντίσιγμα ἄστικτον Ↄ

Ↄ · ἀντίσιγμα περιεστιγμένον Ↄ

Ἡ μὲν οὖν ἀπερίστικτος διπλῆ ≻ τίθεται

≻ πρὸς ἱστορίας καὶ σχηματίσμους καὶ ἑτέρας ποικίλας χρείας, καὶ πρὸς τὰς ἅπαξ εἰρημένας λέξεις, καὶ πρὸς τὰ ἐναντία καὶ μαχόμενα τῶν νοημάτων·

≻̇ ἡ δὲ περιεστιγμένη διπλῆ ≻̇ πρὸς τὰς Ζηνοδότου καὶ Κράτητος γραφὰς καὶ αὐτοῦ Ἀριστάρχου·

— ὁ δὲ ὀβελὸς — πρὸς τὰ νόθα καὶ ἀθετούμενα·

Digitized by Google

—※ ὁ δὲ μετὰ ὀβελοῦ ἀστερίσκος, ἔνθα εἰσὶ μὲν τὰ ἔπη τοῦ ποιητοῦ, οὐ καλῶς δὲ κεῖνται, ἀλλ' ἐν ἄλλῳ —※

※ ὁ δὲ καθ' ἑαυτὸν ἀστερίσκος, ἔνθα καλῶς εἴρηνται τὰ ἔπη ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, ἔνθα κεῖνται ※

Ↄ τὸ δὲ καθ' ἑαυτὸ ἀντίσιγμα πρὸς τοὺς ἐνηλλαγμένους τόπους καὶ μὴ συνᾴδοντας, Ↄ.

Ↄ· τὸ δὲ περιεστιγμένον ἀντίσιγμα, ὅταν ταυτολογῇ καὶ τὴν αὐτὴν διάνοιαν δεύτερον λέγῃ Ↄ· .

Ἰστέον ὅτι αἱ ῥαψῳδίαι Ὁμήρου παρὰ τῶν παλαιῶν κατὰ συνάφειαν ἠνῶντο [10]), κορωνίδι μόνῃ διαστελλόμεναι, ἄλλῳ δὲ οὐδενί· τῆς δὲ κορωνίδος τοῦτό ἐστι τὸ σημεῖον ⳾· λέγεται δὲ ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἐν τοῖς πλοίοις ἀνακεκαμμένης κορωνίδος ⳾.

ANECDOTVM HARLEIANVM
A CRAMERO IN ANECD. PARIS. EDITVM

Περὶ τῶν παρ' Ἀριστάρχου σημείων παρατιθεμένων τῷ Ὁμήρῳ.

— Ὀβελός.

⩾ Διπλῆ ἀπερίστικτος.

⩾̇ Διπλῆ περιεστιγμένη.

✻ Ἀστερίσκος.

✻ — Ἀστερίσκος μετὰ ὀβελοῦ.

Ↄ Ἀντίσιγμα.

•• Δύο στιγμαί.

— Ὁ μὲν δὴ ὀβελὸς παρατίθεται πρὸς ἀθέτησιν [11])· ἡ δὲ ἀπερίστικτος διπλῆ ⁂ [12]) πρὸς τὰς Ζηνοδοτείους μεταγραφάς· ὁ δὲ ἀστερίσκος πρὸς τὰ Ὁμήρου ἔπη τὰ καλῶς κείμενα· ὁ δὲ ἀστερίσκος μετὰ ὀβελοῦ, ὁπότ' ἂν τὰ ἔπη Ὁμήρου μὲν ᾖ διὰ τοῦ ἀστερίσκου δηλούμενα, ἀκαίρως δὲ κείμενα διὰ τοῦ ὀβελοῦ δηλούμενα.

Τὸ δὲ ἀντίσιγμα καὶ αἱ δύο στιγμαί, ὅταν κατὰ τὸ ἑξῆς δὶς ᾖ τὸ αὐτὸ νόημα κείμενον· καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ προτέρου τίθεται τὸ ἀντίσιγμα, ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου αἱ δύο στιγμαί.

---

[1]) Nota falsa est. [2]) καλῶς Osannus: κακῶς cod. [3]) ταυτολογεῖ cod. [4]) ἀκριβεστ * * * * cod. [5]) εἰς ὠφέλειαν Osannus: εἴσοιφιλαν cod. [6]) κεραία Tychsenius: κερεα cod. [7]) οὖν om. Siebenk. [8]) Iliad. α, 106. [9]) ὡσαύτως Villois.: ὡς αὐτοῦ Siebenk. (cod.) [10]) ἠνῶντο Osannus: αὐδῶντο cod. [11]) ἀθαίτησιν cod. [12]) lacunam signavit Osannus.

Digitized by Google

PRATORVM RELIQVIAE

Digitized by Google

PRATORVM LIBRI

I—VIII

[ΠΕΙ ΡΩΜΗΣ]

I · II · III

Tranquillus TRIVMPHVM latine dicit potius appellatum, 109
quod is qui triumphans urbem ingrederetur tripertito iudicio

109 Isidorus origg. XVIII 2, 3: 'Tropaeum dictum *ἀπὸ τῆς τροπῆς* id est a conuersione hostis et fuga. nam ab eo quod hostem quis fugasset merebatur tropaeum, quod occidisset triumphum, qui dictus *ἀπὸ τῆς θριάμβης* id est ab exultatione. plenae enim uictoriae triumphus debetur, semiplenae tropaeum, quia nondum plenam est uictoriam consecutus. non enim obtinuit sed exercitum fugauit. haec tamen nomina scriptores confundunt *(cf. Servius infra)*. Tranquillus autem triumphum...populum.' 4: 'Erat autem Romanorum mos, ut triumphantes quadrigis uecherentur, ex illo quod soliti sint priores duces hoc habitu bella inire. quicumque autem in conflictu uicissent palma aurea coronabantur, quia palma stimulos habet. qui uero sine conflictu fugientem prostrasset, laurea eo quod arbor haec sine spinis est.' 5: 'Namque et purpuream et palmatam togam triumphantes induebantur et scipionem cum sceptro in manu gerebant ad imitationem uictoriae Scipionis, licet et scipio baculus sit quo homines innituntur. unde et ille primus Cornelius Scipio appellatus est, quia in foro pater eius caecus innixus eo ambulabat. super scipionem autem aquila supersedebat, ob indicium quod per uictoriam quasi ad supernam magnitudinem accederent.' Zonaras ann. XII 32 tom. II p. 618 sq.: *Ἐνταῦθα δηλωθῆναι καλόν, ὅθεν τὸ τοῦ θριάμβου ἐξείληπται ὄνομα. φασὶν οὖν κληθῆναι τοῦτον ἐκ τῶν θρίων, ἃ ἐστι τὰ τῆς συκῆς φύλλα. πρὸ γὰρ τοῦ τὰ προσωπεῖα ἐπινοηθῆναι τοῖς σκηνικοῖς, συκῆς φύλλοις τὰ ἑαυτῶν καλύπτοντες πρόσωπα δι' ἰάμβων ἐποιοῦντο τὰ σκώμματα· καὶ οἱ στρατιῶται δὲ ἐν ταῖς ἐπινικίοις πομπαῖς φύλλα συκῆς ταῖς ἑαυτῶν ἐπάγοντες ὄψεσιν εἰς τοὺς τὰς πομπὰς ποιοῦντας ἀπέσκωπτον· κἀντεῦθεν ὀνομασθῆναι νομίζεται θριάμβους τὰς ἐπινικίους πομπάς. ἕτεροι δέ φασιν ὀνομασθῆναι τὸν θρίαμβον, ὅτι ἐκ τριῶν οἳ τὴν πομπὴν πληροῦντες συνίσταντο τάξεων, τῆς συγκλήτου τοῦ δήμου καὶ τῶν στρατιωτῶν, καὶ ἐκ τοῦ βαίνειν ὁμοῦ τὰς τάξεις τὰς τρεῖς τριαμβόν τινα κληθῆναι, ἀντὶ δὲ τοῦ τ τὸ θ παραληφθῆναι διὰ τὸ εὐφωνότερον.* Varro L. L. VI 68: 'Triumphare appellatum, quod cum imperatore

Digitized by Google

honoraretur. nam primum de triumpho duci concedendo exercitum iudicare solitum erat secundo senatum tertio populum.

110 Homo REBELLIS dicitur, res ipsa REBELLIO non rebellatio.

IIII—V

[*περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ νομίμων καὶ ἠθῶν βιβλία β΄*]

IIII

111 PLAETORIA quae uetat minorem annis uiginti quinque stipulari.

V

112 REX qui uocabat ad CAENAM, si sibi ea res exhibenda

milites redeuntes clamitant per urbem in capitolium eunti: Io triumphe. id a *θριάμβῳ* Graeco Liberi cognomento potest dictum.' Servius Aen. X 775: Tropaeum] 'tropaeum dictum est *ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι* id est ab hostium conuersione, unde qui hostem fugasset merebatur tropaeum: qui autem occidisset, triumphum, *ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν* i. e. ab exultatione.'

110 Servius Aen. XII 185: Rebelles] 'homo ... rebellatio. sic Suetonius.'

111 Priscianus VIII 14: 'alia uero, quae similiter eandem terminationem habentia nec ab actiuis nata unam dumtaxat habent significationem sed non omnia eandem, haec deponentia uocamus, cum quaedam actiuam uim possident.' ... 15: 'ex his multa antiqui tam actiua quam passiua significatione protulisse inueniuntur et maxime ea quae apud Graecos actiua habentur et passiua.' ... 'haec plerique deponentia esse confirmant ideo quia frequens usus eorum significationis est actiuae; communia uero esse defendit cum natura ipsius sensus, tum ueterum non improbanda auctoritas, a qua quae potuimus a diuersis colligere libris exempla proferemus.' ..... 21 I p. 387 H.: 'stipulor. in quo illud quoque est obseruandum, quod actiua significatione quomodo passiua ablatiuo coniungitur: stipulor a te pro interrogo te et interrogor a te, quomodo dicimus quaero a te pro interrogo te, quamuis sit actiuum. Iuuenalis in III: Quantum uis stipulare et protinus accipe, quid do, | ut toticns illum pater audiat; subauditur: a me stipulare. ecce hic actiue, Suetonius autem passiue protulit in IIII pratorum (praetorum *Prisciani libri*, pratorum *Bährius*): Laetoria ... stipulari, *ἐπερωτᾶσθαι*.' Priscianus XVIII 149 II p. 275 H.: 'Suetonius in IIII pratorum (*sic Vossianus, Paris. 7496, Leidensis:* praetorum *reliqui*) minor uiginti quinque annorum stipulari non potest passiue dixit.' De re cf. Savinius Vermischte Schriften II p. 350sq.

112 Charisius p. 190 K.: 'C. Iulius Romanus ita refert de aduerbio sub titulo *ἀφορμῶν*.' deinde idem p. 200: 'Isto uilius. rex ... respondebat, ut Tranquillus refert, Isto uilius; hoc est, erit caena.'

---

4 reuellis *Paris. 7959* || 6 Plaetoria *scripsi:* Laetoria *Prisciani libri* || uigenti *Sangallensis*

Digitized by Google

indiceretur quam exhibere non posset, respondebat: 'isto uilius' hoc est 'erit caena.'

VI · VII

VIII

[*περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ βιβλίον α΄.*]

DIES est solis praesentia. gemine appellari solet: prop- 113*
rie a solis exortu, donec rursus oriatur, abusiue a solis ortu

113* Isidorus de natura rerum ed. Becker. I: 'De diebus.' 1. 2: 'dies est solis orientis praesentia, quousque ad occasum perueniat. dies gemine ... finiri.' Geminus isagog. in phaenom. 5 p. 22: *Ἡμέρα λέγεται διχῶς· καθ' ἕνα μὲν τρόπον χρόνος ὁ ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου μέχρι*

In reliquiis Suetonianis quae apud Isidorum de natura rerum extant recensendis usus sum subsidiis hisce: A = Bambergensis H. I. IV 17 (786 Iaeck.) s. VIIII, B = Bambergensis H. I. IV 15 (787 Iaeck.) s. VIII. utrumque librum totum ipse ante editum a Beckero Isidorum contuli. unde intellexi Beckerum diligentissima sua conlatione pauca in adferenda scriptura emendanda mihi reliquisse. deinde nonnullis locis e Rothi conlatione (cf. Becker.) scripturas attuli ex his codicibus petitas: C = Basileensis F III 15ᵃ s. VIII vel VIIII, D = Basileensis F III 15ᶠ s. VIIII, E = Basileensis F III 15ᵏ s. VIIII, F = Bernensis 224 s. X, H = Bernensis 417 s. VIIII K = Bernensis 219ᵇ; e Halmi conlatione (cf. eundem Becker.) Mon. I s. VIII et Mon. II s. X. tum modo Rothi et O. Ribbecki qui in meum usum contulit modo sola Ribbecki accuratissima conlatione usus scripturas attuli G = Bernensis 249 s. X, e sola Ribbecki vero fide codicis Bernensis 610 s. X = M. item aliquot locorum Lerschianam (cf. Becker.) conlationem adhibui codicis Bruxellani 9313 = L, Iac. Gronovi vero conlatione Bodleiani = O.

1 respondebat *scripsi:* R *Neapolitanus* respondit *vulgo* erat moris respondere *Casaubonus in Sueton. ed. alt. h. l. legebat enim:* id est, non responderet || isto uilius; hoc est erit coena *Bentleius in Terent. adelph. V 9, 24:* isto uilius hominis erit caena *Neapolitanus* isto uilius hodie nobis coena erit *Casaubonus l. c.* isto uilius erit hodie coena *Palmerius spicil. (Gruter. lamp. IIII p. 793)* isto uilius domini erit coena *Scriverius apud Burmannum in Sueton. II p. 419* || 3 Dies est solis praesentia *Isidorus origg. V 30, 1:* dies est solis orientis *(sic!)* praesentia quousque ad occasum perueniat. dies *Isidorus h. l.* || gemina *G* || apellari *BG* || 4 a *om. G* || ortum B^1 ortu B^2M || a *om. G*

Digitized by Google

usquequo ueniat ad occasum. spatia diei duo sunt interdianum et nocturnum, et est dies horarum XXIIII spatium au-

δύσεως· καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἡμέρα λέγεται χρόνος ὁ ἀφ' ἡλίου ἀνατολῆς μέχρις ἡλίου αὖθις ἀνατολῆς. ἔστι δὲ ἡμέρα κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον τοῦ κόσμου περιστροφὴ καὶ τῆς περιφερείας ἣν ὁ ἥλιος μεταβαίνει ὑπεναντίως κινούμενος τῷ κόσμῳ ἐν τῇ περιστροφῇ τοῦ κόσμου . . . . . κατὰ δὲ τὸν δεύτερον τρόπον τῆς διαιρέσεως τῶν ἡμερῶν τὸν μὲν μῆνα λέγομεν εἶναι ἡμερῶν λ', τὸν δὲ ἐνιαυτὸν ἡμερῶν τξε$\frac{\alpha}{\delta}$. ἔστι δὲ τὸ συναμφότερον νὺξ καὶ ἡμέρα χρόνος ὡρῶν κδ', ἰσημερινὴ δὲ ὥρα τὸ $\frac{\alpha}{\kappa\delta}$ μέρος τοῦ χρόνου τοῦ συναγομένου ἐκ νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Hyginus P. A. IIII 19: 'Diem nobis definierunt, quamdiu sol ab exortu ad occasum perueniat.' Censorinus 23, 1. 2: 'Superest pauca de die dicere qui ut mensis et annus partim naturalis partim ciuilis est. naturalis dies est tempus ab exoriente sole ad solis occasum, cuius contrarium tempus est nox ab occasu solis ad exortum. ciuilis autem dies uocatur tempus quod fit uno caeli circumactu, quo dies uerus et nox continetur, ut cum dicimus aliquem dies XXX tantum uixisse: relinquitur enim etiam noctes intellegere.' Servius Aen. V 738: 'dies est plenus, qui habet horas uiginti quattuor. nam et nox pars diei est. dicimus autem diem a parte meliore.' — Varro L. L. VI 4: 'Duo motus *solis: alter cum caelo, quo ab oriente ad* occasum uenit, quo tempus id ab hoc deo dies appellatur.' — Censorinus 23, 6 sqq.: 'in horas XII diuisum esse diem noctemque in totidem uulgo notum est: sed hoc credo Romae post reperta solaria obseruatum. quorum antiquissimum quod fuerit inuentu difficile est: alii enim apud aedem Quirini primum statutum dicunt, alii in Capitolio, nonnulli ad aedem Dianae in Auentino. illud satis constat, nullum in foro prius fuisse quam id quod M. Valerius ex Sicilia aduectum ad rostra in columna posuit. quod cum ad clima Siciliae descriptum ad horas Romae non conueniret, L. Philippus censor aliud iuxta constituit. deinde aliquanto post P. Cornelius Nasica censor ex aqua fecit horarium, quod et ipsum ex consuetudine noscendi a sole horas solarium coeptum uocari. horarum nomen non minus annos trecentos Romae ignoratum esse credibile est: nam XII tabulis nusquam nominatas horas inuenies ut in aliis postea legibus, sed ante meridiem, eo uidelicet quod partes diei bifariam tum diuisi meridies discernebat. alii diem quadripartito, sed et noctem similiter diuidebant. idque consuetudo testatur militaris, ubi dicitur uigilia prima, item secunda et tertia et quarta.' De solario cf. Varro L. L. l. c.: 'Solarium dictum id in quo horae in sole inspiciebantur, quod Cornelius in basilica Aemilia et Fuluia inumbrauit.' Plinius N. H. VII 212 sqq.: 'serius etiam hoc *(ut horae observarentur)* Romae contigit. duodecim tabulis ortus tantum et occasus nominantur, post aliquot annos adiectus est et meridies, accensu consulum id pronuntiante, cum a curia inter Rostra et Graecostasim prospexisset solem, a columna Maenia ad carcerem inclinato sidere supremam pronuntiauit, sed hoc serenis tantum diebus, usque ad primum Punicum bellum. princeps Romanis solarium horologium statuisse ante duodecim annos quam cum Pyrro bellatum est ad aedem Quirini L. Papirius Cursor, cum eam dedicaret a patre suo uotam, a Fabio Vestale proditur. sed neque facti horologi rationem

---

1 quousq: *M* || ueni& B^1 || hoccasum A^1 || spacia *A (et sic semper)* || interdianum *GM* interdiurnum *AB* || 2 orarum AB^1 || XXIIII, spatium autem horarum *om. G* || autem *om.* A^1

Digitized by Google

tem horarum XII. partes abusiue dici tres sunt: MANE MERIDIES et SVPREMA. initia dici alii a solis ortu putant alii ab oc-

uel artificem significat nec unde translatum sit aut apud quem scriptum id inuenerit. M. Varro primum statutum in publico secundum Rostra in columna tradit bello Punico primo a M'. Valerio Messala consule Catina capta in Sicilia, deportatum inde post XXX annos quam de Papiriano horologio traditur, anno urbis CCCCLXXXXI. nec congruebant ad horas eius lineae, paruerunt tamen eis annis undecentum, donec Q. Marcius Philippus qui cum L. Paulo fuit censor diligentius ordinatum iuxta posuit, idque munus inter censoria opera gratissime acceptum est. etiamnum tamèn nubilo incertae fuere horae usque ad proxumum lustrum. tunc Scipio Nasica collega Laenati primus aqua diuisit horas aeque noctium ac dierum, idque horologium 'sub tecto dicauit anno urbis DXCV. tamdiu populo Romano indiscreta lux fuit.' — Varro L. L. VI 4sqq.: 'Meridies ab eo quod medius dies; D antiqui non R in hoc dicebant, ut Praeneste incisum in solario uidi ... diei principium mane, quod tum manat dies ab oriente, nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum, ad quoiusmodi religionem Graeci quoque quom lumen adfertur solent dicere *φῶς ἀγαθόν*. suprema summum diei, id a superrimo. hoc tempus XII tabulae dicunt occasum esse solis; sed postea lex Plaetoria id quoque tempus iubet esse supremum quo praeco in comitio supremam pronuntiauit populo. secundum hoc dicitur crepusculum a crepero. id uocabulum sumpserunt a Sabinis, unde ueniunt Crepusci nominati Amiterno, qui eo tempore erant nati, ut Lucii prima luce. in Reatino crepusculum significat dubium; ab eo res dubiae dictae creperae, quod crepusculum dies etiam nunc sit an iam nox, multis dubium. Nox quod, ut Catulus ait, omnia nisi interueniat sol pruina obriguerint, quod nocet nox, nisi quod Graece *νύξ* nox. quom stella prima exorta — eum Graeci uocant *ἕσπερον*, nostri uesperuginem ut Plautus: Neque uesperugo neque uergiliae occidunt — id tempus dictum a Graecis *ἑσπέρα*, Latine uesper: ut ante solem ortum, quod eadem stella uocatur iubar, quod iubata. Pacuuianus dicit pastor: Exorto iubare, noctis decurso itinere; Enniamus Aiax: Quod lumen, iubarne in caelo cerno? inter uesperuginem et iubar dicta nox intempesta, ut in Bruto Cassii quod dicebat Lucretia: Nocte intempesta nostram deuenit domum. intempestam Aelius dicebat quom tempus agendi est nullum, quod alii concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent; alii ab eo quod sileretur, silentium noctis, quod idem Plautus tempus conticinium; scribit enim: Videbimus: factum uolo: redito conticinio.' Censorinus 24: 'Sunt etiam plura noctis et diei tempora aliis subnotata propriisque discreta nominibus, quae apud ueteres poetas passim scripta inueniuntur. ea omnia ordine suo exponam. incipiam a nocte media, quod tempus principium et postremum est diei Romani. tempus quod huic proximum est uocatur de media nocte: sequitur gallicinium, cum galli canere incipiunt; dein conticinium, cum conticuerunt, tunc ante lucem, et sic diluculum, cum sole nondum orto iam lucet. secundum diluculum uocatur mane, cum lux uidetur solis; post hoc ad meridiem; tunc meridies, quod est medii diei nomen; inde de meridie; hinc suprema. quamuis plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia est in XII tabulis scriptum sic: Solis occasus suprema tempestas esto. sed postea M. Plaetorius tribunus plebis scitum tulit, in quo scriptum est:

---

1 orarum *A* || abusiuae *ABG* abusiui *Arcvalus* || diei] spatia diei *B* || meridie B^1G || 2 supprema *A* suppma *M* suprême B^1 suppremū B^2 || inicia *A (et sic semper)* initium *B* || a *om. G*

Digitized by Google

casu alii a media nocte. nam Chaldaei a solis exortu diei initium faciunt totum id spatium unum diem appellantes. Aegyptii autem ex initio noctis sequentis diei originem tra-

Praetor urbanus qui nunc est quique posthac fuat duos lictores apud se habeto usque supremam ad solem occasum iusque inter ciues dicito. post supremam sequitur uespera ante ortum scilicet eius stellae quam Plautus uesperuginem, Ennius uesperum, Vergilius hesperon adpellat *(cf. Varro de gente populi Romani apud Augustinum C. D. XXI 8, 2 Varro L. L. VII 50)*. inde porro crepusculum sic fortasse adpellatum quod res incertae creperae dicuntur idque tempus noctis sit an diei incertum est. post id sequitur tempus quod dicimus luminibus accensis: antiqui prima face dicebant; deinde concubium, cum itum est cubitum; exinde intempesta id est multa nox, qua nihil agi tempestiuum, tunc [cum] ad mediam noctem dicitur et sic media nox * * *.' Servius Aen. II 268: 'sunt autem solidae noctis partes secundum Varronem hae: uespera crepusculum conticinium concubium intempesta nox gallicinium lucifer crepusculum matutinum. diei: mane ortus meridies occasus. de crepusculo uero quod est dubia lux, nam creperum dubium significat, quaeritur; et licet utrique tempori possit iungi, usus tamen ut matutino iungamus obtinuit. manum uero, unde est mane, bonum dixere ueteres.' cf. Servius Aen. III 587. Macrobius sat. I 3, 12 sqq.: 'Ciuilis dies ita diuiditur. primum tempus diei dicitur mediae noctis inclinatio: deinde gallicinium, inde conticinium cum et galli conticescunt et homines etiam tum quiescunt: deinde diluculum, id est cum incipit dinosci dies: inde mane, cum dies clarus est. mane autem dictum aut quod ab inferioribus locis, id est a Manibus, exordium lucis emergat, aut quod uerius mihi uidetur ab omine boni nominis. nam et Lanuuini mane pro bono dicunt: sicut apud nos quoque contrarium est inmane, ut inmanis belua uel inmane facinus et hoc genus cetera pro non bono. deinde a mane ad meridiem, hoc est ad medium diei: inde iam supra uocatur tempus occiduum et mox suprema tempestas, hoc est diei nouissimum tempus, sicut expressum est in duodecim tabulis: solis occasus suprema tempestas esto. deinde uespera quod a Graecis tractum est. illi enim ἑσπέραν a stella Hespero dicunt: unde et Hesperia Italia, quod occasui subiecta sit, nominatur. ab hoc tempore prima fax dicitur, deinde concubia et inde intempesta, quae non habet idoneum tempus rebus gerendis. haec est diei ciuilis a Romanis obseruata diuisio.' Gellius III 2, 2 sqq.: 'M. Varro in libro rerum humanarum quem de diebus scripsit: Homines, inquit, qui inde a media nocte ad proximam mediam noctem in his horis uiginti quattuor nati sunt, uno die nati dicuntur. quibus uerbis ita uidetur dierum obseruationem diuisisse, ut qui post solem occasum ante mediam noctem natus sit is ei dies natalis sit, a quo die ea nox coeperit; contra uero, qui in sex noctis horis posterioribus nascatur, eo die uideri natum, qui post eam noctem diluxerit. Atheniensses autem aliter obseruare idem Varro in eodem libro scripsit, eosque a sole occaso ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere. Babylonios porro aliter: a sole enim exorto ad exortum eiusdem incipientem totum id spatium unius diei nomine appellare; multos uero in terra Vmbria unum et eundem diem esse dicere a meridie ad insequentem meridiem: Quod quidem, inquit, nimis absurdum est. nam qui Kalendis hora sexta apud Vmbros natus est, dies eius natalis uideri debebit et Kalendarum dimidiarum

1 a *om.* B^1M || sole *G* || 2 id est totum *B* || id *om.* B^1 ad *M* || appellantum *A* || 3 Aegipti *(corr. m. 2) M* || sequentes *AB* || trahunt *Gria-*

hunt. Romani autem a medio noctis oriri diem uolunt et in medio noctis finiri.

et qui est post Kalendas dies ante horam eius diei sextam. populum autem Romanum ita uti Varro dixit dies singulos adnumerare a media nocte ad mediam proximam, multis argumentis ostenditur. sacra sunt Romana partim diurna alia nocturna; sed ea quae inter noctem fiunt diebus addicuntur non noctibus; quae igitur sex posterioribus noctis horis fiunt, eo die fieri dicuntur, qui proximus eam noctem inlucescit. ad hoc ritus quoque et mos auspicandi eandem esse obseruationem docet: nam magistratus, quando uno die eis auspicandum est et id super quo auspicauerunt agendum, post mediam noctem auspicantur et post meridiem sole magno agunt auspicatique esse et egisse eodem die dicuntur. praeterea tribuni plebei, quos nullum diem abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiscuntur et post primam facem ante mediam sequentem reuertuntur, non uidentur afuisse unum diem, quoniam ante horam noctis sextam regressi parte aliqua illius in urbe Roma sunt. Q. quoque Mucium iureconsultum dicere solitum legi, non esse usurpatam mulierem, quae cum Kalendis Ianuariis apud uirum matrimonii causa esse coepisset ante diem IIII Kalendas Ianuarias sequentes usurpatum isset: non enim posse impleri trinoctium, quod abesse a uiro usurpandi causa ex duodecim tabulis deberet, quoniam tertiae noctis posterioris sex horae alterius anni essent, qui inciperet ex Kalendis. istaec autem omnia de dierum temporibus et finibus ad obseruationem disciplinamque iuris antiqui pertinentia cum in libris ueterum inueniremus, non dubitabamus quin Vergilius quoque id ipsum ostenderit, non exposite atque aperte, sed ut hominem decuit poeticas res agentem recondita et quasi operta ueteris ritus significatione: Torquet, inquit, medios nox umida cursus | Et me saeuus equis oriens afflauit anhelis. his enim uersibus oblique sicuti dixi admonere uoluit, diem quem Romani ciuilem appellauerunt a sexta noctis hora oriri.' exscripsit Macrobius sat. I 3, 2 sqq. Servius Aen. V 738: 'hic autem dies *(ciuilis)* secundum Aegyptios inchoat ab occasu solis, secundum Persas ab ortu solis, secundum Vmbros et Athenienses a sexta hora diei, secundum Romanos a media nocte: et hos nunc secutus ait: Medios e. q. s. haec autem plene exequitur et Cicero in auguralibus et Aulus Gellius in libris noctium Atticarum. hoc etiam illa res iuris indicat, quod cum tribunum plebis abnoctare ab urbe non liceret, licebat tamen exire post noctem mediam et ante mediam reuerti.' Servius Aen. VI 255: 'locutus est secundum Romanum ritum, quo dies creditur a medio noctis incipere.' Censorinus 23, 3 sqq.: 'Huiusmodi *(ciuilis)* dies ab astrologis et ciuitatibus quattuor modis definitur. Babylonii quidem a solis exortu ad exortum eiusdem astri diem statuerunt, at in Vmbria plerique a meridie ad meridiem, Athenienses autem ab occasu solis ad occasum. ceterum Romani a media nocte ad mediam noctem diem esse existimarunt. indicio sunt sacra publica et auspicia etiam magistratuum, quorum si quid ante medium noctis est actum, diei qui praeteriit adscribitur, si quid autem post mediam noctem et ante lucem factum est, eo die gestum dicitur qui eam sequitur noctem. idem significat quod qui a media nocte ad proximam mediam noctem in his horis quattuor et uiginti nascuntur eundem diem habent natalem.' Plinius N. H. II 188: 'Ipsum diem alii aliter obseruauere. Babylonii inter duos

---

lius: tradunt *ABGM* || 1 a medio] media *A* || orriri *G* || die B^1 || 2 medio *Grialius:* medium *ABGM* || feniri B^1 finire *M*

Digitized by Google

114* FASTI DIES sunt quibus ius fatur id est dicitur ut nefasti quibus non dicitur. FERIATI DIES in quibus res diuina

solis exortus, Athenienses inter duos occasus, Vmbri a meridiē in meridiem, uolgus omne a luce ad tenebras, sacerdotes Romani et qui diem finiere ciuilem, item Aegyptii et Hipparchus a media nocte in mediam.' Lydus de mensibus II 1, p. 13: *ἡ φυσικὴ ἡμέρα ἀπὸ τῶν ἡλίου ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν λαμβάνεται. ἀλλ' οὐ παρὰ πᾶσιν οὕτως· Βαβυλώνιοι μὲν γὰρ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως αὐτῶν λαμβάνουσι [δυσμῶν], νυκτὸς οὐδ' ὅλως μνήμην ποιούμενοι, οἷον οὐ καθ' ὑπόστασιν ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ συμβεβηκὸς γινομένης· Αἰγύπτιοι δὲ ἀπὸ ἑσπέρας τὴν ἐπιφοιτῶσαν συναριθμοῦνται ἡμέραν ἕως αὐθις ἑσπέρας. διὰ τὸ πρὸ τῆς τοῦ παντὸς διακοσμήσεως σκότον ὑποτίθεσθαι τοὺς κοσμογράφους, νύκτα τε πάντων μητέρα ὀνομάζειν. ὅθεν οἱ μυθικοὶ ἀπὸ Λητοῦς τεχθῆναι Ἄρτεμιν ποιοῦσι καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ πρώτην Ἄρτεμιν οἱονεὶ ἀερότεμιν σελήνην, μεθ' ἣν τὸν ἥλιον. οἵ γε μὴν Ὄυμβροι ἔθνος Ἰταλικὸν ἀπὸ μεσημβρίας εἰς μεσημβρίαν τὴν ἡμέραν ἔλαβον.* — Isidorus origg. V 30, 1 sqq.: 'dies est praesentia solis siue sol supra terras, sicut nox sol sub terris. ut enim dies aut nox sit, causa est aut supra terram sol aut sub terris. dies legitimus uiginti quattuor horarum est, usquedum dies et nox spatia sui cursus ab oriente usque ad alium orientem solem caeli uolubilitate concludat. abusiue autem dies unus est spatium ab oriente sole usque ad occidentem. sunt autem diei spatia duo interdianum atque nocturnum, et est dies quidem horarum uiginti quattuor, spatium autem horarum duodecim. uocatus autem dies a parte meliore *(e Servio Aen. V 738)*: unde et in usu est, ut sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum ..... dies secundum Aegyptios inchoat ab occasu solis, secundum Persas ab ortu solis: secundum Athenienses a sexta hora diei: secundum Romanos a media nocte *(e Servio Aen. V 735)*: unde et tunc gallicinium est, id est gallorum cantus quorum uox diei ostendit praeconium, quando et *μεσονύκτιος* afflatus fit.' 13 sqq.: 'Partes diei tres sunt: mane meridies et suprema. mane lux matura et plena: nec iam crepusculum. et dictum mane a manu; manum enim antiqui bonum dicebant. quid enim melius luce *(e Servio Aen. I 139 III 63)*. alii mane existimant uocari a manibus, quorum conuersatio a luna ad terram est. alii putant ab aere, quia manus id est rarus est atque perspicuus. meridies dictus, quasi medidies, hoc est medius dies uel quia tunc purior dies est. merum enim purum dicitur. in toto enim die nihil clarius meridie, quando sol e medio caelo rutilat et omnem orbem pari claritate illustrat. suprema est postrema pars diei, quando sol cursum suum in occasum uertit, dicta quod superest ad partem ultimam diei.'

114* Isidorus de natura rerum I 4. 5: 'Fasti ... lacessere, de quibus liber testatur regum dicens: Eo tempore quo solent reges ad bella procedere. Intercalares ... finiuntur. dies epactarum sunt XI, qui per singulos annos ad cursum lunarem adcrescunt. nam dum in annum XII lunae CCCLIIII dies habeant, remanent ad cursum anni solarem dies XI quos epactas Aegyptii uocauerunt, pro eo quod ad inueniendam lucem per totum annum adiciantur. Solstitiales ... euoluuntur.' Priscianus VIII 20: 'Suetonius in VIII pratorum (pae*torum *Halb.* prae*orum *Carol.* praetorum *vulgo*): Fasti dies sunt quibus ius fatur id est dicitur ut nefasti quibus non dicitur.' — Isidorus origg. VI 18, 1: 'quibus *(festis)* contrarii sunt fasti in quibus

---

1 festi *AG* || in quibus *BGM* || ut *om. B* || 2 dicatur B^1 || fereati B^1 || dies s̄ *(=sunt) M*

fit et abstinere homines a litibus oportet. PROFESTI DIES festis contrarii, id est sine religione. FESTI tantundem otii et religionis sunt. ATRI DIES (postridie Kalendas Nonas Idus) sunt: qui et COMMVNES uocantur. SIDERALES in quibus si-

ius fatur id est dicitur.' Isidorus origg. V 30, 12: 'Ex his *(fertis)* festi dies hominum causa instituti sunt, feriati autem diuinorum sacrorum.' — Varro L. L. VI 12: 'Ad naturalia discrimina ciuilia uocabula dierum accesserunt. dicam prius qui deorum causa, tum qui hominum sint instituti dies.' 27: 'De his diebus nunc iam qui hominum causa constituti uideamus.' 29 sqq. sq.: 'Dies postridie Kalendas Nonas Idus appellati atri, quod per eos dies noui *(immo* 'nihil noui' *e coni. Turnebi)* inciperent. dies fasti per quos praetoribus omnia uerba sine piaculo licet fari. comitiales dicti, quod tum ut coiret populus constitutum est ad suffragium ferendum; nisi si quae feriae conceptae essent, propter quas non liceret, ut compitalia et Latinae. contrarii horum uocantur dies nefasti, per quos dies nefas fari praetorem: Do dico addico; itaque non potest agi: necesse enim aliquo eorum uti uerbo, cum lege quid peragitur. quod si tum imprudens id uerbum emisit ac quem manumisit, ille nihilo minus est liber sed uitio; ut magistratus uitio creatus nihilo secius magistratus. praetor qui tum fatus est, si imprudens fecit, piaculari hostia facta piabitur; si prudens dixit, Q. Mucius ambigebat eum expiari ut impium non posse. intercisi dies sunt per quos mane et uesperi est nefas, medio tempore inter hostiam caesam et exta porrecta fas; a quo quod fas tum intercedit, aut eo est intercisum nefas, intercisum. dies qui uocatur sic: Quando rex comitiauit fas, is dictus ab eo quod eo die rex sacrificiolus itat ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas; itaque post id tempus lege actum saepe. dies qui uocatur: Quando stercum delatum fas, ab eo appellatus quod eo die ex aede Vestae stercus euerritur et per Capitolinum cliuom in locum defertur certum. dies Alliensis ab Allia fluuio dictus. nam ibi exercitu nostro fugato Galli obsederunt Romam.' Macrobius sat. I 16, 2 sqq.: 'Numa ut in menses annum, ita in dies mensem quemque distribuit diesque omnes aut festos aut profestos aut intercisos uocauit. festi deis dicati sunt: profesti hominibus ob administrandam rem priuatam publicamque concessi: intercisi deorum hominumque communes sunt. festis insunt sacrificia epulae ludi feriae: profestis fasti comitiales conperendini stati praeliares: intercisi in se non in alia diuiduntur: illorum enim dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est ius dicere. nam cum hostia caeditur, fari nefas est: inter caesa et porrecta fari licet: rursus cum adoletur non licet. ergo de diuisione festorum et profestorum dierum latius disserendum est.' 13 sqq.: 'haec de festis et qui inde nascuntur, qui etiam nefasti uocantur. nunc de profestis et qui ex his procedunt loquamur, id est fastis comitialibus conperendinis statis praeliaribus. fasti sunt quibus licet fari praetori tria uerba sollemnia do dico addico; his contrarii sunt nefasti: comitiales sunt quibus cum populo agi licet; et fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest, comitialibus utrumque

---

1 abstenere B^1 || profasti B^2 || dies *om.* *BGM* || 2 festi B^1 || contraria *A* || relegione A^1G || festinante undē & B^1 festi tantundē otii & B^2 || tantumdem *G* || 3 relegionis A^1G || postridie Kalendas Nonas Idus *addidi* || 4 communis M^2 || sider ** B^1 Sideralis *G*

Digitized by Google

dera mouentur et homines a nauigationibus excluduntur. IVSTI continui triginta. PRAELIARES quibus fas est hostem bello lacessere. INTERCALARES DIES sunt quinque qui iuxta

potest: conperendini quibus uadimonium licet dicere: stati qui iudicii causa cum peregrino instituuntur, ut Plautus in Curculione: Status condictus cum hoste intercessit dies. hostem nunc more uetere significat peregrinum. praeliares ab iustis non segregauerim, siquidem iusti sunt continui triginta dies quibus exercitui imperato uexillum russi coloris in arce positum est, praeliares autem omnes quibus fas est res repetere uel hostem lacessere. nam cum Latiar, hoc est Latinarum sollemne, concipitur, item diebus Saturnaliorum, sed et cum Mundus patet, nefas est praelium sumere: quia nec Latinarum tempore, quo publice quondam induciae inter populum Romanum Latinosque firmatae sunt, inchoari bellum decebat, nec Saturni festo, qui sine ullo tumultu bellico creditur imperasse, nec patente Mundo, quod sacrum Diti patri et Proserpinae dicatum est, meliusque occlusa Plutonis fauce eundum ad proelia putauerunt, unde et Varro ita scribit: Mundus cum patet, deorum tristium atque inferum quasi ianua patet: propterea non modo praelium committi, uerum etiam dilectum rei militaris causa habere ac militem proficisci, nauem soluere, uxorem liberum quaerendorum causa ducere, religiosum est. uitabant ueteres ad uiros uocandos etiam dies qui essent notati rebus aduersis: uitabant etiam ferias, sicut Varro in augurum libris scribit in haec uerba: Viros uocare feriis non oportet: si uocauit, piaculum esto. sciendum est tamen eligendi ad pugnandum diem Romanis tunc fuisse licentiam, si ipsi inferrent bellum: at cum exciperent, nullum obstitisse diem, quo minus uel salutem suam uel publicam defenderent dignitatem. quis enim obseruationi locus, cum eligendi facultas non supersit? dies autem postriduanos ad omnia maiores nostri cauendos putarunt, quos etiam atros uelut infausta appellatione damnarunt: eosdem tamen nonnulli communes uelut ad emendationem nominis uocitauerunt: horum causam Gellius annalium libro quinto decimo et Cassius Hemina historiarum libro secundo referunt. anno ab urbe condita trecentesimo sexagesimo tertio a tribunis militum Vergilio Manlio Aemilio Postumio collegisque eorum in senatu tractatum quid esset propter quod toties intra paucos annos male esset afflicta res publica: et ex praecepto patrum L. Aquinium haruspicem in senatum uenire iussum religionum requirendarum gratia dixisse: Q. Sulpicium tribunum militum ad Alliam aduersus Gallos pugnaturum rem diuinam dimicandi gratia fecisse postridie Idus Quintiles, item apud Cremeram multisque aliis temporibus et locis post sacrificium die postero celebratum male cessisse conflictum, tunc patres iussisse ut ad collegium pontificum de his religionibus referretur pontificesque statuisse postridie omnes Kalendas Nonas Idus atros dies habendos, ut hi dies neque praeliares neque puri neque comitiales essent. sed et Fabius Maximus Seruilianus pontifex in libro XII negat oportere atro die parentare: quia tunc quoque Ianum Iouemque praefari necesse est, quos nominare atro die non oportet. ante diem quoque quartum ..... Sextiles *(sunt verba Gelli, v. in-*

---

1 uocantur M^1 mouantur M^2 || nauicationibus B^1 nauigacionibus A^1 || excluduntur quinto decimo die de Ianuario et quinto decimo die de Februario *al.* || 2 isti *ABGM* || triginta sunt *AM* || proeliares *BG* proeliales *M* || praeliares dies sunt *A* || in quibus *BM* || fus *M* || 3 in bello *BGM* || laciscere B^1G lacere A^1 lasescere A^2

Aegyptios supersunt duodecim mensibus et incipiunt a nono Kalendas Septembris et quinto Kalendarum memoratarum finiuntur. SOLSTITIALES DIES sunt in quibus sol stat crescente

fra). ad rem sane militarem nihil attinere notat Varro, utrum fastus uel nefastus dies sit, sed ad solas hoc actiones respicere priuatas.' Gellius V 17: 'Verrius Flaccus in quarto de uerborum significatu dies qui sunt postridie Kalendas Nonas Idus, quos uulgus imperite nefastos dicit, propter hanc causam dictos [illegible]itosque atros esse scribit. Vrbe, inquit, a Gallis Senonibus recuperata L. Atilius in senatu uerba fecit, Q. Sulpicium tribunum militum ad Alliam aduersus Gallos pugnaturum rem diuinam dimicandi gratia postridie Idus fecisse; tum exercitum populi Romani occidione occisum et post diem tertium eius diei urbem praeter capitolium captam esse; compluresque alii senatores recordari sese dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res diuina postridie Kalendas Nonas Idus a magistratu populi Romani facta esset, eius belli proximo deinceps proelio rem publicam male gestam; tum senatus eam rem ad pontifices reiecit, ut ipsi quod uideretur statuerent. pontifices decreuerunt nullum his diebus sacrificium recte futurum. ante diem quoque quartum uel Nonas uel Idus tamquam inominalem diem plerique uitant. eius obseruationis an religio ulla sit tradita quaeri solet. nihil nos super ea re scriptum inuenimus, nisi quod Q. Claudius annalium quinto cladem illam pugnae Cannensis uastissimam factam dicit ante diem quartum Nonas Sextiles.' Paulus Festi p. 93: 'Fastis diebus † iucunda (*Scal. ci.* ius) fari licebat, nefastis quaedam non licebat fari.' Paulus Festi p. 164: 'Nefasti dies N littera notantur.' Festus p. 165: '*Nefasti* dies *notantur N littera quod eis nefas est praetori* aput quem *lege agitur, fari tria uerba: do dico* addico.' Paulus Festi p. 228: 'Profesti dies procul a religione numinis diuini.' Festus p. 229: Profesti dies d*icti quod sint procul a religione numinis* diuini. Caecilius in ..... sti tantundem ..... *Afranius* in priuigno: a*eque profesto concelebras focum die.*' Nonius p. 434, 10: 'Profesti et festi dies discernuntur sic: profesti sunt a festiuitate uacui. Afranius priuigno: Quae festi facere nos solemus die, Cotidiano opere promiscit omnia, Aeque profesto concelebras focum.' Festus p. 253: 'Profestum est † facere tamquam profanum facere, id est quod eo die, qui dies feriarum non est, † facere. uel ut quidam dixerunt, pro eo facere uelut feriae non sint; aut id facere, quod feris fieri non liceat. itaque diem profestum diem sine feris esse.' Paulus Festi p. 252: 'Profestum diem dicebant qui festus non erat.' p. 103: 'Iusti dies dicebantur triginta, cum exercitus esset imperatus et uexillum in arce positum.' p. 226: 'Praeliares dies appellantur quibus fas est hostem bello lacessere. erant enim quaedam feriae publicae, quibus nefas fuit id facere.' Festus p. 178: '*Nonarum dies, item Id*uum. Kalen*darum nuptis alieni habentur, quia nou*ae nuptae *sic diem postridie nuptias creditur a*trum inluciscere, *quoniam decreto pontificum atri hi di*es esse iudica*ti sunt, quod quotienscumque Romani duces* belli *gerendi causa his diebus supplicauere, male* remp. *gessere.*' Paulus Festi p. 179: 'Nonarum iduum calendarum dies nuptis alieni habentur, quoniam hi dies decreto pontificum atri iudicati sunt, quod, quotiescunque Romani duces belli gerendi gratia his diebus supplicauerunt, male

---

1 XII A^1 XIII A^2 || aVIII A^1 anno A^2 || ~~Kl~~ *AGM* Kalendis B^2 || in quinto A^2B || memoratarum] earundem *M* || 3 solestitiales *GM* || crescenti *vulgo* || crescente] in maiore latitudine quam habere possit crescente *al.*

Digitized by Google

spatio dierum uel noctium. AEQVINOCTIALES DIES sunt in quibus dies et nox aequalibus horarum spatiis euoluuntur.

rempublicam gessere.' Macrobius sat. I 15, 22: 'Subiciet aliquis: Cur ergo Nonis si feriatus dies non est prohibetur celebritas nuptiarum? huius quoque rei in aperto causa est. nam quia primus nuptiarum dies uerecundiae datur, postridie autem nuptam in domo uiri dominium incipere oportet adipisci et rem facere diuinam, omnes autem postriduani dies seu post Kalendas siue post Nonas Idusue ex aequo atri sunt, ideo et Nonas inhabiles nuptiis esse [illegible]erunt, ne nupta aut postero die libertatem auspicaretur uxoriam aut atro immolaret quo nefas est sacra celebrari.' Festus p. 278: 'dies autem religiosi, quibus nisi quod necesse est, nefas habetur facere: quales sunt sex et triginta atri qui appellantur, et alii † senes, atque † hi, quibus mundus patet.' Gellius IIII 9, 5: 'Religiosi enim dies dicuntur tristi omine infames impeditique, in quibus et res diuinas facere et rem quampiam nouam exordiri temperandum est; quos multitudo imperitorum praue et perperam nefastos appellat[illegible]itaque M. Cicero in libro epistularum nono ad Atticum: Maiores, inquit, nostri funestiorem diem esse uoluerunt Alliensis pugnae quam urbis captae, quod hoc malum ex illo. itaque alter religiosus etiamnunc dies, alter in uolgus ignotus.' Gellium exscripsit more suo neglegentissime Nonius p. 379. Nonius p. 73, 30: 'Atri dies dicuntur quos nunc nefastos uel posteros uocant. Afranius Fratris: Septembris heri Kalendae, hodie ater dies.' — Fasti Praenestini Mart. VIIII Kal. April.: 'Q. R. C. F. hunc diem plerique perperam *litteras Q. R. C. F.* interpretantes putant appellari *ita* quod eo die ex comitio fugerit *rex Tarquinius:* nam neque Tarquinius abiit ex comitio et alio quoque mense eadem *sacra fiunt.*' Festus p. 258: Q. R. C. F. Quando rex *comitia* † sic, *fas: sic notatum esse diem in fastis* in honorem *Regis sacrorum, aiunt qui de feris* menstruis scrip*serunt, quae nonalibus sacris in Curia a* Rege † dicuntur. *huius nominis causae a multis scriptoribus* traditae sunt. *Quo autem die Rex in Comitium uenit, eius* pars anterior *nefas habetur, donec ille sacra facit:* posterior *fas, cum sacris peractis inde fugit.* si quis alius pro Rege *eo die in comitio fecerit, puta Pontifex,* tum † his dies *'fastus est.'* Paulus Festi p. 259: 'Quando rex comitiauit fas, in fastis notari solet, et hoc uidetur significare, quando rex sacrificulus diuinis rebus perfectis in comitium uenit.' Festus p. 278: *'Regifugium dies notatur in fastis a. d.* VI Kal. *Mart., non VIIII Kal. Apr., qui creditur sic dictus,* quia *eo die Tarquinius rex fugerit e Comitio:* quod fal*sum esse arguit* ..... et † Tul*lius, qui hoc die .... Pontifices et* Salios *adesse scribunt Regi sacrorum, cum facit sacrificium* in *Comitio, quo facto statim fugit. quod uerum agnouerit esse, qui legerit in fastis esse duos dies tales* notari *Q. R. C. F., quod recte sic legitur:* quando Rex *comitiassit fas, i. e. cum Rex in comitio fuerat:* his *enim tantum feris Regi in comitium uenire* nec in *aliis ullis licet: qui mos uidetur adscitus ex Etruria. alter eorum dierum repetitur in fastis a. d. VIIII* Kal. Iun. † is *itidem notatur Q. R. C. F. uterque dies* legi debet cum *NP., non N., quod post regis fugam fit* e nefasto fastus.' cf. Merkel. p. XXXVII, qui ultimum locum sic restituit: '*Regi fugii dies* legi debet cum *nota NP non N, quia quiuis feriarum dies fit* e nefasto fastus.' Festus p. 258: '*Q. S. D. F. Quando stercus* delatum fas. *eodem modo in fastis notatur dies,* qui talis est, ut *aedis Vestae purgetur, stercus*que in † aluum *Capitolium euersum certo loco condatur:* cum id factum sit, *tunc praetori liceat, fari tria uerba.*' Paulus Festi p. 259: 'Quando stercus delatum fas, eodem

---

2 orarum *A om. B*[1] ‖ reuoluuntur *BG*

Digitized by Google

CONGLVVIALES DIES in quibus quod ante intermissum 115
fuerat gerebatur.

NOX est solis absentia quamdiu ab occasu rursum ad 116*
ortum recurrat. noctem autem fieri dicimus umbra terra-
rum. nox a nocendo dicta eo quod oculis noceat. noctis
autem partes sunt septem: crepusculum, uesperum, conticinium,
intempestum, gallicinium, crepusculum matutinum, (diluculum). CREPVSCVLVM id est creperum quod dubium dicimus, hoc est inter lucem et tenebras. VESPERVM oriente stella cui

modo in fastis notatur dies, quo stercus purgatur ab aede Vestae.' — Paulus Festi p. 7: 'Alliensis dies dicebatur apud Romanos obscoenissimi ominis ab Allia fluuio scilicet, ubi Romanus fusus a Gallis exercitus est.' — Augustinus C. D. XV 12, 2: 'Propter quinque dies enim reliquos, quibus solaris annus impletur, et diei quadrantem, propter quem quater ductum eo anno, quo (*immo* quem) bissextum uocant, unus dies adiicitur, addebantur a ueteribus postea dies quos dies Romani intercalares nocabant.'

115 Schol. Lucan. V 7 in codice Bongarsiano (s. VIIII Sinner. p. 507): 'Significat congluuiales dies, ut ait Suetonius, in quibus' e. q. s. eadem in Florentino codice s. XII extant nisi quod verba 'Significat' et 'ut ait Suetonius' omissa sunt.

116* Isidorus de natura rerum II: 'De nocte. 'Nox est — terrarum, quam datam ad quietem corporis credimus, non ad alicuius operis officium *(ex Ambros. hex. IIII 3)*. duobus autem modis nox in scripturis sanctis accipitur, id est aut tribulatio persecutionis aut obscuritas caeci cordis.' nox a nocendo' e. q. s. Hyginus P. A. IIII 19: 'noctis autem spatium constituerunt esse, quamdiu sol ab occasu rursum ad exortum reuertatur.' — Varro L. L. VI 6: 'Nox, quod ut Catulus ait omnia nisi interueniat sol pruina obriguerint, quod nocet nox; nisi quod Graece *νύξ* nox.' Servius Aen. I 89: 'Nox dicta quod oculis noceat.' Isidorus origg. V 31, 1: 'Nox a nocendo dicta eo quod noceat.' — Servius Aen. III 587: Nox intempesta] 'media, hoc est nimium obscura. intempesta dicta est nox media, intempestiua, inactuosa, carens actibus per quos tempora dignoscimus. ait enim Lucretius *(I 459 sqq.)*, quia per se tempus non intelligitur nisi per actus humanos. medium autem noctis tempus actu caret. ergo intempesta inactuosa, quasi sine tempore: hoc est sine actu per quem dignoscitur tempus. unde est intempestiue uenisti i. e. *ἀκαίρως*. ergo intempesta dicitur, quia caret tempore. sane noctis septem tempora ponuntur: crepusculum quod et uesper, fax quo lumina incenduntur, concubium quo nos quieti damus, intempesta i. e. media, gallicinium quo galli cantant, conticinium post cantum gallorum silentium, Aurora

---

3 rursus *B* || 4 dicimus] uel *B delet m. 2* || 5 eo *om. B* || 6 autem *om. B* || uespertinum *A* || 7 matutinum] *lacunam indicavit Beckerus:* diluculum *enim intercidit ut infra diluculi interpretatio; utrobique addidi ex Isidori origg. l. c.* || crepusculum *Beckerus:* crepusculum dicitur *AB* || 8 creberum *B* || 9 oriente] a noctis orientis *al.* || stilla *A*

Digitized by Google

hoc nomen est. CONTICINIVM quando omnes silent; conticescere enim silere est. INTEMPESTA id est inportuna quando agi nihil potest et omnia quieta sunt. GALLICINIVM autem dictum est propter gallos lucis praenuntios. CREPVSCVLVM MATVTINVM inter abscessum noctis et diei aduentum. (DILVCVLVM quasi iam incipiens parua diei lux. haec et AVRORA quae solem praecedit.)

117** HEBDOMADA apud Graecos et Romanos septem dierum cursu peragitur. apud Romanos hi dies a planetis id est erraticis stellis nomina ceperunt. primum enim diem a sole

uel crepusculum matutinum, tempus quod ante solem est.' cf. praeterea Varro L. L. VI 6 sqq. Censorinus 24 Servius Aen. II 268. exscripsi ad Frag. 113*. Isidorus origg. V 31, 4 sqq.: 'Noctis partes septem sunt: uesper crepusculum conticinium intempestum gallicinium matutinum diluculum. uesper a stella occidentali nocatur quae solem occiduum sequitur et tenebras sequentes praecedit. de qua Virgilius *(I 374)*: Ante diem clauso componet uesper Olympo. tenebrae autem dictae quod teneant umbras. crepusculum est dubia lux. nam creperum dubium dicimus, hoc est inter lucem et tenebras. conticinium est quando omnia silent, conticescere enim silere est. intempestum medium et inactuosum noctis est tempus, quando nihil agi potest et omnia quieta sunt sopore. nam tempus per se non intelligitur nisi per actus humanos ... *(secuntur verba Servii quae ante perscripsi)* caret tempore. gallicinium propter gallos lucis praenuntios dictum. matutinum est inter abscessum tenebrarum et aurorae aduentum et dictum matutinum, quod hoc tempus inchoante mane sit. diluculum quasi iam incipiens parua diei lux. haec et aurora, quae solem praecedit.'

117** Isidorus de natura rerum III: 'De hebdomade. Hebdomada apud Graecos et Romanos septem dierum cursu peragitur. apud Hebraeos autem septem anni sunt; declarat hoc Daniel de LXX hebdomadibus. hebdomada autem septem feriis constat. feria autem a fando dicta quasi faria, uel eo quod in creatione mundi per singulos dies dixit deus: Fiat, item quia dies sabbati ab initio feriatus habetur. inde dies solis prima feria nuncupatur, quia primus est a feria, item lunae proinde secunda feria, quia secundus est a feria. sic et ceteri dies tali ex numero sumpserunt uocabula. apud Romanos autem hi dies ... cursum suum. proinde autem gentiles ex his septem ... tarditatem. talis quippe gentilibus extitit stultitia, qui sibi finxerunt tam ridiculosa figmenta.' Isidorus origg. V 30, 5—8: 'Dies dicti a diis, quorum nomina Romani quibusdam sideribus sacrauerunt. primum enim diem a sole appellauerunt *et quae sequuntur usque ad* figmenta.' — Herodotus II 82: *Καὶ τάδε ἄλλα Αἰγυπτίοισί ἐστι ἐξευρημένα, μεὶς τε καὶ ἡμέρη ἑκάστη θεῶν ὅτεῳ ἐστί.* Gellius III 10, 1 sq.: 'M. Varro in primo librorum qui in-

1 est uesper *B* || conticiscere A^1B^1 || 2 est *om.* B^1 || intempestū *B* || inoportuna *A* inportunū *B* || 3 nichil B^1 || gallus A^1 gallorum A^2 || 4 pronuncios *A* prenunciorum *B* || crepusculum & *A* || 5 matitinum *A* || abscensum B^1 || die A^1 || 8 ebdomada AB^2 *om.* B^1 || 9 cursum B^1 || planites B^1 || 10 ad erraticis *B* || acciperunt B^1 acceperunt B^2

Digitized by Google

uocatum dicimus, quia princeps est omnium siderum, sicut et idem dies capud est cunctorum dierum; secundum a luna, quae soli et splendore et magnitudine proxima est et exinde mutuat lumen; tertium ab stella Martis, quae † uesper uocatur; quartum a stella Mercurii, quam quidam † candidum circulum dicunt; quintum a stella Iouis, quam phaethonta

scribuntur hebdomades uel de imaginibus, septenarii numeri, quem Graece ἑβδομάδα appellant, uirtutes potestatesque multas uariasque dicit. Is namque numerus, inquit, septentriones maiores minoresque in caelo facit, item uergilias, quas πλειάδας Graeci uocant, facit etiam stellas, quas alii erraticas P. Nigidius errones appellat.' 6: 'praeterea scribit, lunae curriculum confici integris quater septenis diebus; Nam die duodetricesimo luna, inquit, ex quo uestigio profecta est, eodem redit, auctoremque opinionis huius Aristidem esse Samium.' Gellius XV 2, 3: 'hebdomadibus lunae'. cf. Macrobius comm. I 6, 60. Cassius Dio 37, 18sq.: *τὸ δὲ δὴ ἐς τοὺς ἀστέρας τοὺς ἑπτὰ τοὺς πλάνητας ὠνομασμένους τὰς ἡμέρας ἀνακεῖσθαι κατέστη μὲν ὑπ' Αἰγυπτίων, πάρεστι δὲ καὶ ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους, οὐ πάλαι ποτὲ ὡς λόγῳ εἰπεῖν ἀρξάμενον· οἱ γοῦν ἀρχαῖοι Ἕλληνες οὐδαμῇ αὐτό, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, ἠπίσταντο. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ πάνυ νῦν τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι καὶ αὐτοῖς τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιχωριάζει, καὶ ἤδη καὶ τοῦτό σφισι πάτριον τρόπον τινά ἐστι, βραχύ τι περὶ αὐτοῦ διαλεχθῆναι βούλομαι, πῶς τε καὶ τίνα τρόπον οὕτω τέτακται. ἤκουσα δὲ δύο λόγους, ἄλλως μὲν οὐ χαλεπῶς γνωσθῆναι, θεωρίας δέ τινὸς ἐχομένους. εἰ γάρ τις τὴν ἁρμονίαν τὴν διὰ τεσσάρων καλουμένην, ἥπερ που καὶ τὸ κῦρος τῆς μουσικῆς συνέχειν πεπίστευται, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀστέρας τούτους, ὑφ' ὧν ὁ πᾶς τοῦ οὐρανοῦ κόσμος διείληπται, κατὰ τὴν τάξιν καθ' ἣν ἕκαστος αὐτῶν περιπορεύεται ἐπαγάγοι, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ἔξω περιφορᾶς τῆς τῷ Κρόνῳ δεδομένης, ἔπειτα διαλιπὼν δύο τὰς ἐχομένας τὸν τῆς τετάρτης δεσπότην ὀνομάσειεν, καὶ μετ' αὐτὸν δύο αὖ ἑτέρας ὑπερβὰς ἐπὶ τὴν ἑβδόμην ἀφίκοιτο, καὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ τρόπῳ αὐτάς τε ἐπιὼν καὶ τοὺς ἐφόρους σφῶν θεοὺς ἀνακυκλῶν ἐπιλέγοι ταῖς ἡμέραις, εὑρήσει πάσας αὐτὰς μουσικῶς πως τῇ τοῦ οὐρανοῦ διακοσμήσει προσηκούσας. εἷς μὲν δὴ οὗτος λέγεται λόγος, ἕτερος δὲ ὅδε. τὰς ὥρας τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρξάμενος ἀριθμεῖν, καὶ ἐκείνην μὲν τῷ Κρόνῳ διδούς, τὴν δὲ ἔπειτα τῷ Διΐ καὶ τρίτην Ἄρει, τετάρτην ἡλίῳ, πέμπτην Ἀφροδίτῃ, ἕκτην Ἑρμῇ καὶ ἑβδόμην σελήνῃ, κατὰ τὴν τάξιν τῶν κύκλων καθ' ἣν οἱ Αἰγύπτιοι αὐτὴν νομίζουσι, καὶ τοῦτο καὶ αὖθις ποιήσας, πάσας γὰρ οὕτως τὰς τέσσαρας καὶ εἴκοσιν ὥρας περιελθών, εὑρήσεις τὴν πρώτην τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ὥραν ἐς τὸν ἥλιον ἀφικνουμένην. καὶ τοῦτο καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσιν ὡρῶν κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς πρόσθε λόγον πράξας, τῇ σελήνῃ τὴν πρώτην τῆς τρίτης ἡμέρας ὥραν ἀναθήσεις, κἂν οὕτω καὶ διὰ τῶν λοιπῶν πορεύῃ, τὸν προσήκοντα ἑαυτῇ θεὸν ἑκάστη ἡμέρα λήψεται.* Plutarchus de Iside et Osiride 48: *Χαλδαῖοι δὲ τῶν πλανητῶν τοὺς θεοὺς γενέσθαι οὓς κα-*

1 dicimus] aiunt *B* || qui *B* || sideraim A^1 || 2 cuntorum B^1 || secundus *B* || 3 solis *A* || magnitudini B^1 || proximata *B* || ex eo *B* || 4 hab B^1 || stilla B^1 || uesper] pyrois *Chacon. sed error est Isidori* || 5 quartu *B* || ab *B* || stilla B^1 || quidem *A* || candidum circulum] stilbonta *corr. Chacon.* || 6 quintus B^2 || ab *B* || stilla B^1 || fetonte BA^2 feton A^1

Digitized by Google

dicunt; sextum a Veneris stella, quam luciferum asserunt, quae inter omnia sidera plus lucis habet; septimum a stella Saturni, quae septimo caelo locata XXX annis fertur explere cursum suum. proinde autem ex his septem planetis nomina diebus dederunt eo quod per eosdem aliquid sibi effici existimarunt dicentes habere ex sole spiritum, ex luna

λοῦσι δύο μὲν ἀγαθουργούς, δύο δὲ κακοποιούς, μέσους δὲ τοὺς τρεῖς ἀποφαίνουσι καὶ κοίνους. Servius georg. I 335: 'de planetis quinque duos esse noxios Martem et Saturnum, duos bonos Iouem et Venerem, Mercurius uero talis est qualis ille cui iungitur.' cf. Chronographus a. 354. p. 566 sq. Momms. — Lydus de mensibus II 2: πάντας τοὺς ῥυθμοὺς ἐν τῇ τῶν πλανητῶν κινήσεως εἶναι συμβαίνει κ. τ. λ. 3: ὅτι οἱ περὶ Ζωροάστρην καὶ Ὑστάσπην Χαλδαῖοι καὶ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πλανητῶν ἐν ἑβδομάδι τὰς ἡμέρας ἀνέλαβον καὶ τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν μίαν. ὡς καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, καλοῦσιν ἐκ τῆς μονάδος ... . ἀναφέρεται δὲ ἡ μόνας εἰς Ἀπόλλωνα, τουτέστιν εἰς τὸν ἕνα ἥλιον, ὃς Ἀπόλλων λέγεται διὰ τὸ ἄπωθεν εἶναι τῶν πολλῶν· καὶ Ῥωμαῖοι δὲ αὐτὸν σόλεμ ἤτοι μόνον λέγουσι. 6: τὴν δὲ δεύτεραν ἡμέραν τῇ σελήνῃ φαίνονται οἱ φυσικοὶ ἀναγράφοντες ὑγραινούσῃ τε ἅμα καὶ μετρίως θερμαινούσῃ, τουτέστι τῇ τῆς ὕλης ἐφόρῳ κ. τ. λ. 7: τὴν δὲ τρίτην ἡμέραν ἀνέθεντο Πυρόεντι (Ἄρης δ' ἂν εἴη οὗτος παρ' Ἕλλησι), τουτέστι τῷ ἀερίῳ καὶ γονίμῳ πυρί, ὅπερ ἐξάπτει τὴν τοῦ παντὸς αἴσθητοῦ φύσιν καὶ ἀργεῖν οὐκ ἐᾷ, ξηραῖνον ἅμα καὶ ῥοιζηδὸν θερμαῖνον. 8: τὴν δὲ τετάρτην ἡμέραν Στίλβοντι, ἑνὶ πλανητῶν κατ' Αἰγυπτίους οὕτω καλουμένῳ, ἀνέθεντο, ὃς ἐξ ἴσου ποτὲ μὲν ὑγραίνει ποτὲ δὲ ξηραίνει, πνευματούμενος ὑπὸ τῆς περὶ τὸν ἥλιον ὀξυκινησίας· Ἑρμοῦ δὲ τοῦτον Ἕλληνες εἶναι βούλονται κ. τ. λ. 9: τὴν δὲ πέμπτην Φαέθοντι, τῷ πάντων πλανητῶν εὐκρατοτάτῳ. Δία δὲ αὐτὸν Ἕλληνες ζωογόνον θεολογοῦσιν κ. τ. λ. 10: τὴν δὲ ἕκτην ἀναφέρουσι Φωσφόρῳ, θερμαίνοντι ἅμα καὶ γονίμως ὑγραίνοντι· οὗτος δὲ ἂν εἴη ὁ Ἀφροδίτης, ὁ καὶ Ἕσπερος, ὡς Ἕλλησι δοκεῖ κ. τ. λ. 11: τὴν ἑβδόμην ἡμέραν Αἰγύπτιοι μὲν καὶ Χαλδαῖοι προσφωνοῦσι Φαίνοντι, οὕτω κατ' αὐτοὺς προσαγορευομένῳ ἀστέρι τῷ πάντων ἀνωτάτῳ, ψύχοντι ἄκρως καὶ προσεχῶς ξηραίνοντι. Κρόνον δὲ αὐτὸν Ἕλλησιν ἔθος καλεῖν κατὰ μὲν θεολογίαν οἷα διακορῆ νοῦν, κατὰ δὲ ἐτυμολογίαν οἱονεὶ πλήρη καὶ μεστὸν ἐτῶν ἀντὶ τοῦ μακραίωνα κ. τ. λ. — Servius Aen. XI 51: 'Superis autem debemus omnia donec uiuimus ideo quia ut dicunt physici cum nasci coeperimus sortimur a sole spiritum a luna corpus a Marte sanguinem a Mercurio ingenium a Ioue desiderium a Venere cupiditates a Saturno humorem.' Servius Aen. VI 714: 'Mathematici fingunt, quod singulorum numinum potestatibus corpus et anima nostra conexa sunt ea ratione, quia cum descendunt animae trahunt secum torporem Saturni Martis iracundiam libidinem Veneris Mercurii lucri cupiditatem Iouis regni desiderium.' Macrobius comm. I 12, 13 sq.: 'De zodiaco et lacteo ad subiectas usque sphaeras anima delapsa, dum et per illas labitur, in singulis non solum ut iam diximus luminosi cor-

1 sextus B^2 || 2 sydera B || septimus B^2 || ab B^2 || 3 qui A || sextu B^1 sexto B^2 *libri omnes Griali et origg. V 30, 7* 'plerique libri' *Griali* || stellis *B Isidorus origg. l. c.* || 5 dierum AB || indiderunt *al.* || aliquod A || 6 existimarent B || habere ex aere ignem ex sole A || ex ole B

corpus, ex Mercurio linguam et sapientiam, ex Venere uoluptatem, ex Marte feruorem, ex Ioue temperantiam, ex Saturno tarditatem.

MENSIS est luminis lunaris circuitus ac redintegratio siue 118*
** noua ad nouam. antiqui autem mensibus nomina quaedam ex diis, quaedam ex causis*, quaedam uero ex numero inposuerunt incipientes a Martio, quia ex ipso anni exorientis ordinem seruauerunt. hunc autem MARTIVM propter honorem Romuli sic appellauerunt, quia eum Martis filium esse crediderunt. APRILEM uero nullo deorum nomine sed de re prop-

poris amicitur accessu, sed et singulos motus, quos in exercitio est habitura, producit: in Saturni ratiocinationem et intellegentiam, quod *λογιστικὸν* et *θεωρητικὸν* uocant: in Iouis uim agendi, quod *πρακτικον* dicitur: in Martis animositatis ardorem, quod *θυμικὸν* nuncupatur: in solis sentiendi opinandique naturam, quod *αἰσθητικὸν* et *φανταστικὸν* appellant: desiderii uero motum, quod *ἐπιθυμητικὸν* uocatur, in Veneris: pronuntiandi et interpretandi quae sentiat, quod *ἑρμηνευτικὸν* dicitur, in orbe Mercurii: *φυτικὸν* uero, id est naturam plantandi et augendi corpora, in ingressu globi lunaris exercet.' — cf. praeterea Philastr. de haer. c. LXIIII, qui planetarum nomina ab Hermete ad dies hebdomadis translata esse refert, Lobeck. Aglaoph. p. 933.

118* Isidorus de natura rerum IIII: 'De mensibus. Mensis est ... nouam. cuius figura plerumque huius uitae cursus intellegitur, quae suis incrementis quasi mensis peragitur ac deminutionibus certissimis terminatur. mensem autem antiqui definierunt: Quamdiu luna zodiacum circulum perducit. antiqui autem gentiles mensibus nomina ... instituisse. in codicibus autem sanctarum scripturarum XII menses fuisse anni etiam ante diluuium ostenduntur. sic enim ibi legitur: Aqua autem minuebatur usque ad undecimum mensem. undecimo autem mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium. sic enim tunc dinumerabantur menses sicut et nunc sed non quos Kalendae sed quos luna coepta et finita concludit. Kalendas autem ... principium, apud Hebraeos autem ex lunae nascentis recursu. apud Aegyptios autem ... memoratum est.' Isidorus origg. V 33, 1 sq.: 'Mensis nomen est graecum de lunae nomine tractum. luna enim *μὴν* graeco sermone uocatur: unde et apud Hebraeos menses legitimi non ex solis circulo sed ex lunae cursu enumerantur, qui est de noua ad nouam. Aegyptii autem primi propter lunae uelociorem cursum et ne error computationis eius uelocitate accideret ex solis cursu diem mensis adinuenerunt: quoniam tardior solis motus facilius poterat comprehendi.' — Geminus isag. VI: *Μήν ἐστι χρόνος ἀπὸ συνόδου ἐπὶ σύνοδον, ἢ ἀπὸ πανσελήνου ἐπὶ πανσέληνον.* Varro L. L. VI 10: 'mensis a lunae motu dictus, dum ab sole profecta rursus redit ad eum luna, quod Graece olim dicta *μήνη*, unde illorum

---

1 mercorio B^1 || lingua B || sapientei * A^1 sapienteiam A^2 || uolumtatem B^1 || 4 hac B || remi gratio *al.* || 5 a noua ad nouam cursus *coni. Grialius* || aduouatio B || nominaque A || 6 diis suis *Isidorus* || ex causis naturalibus *olim fuisse susp. O. Iahnius* || 7 ipsi* A^1 || exorientes A^1 || 8 martio B^1 || 9 romoli A^1B || apellauerunt AB || que A || fidelium A^1 || crediderunt esse B || 10 uere A || rdeoum suorum *Isidorus* || ede re A^2 || rem B^1

Digitized by Google

ria quasi aperilem nominauerunt eo quod tunc plurimum germinis aperiatur in florem. inde mensem MAIVM pro Maia Mercurii matre siue propter maiores. deinde IVNIVM a Iunone; alii autem sicut Maium pro maioribus ita pro iunioribus Iunium uocari dixerunt. item IVLIVM a Iulio Caesare, AVGVSTVM uero ab Octauiano Augusto uocauerunt; nam prius Iulius Quintilis et Augustus Sextilis uocabatur, sed eorum nomina a Caesaribus Iulio siue Augusto sunt commutata. iam SEPTEMBER eo quod septimus sit a Martio qui est principium ueris. simili quoque ordine OCTOBER et NOVEMBER et DECEMBER ex nu-

μῆνες: ab eo nostri a mensibus intermestris dictus, quod putabant inter prioris mensis senescentis extremum diem et nouam lunam esse diem quem diligentius Attici ἕνην καὶ νέαν appellarunt; ab eo quod eo die potest uideri extrema et prima luna.' Hyginus P. A. IIII 19: 'Mensem autem quamdiu luna zodiacum circulum perducat'. — Mensium nomina] Isidorus origg. V 33, 3 sqq.: 'Ianuarius mensis a Iano dictus, cui fuit a gentilibus consecratus, uel quia limes et ianua sit anni. unde et bifrons idem Ianus pingitur, ut introitus anni et exitus demonstraretur. Februarius nuncupatur a Februo id est Plutone cui eo mense sacrificabatur. nam Ianuarium diis superis, Februarium diis inferis Romani consecrauerunt. ergo februarius a februo id est a Plutone non a febre id est aegritudine nominatur. Martius appellatus propter Martem Romanae gentis auctorem uel quod eodem tempore cuncta animantia agantur ad mares et ad concumbendi uoluptatem. idem appellatur et mensis nouorum, quia anni initium est Martius. idem et nouum uer, ab indiciis scilicet germinum, quia in eo uiridantibus fructibus nouis transactorum probatur occasus. Aprilis pro Venere dicitur, quasi Aphrodis; Graece enim Ἀφροδίτη Venus dicitur; uel quia in eo mense omnia aperiuntur in florem quasi aperilis. Maius dictus a Maia matre Mercurii uel a maioribus natu qui erant principes rei publicae. nam hunc mensem maioribus, sequentem uero minoribus Romani consecrauerunt; unde et Iunius dictus: ante enim populus in centurias seniorum et iuniorum diuisus erat. Iulius uero et Augustus de nominibus hominum Iulii et Augusti Caesarum nuncupati sunt. nam prius Quintilis et Sextilis uocabantur: Quintilis, quia quintus erat a Martio, quem principem anni testantur esse Romani, Sextilis similiter quia sextus. September nomen habet a numero et imbre, quia septimus est a Martio et imbres habet. sic et October Nouember atque December ex numero et imbribus acceperunt uocabula, quem numerum decurrentem December finit pro eo quod denarius numerus praecedentem numerum claudit.' Augustinus contra Faus-

2 germen plurimum *A* || aperiantur *B* || mercorii *B* || 3 matre *B*^{1} || matre quam deam uocant *Isidorus* || Iunone quam sororem uel coniugem Iouis fuisse testantur *Isidorus* || Iunium] iunioribus *A* || 4 uocare *B om. A* || 5 cessare *B*^{1} cesare *B*^{2} || agustum *A et ita fere semper* augusto *B*^{1} || 6 agusto *B*^{1} agusto *A* || et *om. B* || 7 agustum *A* || noam *A*^{1} || a *om. B*^{1} || cessare *B*^{2} || 8 commotata *A*^{1} nominata *B* || 9 septimum *B*^{1} || similis *B*^{1} || 10 octuber *B*^{1} octimber *D* || nouenber *A* nouiimber *D* || decimber *D* || numero imbrium — ueris] *locus corruptus nescio an Isidori neglegentia*

Digitized by Google

mero † imbrium adque ueris acceperunt uocabula. porro IANVARIVM ex nomine Iani uocauerunt, sed specialiter Ianuarius appellatur eo quod ianua sit anni adque principium. FEBRVARIVM autem a Februis sacris Lupercorum appellauerunt. itaque apud antiquos Latinos decem mensibus cursus anni computabatur. sed Ianuarium Romanis et Februarium

tum XVIII 5: 'sed et mensibus imposuerunt nomina deorum suorum. propter honorem quippe Romuli, quia eum Martis filium crediderunt, primum mensem Marti dicantes Martium uocauerunt. et inde Aprilem a nullo dei sui nomine sed a re ipsa quasi aperilem quod tunc plurimum germinis aperiatur in florem. inde tertium mensem Maium quod Maiam Mercurii matrem deam colunt. inde quartum Iunium a Iunone. inde ceteros usque ad Decembrem a numeris nominarunt. sed ex eis Quintilis atque Sextilis nominibus hominum quibus diuinos honores decreuerant appellati sunt Iulius et Augustus. nam septimus September et ceteri ut dixi usque ad Decembrem numerorum ex ordine pronuntiantur. porro Ianuarius a Iano appellatus est, Februarius a Februis sacris Lupercorum.' Hieronymus comm. in Zach. II 8 tom. VI p. 852 Vall.: 'Ianuarius eo quod ianua anni sit atque principium dicitur.' cf. comm. in Ezech. VIII 29 tom. V p. 341 Vall. — Servius georg. I 43 (unde Isidorus origg. l. c. nonnulla exscripsit): 'Nouum uer ideo ait, quia anni initium mensis est Martius. et sciendum decem tantum menses fuisse apud maiores. Martium autem anni principium habere uoluerunt propter Martem suae gentis auctorem. quod multis firmatur auctoribus. Nigidius in sphaera Graecanica nouum annum aequinoctium uernale nominat. Varro epistolicarum quaestionum: Inter mensem Februarium qui tunc esset extremus, et inter calendas Martias quae tunc erant primae. Atta: Annum nouum noluerunt esse primum mensem Martium. et alibi: Maiores Martium primum habuerunt. Aprilis uero dictus est quasi terras tepore aperiens, Maius a Maia, Iunius a Iunone: quamquam alii a maioribus et iunioribus hos duos menses uelint nominatos. nam ante populus Romanus in centurias iuniorum et seniorum diuisus fuerat. reliqui iam a numero nominabantur, Quintilis Sextilis September October Nouember December. et hi erant tantum decem menses. duo uero propter rationem signorum anni intercalabantur, qui postea a Iano et a Februo nominati sunt. Februus autem est Ditis pater cui eo mense sacrificabatur. Quintilis et Sextilis mutati sunt postea in honorem Iulii Caesaris et Augusti. unde sunt Iulius et Augustus. sic Ouidius in fastis.' — Varro L. L. VI 33 sq.: 'Mensium nomina fere aperta sunt si a Martio ut antiqui constituerunt numeres. nam primus a Marte. secundus ut Fulnius scribit et Iunius a Venere quod ea sit Aphrodite: quoius nomen ego antiquis litteris quod nusquam inueni, magis puto dictum quod uer omnia aperit Aprilem. tertius a maioribus Maius, quartus a iunioribus dictus Iunius. dehinc quintus Quintilis et sic deinceps usque ad Decembrem a numero. ad hos qui additi prior a principe deo Ianuarius appellatus; posterior ut idem di-

---

1 atque AB^2E || acciperunt AB^1D || uocablum A || ianuario B^1 || 2 iam A || s& B^1 *et ita fere semper* || 3 apellatur B || atque AB^2 || 4 febroarium A^1 || febra*s B^1 || sacris et ualidis A || lupercorum id est a plutone cui eo mense sacrificabantur romani B || apellauerunt B || 6 Romanis Ianuarium et Februarium *Beckerus:* ianuarium romani febroarium A^1E iannarium romani dixerunt febroarium A^2B ianuarium romani addiderunt februarium D

Digitized by Google

Numa Pompilius addidit adque ita in XII menses annum distinxit. plerique autem adserunt † Cingum Sabinorum regem prius annum in menses diuisisse, Idus Kalendasque et intercalares dies instituisse. KALENDAS autem a colendo dictas. apud antiquos enim semper mensium principia colebantur. IDVS quoque dictae a diebus et NONAE a nundinis. menses autem omnis apud Latinos ex Kalendis sumunt principium. apud Aegyptios autem principia mensium ante Kalendas quattuor uel quinque siue sex seu septem aut octo dies pronuntiantur, iuxta quod formula subiecta declarat *(figura I)*. dehinc

cunt scriptores ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum februatur populus, id est lupercis nudis lustratur antiquom oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum.' Verrius Flaccus Fast. Praenest.: 'Ianuarius *neque aliter appellatur* in Latio.' 'Martius ab Latinorum *deo Marte appellandi* (?). itaque apud Albanos et plerosque *populos* Latinos idem fuit ante conditam Romam.' '*Aprilis sacer* Veneri quod ea cum *Anchisa parens fuit Aeneae* regis *qui genuit Iulum* a quo populus Romanus ortus est. *Alii putant ita appellatum esse* quia fruges flores animaliaque ac maria et terrae aperiuntur.' Cassiodorius Var. I 35: 'quod ab ipsis quoque mensibus datur intelligi, quando ex numero imbrium futurorum competenter nomina susceperunt.' *Censorini et Macrobi mensium notationes quae hic poterant adnotari in Supplementis posui.* Kalendae Idus Nonae] Isidorus origg. V 33, 12 sqq.: 'Kalendas autem Nonas et Idus propter festos diès Romani instituerunt uel propter officia magistratuum. quidam autem Kalendas a colendo appellari existimant. apud ueteres enim omnium mensium principia colebantur: sicut et apud Hebraeos. Idus autem plerique Latinorum ab edendo dictas putant: quod ii dies apud ueteres epularum essent. Nonae a nundinis uocatae: nundinae enim sunt publicae conuentiones siné mercimonia.' Servius Aen. VIII 654: 'Curiam Calabram dicit, quam Romulus texerat culmis. ideo autem Calabra quod cum incertae essent Kalendae aut Idus a Romulo constitutum est ut ibi patres uel populus calarentur, i. e. uocarentur, ut scirent qua die Kalendae essent uel etiam Idus. a rege sacrificulo idem fiebat ut, quoniam adhuc fasti non erant, ludorum et sacrificiorum praenoscerent dies.' — Varro L. L. VI 27 sq.: 'Primi dies mensium nominati Calendae ab eo

---

1 nūma *BDE* || pampilius *AE*^{1} || addedit *B*^{1} || atque *B*^{2} || itaque in *B om. A* || mensibus *A* || 2 distinexerunt *B* || asserunt *AB*^{2}*D* | cingum *ABDE Cincium scriptorem latere suspicor* Ancum *Arevalus* '*an* Sancum?' *Beckerus* || sauinorum *B*^{1} || 3 diuidisset *B*^{1} || etcatq: adque & *B*^{1} tcatq: & *B*^{2} Kalendas et *A*^{1} || 4 kle *B* || autem *om. A*^{1} || a *om. B* || colendos *B*^{1} colende *A* || dictae *B* || 5 aput *A* || mensuum *B*^{1} || nomina principia *B*^{1}*A*^{2} || 6 dicti *AB*^{1} || dibus *D* diebus uel ab idulio *Arevalus* (edulio *al.*) || nonas *A* non as•nondines dines *B*^{1} || 7 ex] a *B* || Kalendas *A* || 8 mensuum *B*^{1} || 9 quattuor uel quinque siue sex seu septem aut octo dies *al.* quattuor aut quinque *AB*, *Arevalus*, *Beckerus* || des *B*^{1} || 10 insta *B* || formola *AB*^{1}

Digitized by Google

reuerteris ad IIII Kalendas Septembris talique ratione conplentur dies CCCLX mensium Aegyptiorum. V dies supersunt quos *ἐπαγομένους* uel intercalares uocauerunt, de quibus superius memoratum est.

quod his diebus calantur eius mensis Nonae a pontificibus quintanae an septimanae sint futurae in Capitolio in curia Calabra sic: Dies te quinque calo Iuno Couella; Septem dies te calo Iuno Couella. Nonae appellatae aut quod ante diem nonum Idus semper aut quod ut nouus annus calendae Ianuariae ab nouo sole appellatae, nouus mensis ab noua luna Nonis. eodem die in urbem ab agris ad regem conueniebat populus. harum rerum uestigia in sacris Nonalibus in arce, quod tunc ferias primas menstruas quae futurae sint eo mense rex edicit populo. Idus ab eo quod Tusci Itus uel potius quod Sabini Idus dicunt.' Verrius Flaccus Fast. Praen. 1 Ian. (cf. Mommsen. chronol. Rom. p. 17 n. 13): 'Hae et *ceter*ae calendae appellantur quia *prí*mus is dies est, quos pontifex minor quo*libet* mense ad nonas sin*gulas calat* in Capitolio in curia cala*bra*.' Paulus p. 225: 'procalare prouocare ex Graeco *καλεῖν* id est uoco. unde Kalendae calumnia calones et caculae et calatores.' Festus p. 173: 'Nonas quidam a noua luna, quod in eas concurreret principium Lunae: alii quod semper ante diem Iduum nonum essent, scribique ideo debere primam appellationis eius syllabam adiecta u littera.' *Macrobiana quae huc pertinent, vide in Supplementis.* — Annus Aegyptiorum] Geminus isagog. VI p. 33 b. c. d.: *Ὅταν οὖν καὶ οἱ ἐνιαυτοὶ ἀκριβῶς ἄγωνται καθ' ἥλιον, καὶ οἱ μῆνες καὶ αἱ ἡμέραι κατὰ σελήνην, τότε νομίζουσιν οἱ Ἕλληνες κατὰ τὰ πάτρια θύειν. τοῦτο δέ ἐστι κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς αὐτὰς θυσίας τοῖς θεοῖς συντελεῖσθαι. οἱ μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι τὴν ἐναντίαν διάληψιν καὶ πρόθεσιν ἐσχήκασι τοῖς Ἕλλησιν. οὔτε γὰρ τοὺς ἐνιαυτοὺς ἄγουσι καθ' ἥλιον, οὔτε τοὺς μῆνας καὶ τὰς ἡμέρας κατὰ τὴν σελήνην, ἀλλ' ἰδίᾳ τινὶ ὑποστάσει κεχρημένοι εἰσί· βούλονται γὰρ τὰς θυσίας τοῖς θεοῖς μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι ἀλλὰ διὰ πασῶν τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὡρῶν διελθεῖν· καὶ γίνεσθαι τὴν θερινὴν ἑορτὴν καὶ χειμερινὴν καὶ φθινοπωρινὴν καὶ ἐαρινήν· ἄγουσι γὰρ τὸν ἐνιαυτὸν ἡμερῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε. δώδεκα γὰρ μῆνας ἄγουσι τριακονθημέρους, καὶ πέντε ἡμέρας ἐπάγουσι. τὸ δὲ $\frac{\alpha}{\delta}$ οὐκ ἐπάγουσι διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν, ἵνα αὐτοῖς ἀναποδίζωνται αἱ ἑορταί. κ. τ. λ.* Censorinus de die natali XVIII 10: 'Nam eorum *(Aegyptiorum)* annus ciuilis solos habet dies CCCLXV sine ullo intercalari: itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus est quam naturale quadriennium.' Macrobius sat. I 15, 1: 'Tunc Horus, Dies quidem hic, inquit, intercalaris antequam quintus annus incipiat inserendus cum Aegypti matris artium ratione consentit: sed nihil in illorum mensibus explicandis uidetur operosum, quos tricenum dierum omnes habent: eoque explicitis duodecim mensibus id est trecentis sexaginta diebus exactis tunc inter Augustum atque Septembrem reliquos quinque dies anno suo reddunt, annectentes quarto quoque anno exacto intercalarem qui ex quadrantibus confit.'

---

1 reuerte B^1 || quarto B^1 quartu B^2 || septembrium *A* || complentur *B* || 2 diebus *B* || CCCLXXII *A*, *Beckerus* || mensuum B^1 || 3 epagomenas *A* epāg no mina B^1 epac o • menas B^2 || intercalares siue additos *B* intercalares siue addititios *Arevalus*

Digitized by Google

119 Annum uertentem Romae Licinius quidem Macer et postea Fenestella statim ab initio duodecim mensum fuisse scripserunt: sed magis Iunio Gracchano et Fuluio et Varroni et Suetonio aliisque credendum, qui decem mensum putauerunt fuisse, ut tunc Albanis erat unde orti Romani.

120* Ianuarius cum Decembri in horarum mensura concor-

119 Censorinus de die natali XX 2: 'Annum uertentem' e. q. s. — Plutarchus Numa 18: *Πολλοὶ δέ εἰσιν, οἳ καὶ προστεθῆναι τούτους ὑπὸ Νομᾶ τοὺς μῆνας λέγουσι τόν τε Ἰανουάριον καὶ τὸν Φεβρουάριον, ἐξ ἀρχῆς δὲ χρῆσθαι δέκα μόνον εἰς τὸν ἐνιαυτόν, ὡς ἔνιοι τῶν βαρβάρων τρισὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀρκάδες μὲν τέσσαρσιν, ἓξ δὲ Ἀκαρνᾶνες, Αἰγυπτίοις δὲ μηνιαῖος ἦν ὁ ἐνιαυτός, εἶτα τετράμηνος, ὥς φασι.* Gellius III 16, 16: 'Id cum ego ad complures grammaticos attulissem, partim eorum disputabant, Homeri quoque aetate sicuti Romuli annum fuisse non duodecim mensium sed decem.' Servius georg. I 43: 'et sciendum decem tantum menses fuisse apud maiores.' Macrobius sat. I 12, 3: 'Anni certus modus apud solos semper Aegyptios fuit. aliarum gentium dispari numero pari errore nutabat: et ut contentus sim referendo paucarum morem regionum, Arcades annum suum tribus mensibus explicabant Acarnanes sex Graeci reliqui trecentis quinquaginta quattuor diebus annum proprium computabant. non igitur mirum in hac uarietate Romanos quoque olim auctore Romulo annum suum decem habuisse mensibus ordinatum.' Solinus polyh. I p. 3: (Annus) 'apud Aegyptios quattuor mensibus terminabatur, apud Arcadas tribus apud Acarnanas sex in Italia apud Laninios tredecim, quorum annus trecentis septuaginta et quattuor diebus ferebatur. Romani initio annum decem mensibus computauerunt.' Polemius Silvius p. 241 ed. Momms.: 'Annus primum decem mensium fuit qui trecentos et quattuor dies habebat; licet ut auctores plurimi prodiderunt apud Aegyptios quattuor apud Arcades tribus apud Acarnanes sex mensibus computatus fuisse referatur.'

120* Isidorus de natura rerum V: 'De concordia mensium. Ianuarius' e. q. s. Palladius II 23 (cf. XIII 7): 'Hic *(Ianuarius)* mensis in horarum spatio cum Decembri mense conuenit, quarum sic mensura colligitur:

hora I	et XI	pedes XXVIIII
hora II	et X	pedes XVIIII
hora III	et VIIII	pedes XV
hora IIII	et VIII	pedes XII
hora V	et VII	pedes X
hora VI		pedes VIIII.'

III 34 (cf. XII 23): 'Hic *(Februarius)* mensis in horarum mensura cum Nouembri mense concordat, quas hac numeri ratione colligimus:

hora I	et XI	pedes XXVII
hora II	et X	pedes XVII
hora III	et VIIII	pedes XIII
hora IIII	et VIII	pedes X
hora V	et VII	pedes VIII
hora VI		pedes VII.'

IIII 16 (cf. XI 23): 'Hic *(Martius)* mensis ad deprehendendas horas consentit Octobri:

3 Graccho * * * * *Darmstadiensis* graccho *Vaticanus s. X*, *Gorlicensis*, *Leidensis* || 6 decemb *A* decembrio *B* || orarum *AB*^{1}

dat. Februarius cum Nouembri spatium aequale consummat. Martius consentit Octobri. Aprilis aequat Septembrem. Maius respondet Augusto. Iunius compar est Iulio.

ANNVS est circuitus solis ac reditus per duodecim men- 121 *
ses. annum autem quasi anum dici quidam putant id est circulum, unde et anuli dicti sunt diminutiue. principium autem anni alii a bruma putant ut populus Romanus alii ab solstitio ut Graeci alii ab autumpno ut Aegyptii. annum

hora I et XI pedes XXV
hora II et X pedes XV
hora III et VIIII pedes XI
hora IIII et VIII pedes VIII
hora V et VII pedes VI
hora VI pedes V.'

V 9 (cf. X 19): 'Huius *(Aprilis)* mensis horae horis mensis Septembris aequantur hoc genere:

hora I et XI pedes XXIIII
hora II et X pedes XIIII
hora III et VIIII pedes X
hora IIII et VIII pedes VII
hora V et VII pedes V
hora VI pedes IIII.'

VI 18 (cf. VIIII 19): 'In horarum mensuris Maius respondet Augusto:

hora I et XI pedes XXIII
hora II et X pedes XIII
hora III et VIIII pedes VIIII
hora IIII et VIII pedes VI
hora V et VII pedes IIII
hora VI pedes III.'

VII 13 (cf. VIII 10): Iunius ac Iulius horarum sibi aequa spatia contulerunt:

hora I et XI pedes XXII
hora II et X pedes XII
hora III et VIIII pedes VIII
hora IIII et VIII pedes V
hora V et VII pedes III
hora VI pedes II.'

121* Isidorus de natura rerum VI: 'De annis. Annus est circuitus ... menses. cuius quidem nomen figurate significat omne tempus uitae huius, sicut per Esaiam dicitur: Praedicare annum domini acceptabilem; quoniam non ille quo dominus praedicauit solus fuit acceptabilis, sed et totum hoc tempus, iuxta quod ait apostolus: Ecce nunc tempus acceptabile. finem denique huius anni diem iudicii adiunxit dicens: Praedicare annum domini et retributionis. annum autem quasi ... Romanus, alii ab aequinoctio uerno ut Hebraci, alii

---

1 noũ *A* nouembrio *B* || consumat *AB* || 2 octubrio *AB* || septembrio *AB* || maus B^1 || 3 respodit *A* respondit B^1 || anpar B^1 || 4 est *om.* *A* || hac B^1 || redditus *B* || XII *B* || 5 anulum A^2 || dici * * *B* || 6 et *om.* B^1 || 7 ab roma A^1B^1 || populus Romanus *scripsi:* populi Romani *Isidori libri* || a *B* || 8 solistitio *A* sotitio *B in ras.* || autumno *B*

Digitized by Google

autem sapientes partim ciuilem partim naturalem partim magnum esse dixerunt. CIVILIS ANNVS est qui in huius astri recursu per menses XII terminatur. ANNVS NATVRALIS est *** cum se soli luna supponit ut inter orbem solis et oculos nostros media facta tenebras totius orbis efficiat, quod dicitur eclipsis, cuius ratio diutius obscura fuit sed a Milesio quodam philosopho exposita est. ANNVS MAGNVS dicitur quando omnia sidera certis temporibus numerisque completis ad suum

ab solstitio ... dixerunt. Solstitialis annus est cum sol expleto per omnia signa circuitu in id unde principium cursus sui sumpsit recurrit *(ex Ambros. hexaem. IIII 5, 24)*; ipse est solaris annus uel ciuilis, qui diebus CCCLXV peragitur. Annus lunaris idem et communis est, id est qui per XII menses lunares decurrit id est diebus CCCLIIII. Annus embolismus est qui lunas XIII et dies CCCLXXXIII habere monstratur, in quo anno longius dies paschae protenditur. Annus bisextus est in quo unius diei per quadriennium ex quadrantis ratione summa colligitur. Annus iubilaeus est remissionis, qui septenis annorum hebdomadibus id est XLVIIII annis texitur, in quo iuxta legem clangebantur tubae et ad omnes reuertebatur antiqua possessio. Olympias ... lustrabatur. Indictiones Romani inuenerunt, quae per singulos annos usque ad quintum decimum uenientes rursus ad primi anni principium reuoluuntur. Aera quoque Caesaris Augusti tempore posita est, dicta autem aera, ex quo omnis orbis aes reddere professus est rei publicae. aera a die Kalendarum Ianuariarum aderescit. Bisextus autem a sexto Nonas Martias usque ad diem pridie Kalendarum Ianuariarum in lunae cursu adponitur. Annus autem Aegyptiorum sine bisexto initium habet quarto Kalendarum Septembrium, cum bisexto autem a tertio Kalendarum supra scriptarum.' cf. Isidorus origg. V 36 sq. VI 17. — Macrobius comm. I 6, 83: 'Nam per septenos octies solis anfractus reditusque quinquaginta et sex significat annos, anfractum solis et reditum annum uocans: anfractum propter zodiaci ambitum, reditum quia eadem signa per annos singulos certa lege metitur.' Isidorus origg. V 36, 1: 'Annus est solis anfractus, cum peractis trecentis LXV diebus ad eadem siderum loca redit.' — Varro L. L. VI 8: 'Alter motus est solis aliter ac caeli quod mouetur a bruma ad solstitium ..... tempus a bruma ad brumam dum sol redit uocatur annus, quod ut parui circuli anuli sic magni dicebantur circites ani, unde annus.' Servius Aen. I 269: 'Annus autem dictus quasi annuus id est annulus quod in se redeat.' Servius Aen. V 46: 'quia menses in se currunt et annum faciunt, unde et annulus quasi et *annuus*.' Isidorus origg. V 36, 1 sqq.: 'annus autem dictus quia mensibus in se recurrentibus uoluitur. unde et annulus dicitur quasi annuus id est circulus, quod in se redeat. Virgilius: Atque in se sua per uestigia uoluitur annus. sic enim apud Aegyptios indicabatur ante inuentas litteras picto dracone caudam suam mordente, quia in se recurrit. alii annum dicunt *ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι* id est ab innouatione: renouatur enim semper.' cf. Servius Aen. V 85 Lydus de mens. III 3. Macrobius sat. I 14, 5: 'Hinc et Ateius Capito annum a

---

1 sapientes mundi *Isidorus* ‖ partem B^1 *bis* ‖ 2 unius A^1 ‖ 4 ut cum *B* ‖ se *om. A* ‖ subpoponit A^1 ‖ et *om.* B^1 ‖ 6 eclypsis *B* ‖ ‖ melesiam A^1 ●élesia A^2 milesium B^2 ‖ 7 quo *Arevalus* ‖ 8 sydera *B* ‖ completis *A*

Digitized by Google

locum uel ordinem reuertuntur. *** quem annum antiqui undeuicensimo anno finiri uel adimpleri dixerunt. OLYMPIAS uero apud Graecos † annus quartus, ab Olympio agone qui uenit transactis IIII annis, in quibus finem sortitur agonis tempus propter † quadriennii cursum solis et propter quod singulis annis † trium horarum consumptione in quadriennium dies unus

circuitu temporis putat dictum, quia ueteres an pro circum ponere consuerunt, ut Cato in originibus: Arator an terminum, id est circum terminum, et ambire dicitur pro circumire.' — Censorinus XXI 13: 'Aliis a nouo sole id est a bruma, aliis ab aestiuo solstitio, plerisque ab aequinoctio uerno, partim ab autumnali aequinoctio, quibusdam ab ortu uergiliarum, nonnullis ab earum occasu, multis a canis exortu incipere annus naturalis uidetur.' — De eis quae apud Isidorum secuntur in Quaestionibus disputavi. — Censorinus XVIII 8: 'praeterea sunt anni magni complures ut Metonicus, quem Meton Atheniensis ex annis undeuiginti constituit eoque enneadecaeteris appellatur.' — Cicero de natura deorum II 20: 'Quorum ex disparibus motionibus magnum annum mathematici nominauerunt, qui tum efficitur, cum solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatiis est facta conuersio, quae quam longa sit, magna quaestio est'. Censorinus XVIII 11: 'Est praeterea annus quem Aristoteles maximum potius quam magnum appellat, quem solis et lunae uagarumque quinque stellarum orbes conficiunt, cum ad idem signum ubi quondam simul fuerunt una referuntur; cuius anni hiemps summa est cataclysmos, quam nostri diluuionem uocant, aestas autem ecpyrosis, quod est mundi incendium. hunc Aristarchus putauitesse annorum uertentium IↃↃↃↃCLXXXIIII, Aretes Dyrrhachinus VↃLII, Heraclitus et Linus XↃↃↃC, Dion XↃↃↃↃCLXIIII, Orpheus CXX, Cassandrus tricies sexies centum milium: alii uero infinitum esse nec umquam in se reuerti existimarunt.' Servius Aen. I 269: 'Tria sunt genera annorum: aut enim lunaris annus est XXX dierum, aut solstitialis XII mensium aut secundum Tullium magnus qui tenet XII millia quingentos LIIII annos, ut in Hortensio: Et horum annorum quos in fastis habemus, magnus XII millia quingentos LIIII amplectitur.' Servius Aen. III 284: 'Antiqui tempora sideribus computabant et dixerunt primo lunarem annum triginta annorum. unde inuenitur in aliquibus uita nongentorum annorum scilicet lunarium. postea solstitialis annus repertus est qui XII continet menses. mox maiore cura magnum annum esse uoluerunt, omnibus planetis in eundem recurrentibus locum et hic sit ut supradiximus secundum Ciceronis Hortensium post annos XII millia nongentos quinquaginta quattuor, solstitiales scilicet.' Plinius N. H. X 5: 'Cum huius alitis *(Phoenicis)* uita magni conuersionem anni fieri prodit idem Mamilius, iterumque significationes tempestatum et siderum easdem reuerti, hoc

---

1 antiqui magnum uocauerunt BA^2 *(nisi quod* A^2 uocauerun) || unde de XX *B* undeuicesimo *Valent. et Malacitan. Griali* uicesimo *Ovet. Goth. Griali* sexcentesimo *Grialius* || 2 annos B^1 annis B^2 || finire AB^1 || adimplere AB^1 || *olpias B^1 olipias B^2 || uero] enim est *B* || aput *A* || 3 annos B^1 || Olimpia A^1B^1 olimpi B^2 || 4 annis IIII *B* || in cuius *B* || fine B^2 || sortiatur B^1 || 5 quadrienni *B* || et *om. A* || 6 trium] *immo* sex || orarum *A* || consumtione *B* || quatrienni B^1 quadriennio B^2

conpleatur. hoc tempore mittebantur circum ciuitates admonituri ut non solum undique sed etiam ab omni genere omnique aetate et sexu conueniretur. LVSTRVM quinquennii tempus apud Romanos, dictum autem quia census per quinquennium in re publica agebatur, deinde post peractum censum sacrificio facto urbs Roma lustrabatur.

autem circa meridiem incipere quo die signum arietis sol intrauerit et fuisse eius conuersionis annum prodente se P. Licinio Cn. Cornelio consulibus ducentesimum quintum decumum.' Macrobius comm. II 11, 8 sqq.: 'Annus uero qui mundanus uocatur qui uere uertens est, quia conuersione plenae uniuersitatis efficitur, largissimis seculis explicatur: cuius ratio talis est. stellae omnes et sidera quae infixa caelo uidentur, quorum proprium motum numquam uisus humanus sentire uel deprehendere potest, mouentur tamen et praeter caeli uolubilitatem qua semper trahuntur suo quoque accessu tam sero promouentur ut nullius hominum uita tam longa sit, quae obseruatione continua factam de loco permutationem, in quo eas primum uiderat, deprehendat. mundani ergo anni finis est, cum stellae omnes omniaque sidera quae ἀπλανὴς habet a certo loco ad eundem locum ita remeauerint, ut ne una quidem caeli stella in alio loco sit quam in quo fuit, cum omnes aliae ex eo loco motae sunt ad quem reuersae anno suo finem dederunt: ita ut lumina quoque cum erraticis quinque in isdem locis et partibus sint in quibus incipiente mundano anno fuerunt. hoc autem ut physici uolunt post annorum quindecim millia peracta contingit.' — Censorinus XVIII 3 sq.: 'Postea cognito errore hoc tempus duplicarunt et tetraeterida fecerunt. sed et eam quod quinto quoque anno redibat pentaeterida nominabant. qui annus magnus ex quadriennio commodior uisus est * * solis annum constare ex diebus CCCLXV et diei parte circiter quarta, quae unum in quadriennium diem conficeret. quare agon et in Elide Ioui Olympio et Romae Capitolino quinto quoque anno redeunte celebratur.' 12 sqq.: 'Sed horum omnium pentaeteridas maxime notandis temporibus Graeci obseruant id est quaternum annorum circuitus quas uocant olympiadas ... idem tempus anni magni Romanis fuit quod lustrum adpellabant, ita quidem a Seruio Tullio institutum ut quinto quoque anno censu ciuium habito lustrum conderetur. sed non ita a posteris seruatum. nam cum inter primum a Seruio rege conditum lustrum et id quod ab imperatore Vespasiano V et T. Caesare III Coss. factum est anni interfuerint paulo minus DCL, lustra tamen per ea tempora non plura quam LXXV sunt facta et postea plane fieri desierunt. rursus tamen annus idem magnus per Capitolinos agonas coeptus est diligentius seruari, quorum agonum primus a Domitiano institutus fuit duodecimo eius et Ser. Cornelii Dolabellae consulatu.' — Varro L. L. VI 11: 'Lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, id est soluendo: quod quinto quoque anno uectigalia et ultro tributa per censores persoluebantur. Seclum spatium annorum centum uocarunt dictum a sene quod longissimum spatium senescendorum hominum id putarant. Aeuom ab aetate omnium

1 compleatur *B* || oc B^1 || mittebant *AB* || admonitor *B* || 2 nol *A* || 3 LVSTRVM lustrum *B* || lustrum est *A* || quinquenni B^1 || tempus est *B* || 4 autem lustrum A^2 || quiaa B^1 || 5 rēpublica B^2 || 6 & sacrificio *B* || inlustrabatur *A*

Digitized by Google

TEMPORA a motu siderum sunt dicta. anni quattuor tem- 122*
pora adscribuntur: hiemis ueris aestatis adque autumpni. VER constat ex humore et igni, AESTAS ex igni et siccitate,

annorum; hinc aeuiternum quod factum est aeternum; quod Graeci *αἰῶνα* id ait Chrysippus esse *ἀεὶ ὄν*. ab eo Plautus:

non omnis aetas ad perdiscendum est satis,

hinc poetae Aeterna templa caeli.'

122* Isidorus de natura rerum VII: 'De temporibus. Sic ait Ambrosius: Tempora sunt uices mutationum, in quibus sol certa cursus sui dimensione anni orbem in confusa uarietate distinguit. tempora autem a motu siderum sunt dicta, unde et deus cum haec instituerit dixit: Et sint in signa et in tempora et in dies et in annos, id est in aliquo mutabili motu, cuius aliud prius aliud posterius praeterit eo quod simul esse non possint. tempus iuxta Hebraeos integer annus est secundum illud in Daniele: Tempus et tempora et dimidium temporis, per tempus annum significans, per tempora duos et per dimidium menses sex. iuxta Latinos autem unius anni quattuor tempora adscribuntur: hiemis ueris aestatis adque autumpni. Hiemps est cum sol meridianis partibus inmoratur; tunc enim sol longius abest terraque rigescit gelu adque stringitur et prolixiora sunt spatia noctis quam diei. hinc causa oritur ut hibernis flatibus nimia uis niuium pluuiarumque fundatur. Ver est cum sol ex meridianis decedens partibus super terram redit et noctis ac diei exaequat tempora et temperiem aeris reducit adque fouens omnia repetendos cogit in partus, ut terra germinet ac resoluta sulcis semina reuiuiscant adque omnium generum quae in terris uel aquis sunt annuis fetibus successio propagetur. Aestas est cum sol in septentrionem se subrigit et spatia diurna producit, noctes uero coartat et astringit. itaque quo magis sol usu adsiduo aeri huic copulatur adque miscetur, eo amplius aerem ipsum naporat et humore exsiccato fatiscit in puluerem et adolescere facit semina et tamquam sucos uiridis maturescere cogit poma siluarum. tunc quia sol aestiuis flagrat ardoribus, minores umbras facit in meridiano quoniam ex alto hunc inluminat locum. Autumpnus est, dum rursus sol a summo caeli descendens infringit aestuum magnitudinem et paulisper relaxato ac deposito calore praestat temperiem sequenti tempestate uentorum et turbine procellarum et ui fulminum tonitruumque sonantium. Quoniam certis distinctionibus uicissitudines temporum iuxta priorum definitiones praestrinximus, nunc qualiter eadem tempora naturalibus circulis sibi inuicem conligantur expediamus. uer quippe constat ... dies CCCLXV. haec itaque secundum naturalem differentiam. ceterum iuxta allegoriam hiemps temporalis intellegitur tribulatio, quando tempestates et turbines saeculi incumbunt. aestas est fidei persecutio, quando doctrina perfidiae aridítate siccatur. uer autem nonitas est fidei siue pax, quando post hiemis tribulationem tranquillitas ecclesiae redditur, quando mensis nouorum id est pascha agni celebratur, quando terra floribus id est ecclesia sanctorum coetibus decoratur. annus itaque ambitu solis et mensium explicatur. tempora mutationum uicibus euoluuntur. mensis lunae incremento senioque conficitur. hebdomada septenario dierum numero terminatur. dies et nox recursantium luminum ac tenebrarum alternis uicibus reparantur. hora motibus quibusdam et momentis exple-

1 modu B^1 || dicta *om.* B || IIII B || 2 asscribuntur B^2 || uaeris A uerni B || atque B^2 || autumni B^2 autumnum B^1 || 3 uaer A || umore A || igne B || ex igni *om.* B^1 || igne B^2 || et] ex B^1 || siccitate et caleditate B^1

Digitized by Google

AVTVMPNVS ex siccitate et frigore, HIEMPS ex frigore et humore. unde etiam sunt tempora a communionis temperamento dicta: cuius communionis haec est figura *(figura II)*. quorum temporum haec sunt principia: uer exoritur octauo Kal.

tur.' cf. epist. Theophili Alexandrini episc. ab Hieronymo versa I p. 621 Vall. — Ambrosius hexaem. IIII 5, 21: 'Tempora autem quae sunt nisi mutationum uices, hiems uer aestas atque autumnus? in istis igitur temporibus aut uelocior est transitus solis aut tardior. alia enim praestringit radiis suis alia inflammat caloribus. itaque cum sol meridianis partibus immoratur hiems nobis est. nam cum sol longius abest, terra rigescit gelu, stringitur frigore et plurima noctis umbra terras operit, ut multo prolixiora sint noctis spatia quam diei. hinc oritur causa ut hibernis flatibus nimia uis niuium pluuiarumque fundatur. cum uero ex meridianis decedens partibus supra terram redit, noctis ac diei exaequat tempora; et quo magis moras suis adiungit cursibus, eo paulatim temperiem aeris huius reducit et renocat aurarum clementiam, quae fouens omnia repetendos cogit in partus, ut terra germinet ac resoluta sulcis semina reuiuiscant, uirescant arbores, ad perpetuitatem quoque conseruandi generis eorum quae uel in terris sunt uel aquis gaudent annuis fetibus successio propagetur. ast ubi ad aestiuas conuersiones in septemtrionem se subrigit, spatia diurna producit, noctes uero arctat et adstringit. itaque quo magis usu assiduo aeri huic copulatur atque miscetur, eo amplius et ipsum aerem uaporat et terrarum exsiccat humorem, adolescere facit semina et tamquam in succos uiriles maturescere poma siluarum. tunc quia flagrantior est, minores umbras facit in meridiano, quoniam ex alto hunc inluminat locum.' 23: 'Exemplum ergo possumus accipere; quia hiemales dies breues sed umbras maiores habent: aestiui dies maiores sed umbras minores habent. medio quoque die minor umbra quam uel in principio est diei uel fine: et hoc apud nos in parte occidentis. postea nos autumnus excipiens infringit quidem aestuum magnitudinem: sed paulisper relaxato ac deposito calore per temperiem medii moderaminis sine fraude nos atque ulla noxa flatibus tradit hiemalibus.' ex Basili hex. pag. 57 c. d. e. 58 a. b. Isidorus origg. V 35: 'Tempora anni quattuor sunt: uer aestas autumnus et hiems. dicta sunt tempora a communionis temperamento, quod inuicem se humore siccitate calore et frigore temperent. haec et curricula dicuntur quia non stant sed currunt. constat autem post factum mundum ex qualitate cursus solis tempora in ternos menses fuisse diuisa. quorum temporum discretionem talem ueteres faciunt, ut primo mense uer nouum dicatur, secundo adultum, tertio praeceps. sic et aestas in suis tribus mensibus noua adulta et praeceps. item hiems noua adulta et praeceps siue extrema. unde et illud: 'Extremae sub casum hiemis *(e Serv. georg. I 43)*. uer autem dictum quod uiret: tunc enim post hiemem uestitur tellus herbis et in florem cuncta rumpuntur. aestas dicta ab aestu id est calore et aestas quasi usta id est exusta et arida. nam calor aridus est. autumnus autem a tempestate uocatus, quando et folia arborum cadunt et omnia maturescunt. hiemem uero ratio hemisphaerii nuncupauit quia

---

1 autumnus *B* || citate B^1 sicitate B^2 || fulgure B^1 || hiemis *B* || fulgure B^1 || 2 temperamenta • B^1 temperamenta *A* || 3 DE QVATTVOR TEMPOR *A* || 4 sunt temporum haec *B* || uernus *AB* || exoretur B^1 || exoritur ab A^2 || octabo *A* VIII *B*

Digitized by Google

Martias permanens diebus XCI. aestas incipit nono Kal. Iunias, permanet diebus XCI. autumnus sumit principium X Kal. Septembris, diebus XCIII. hiemps inchoat VIII

tunc breuiore sol uoluitur circulo. unde et hoc tempus bruma dicitur. quasi βραχὺς id est breuis uel a cibo quod maior sit tunc uescendi appetitus. edacitas enim Graeci βρῶμα appellatur, unde et brumatici dicuntur quibus fastidium est ciborum. hibernus autem inter hiemem et uernum est quasi hiuernus qui plerumque a parte totam hiemem significat. haec tempora singulis etiam coeli partibus ascribuntur. uer quippe orienti datur quia tunc ex terris omnia oriuntur; aestas uero meridiana, eo quod pars eius calore flagrantior sit; hiems septemtrioni eo quod frigoribus et perpetuo gelu torpet; autumnus occiduo propter quod graues morbos habet, unde et tunc omnia folia arborum defluunt. ut autumnus abundet morbis, facit hoc confinium frigoris et caloris et compugnantia inter se contrariorum aerum.' — Varro L. L. VI 3: 'Tempus esse dicunt interuallum mundi motus. id diuisum in parteis aliquot maxume ab solis et lunae cursu; itaque ab eorum tenore temperato tempus dictum, unde tempestiua: et a motu eorum qui toto caelo coniunctus, mundus.' 9: 'Huius temporis *(anni)* pars prima hiems quod tam multi imbres; hinc hibernacula, hibernum; tempus secundum uer quod tum uinere incipiunt uirgulta ac uertere se tempus anni; nisi quod Iones dicunt ἦρ uer. tertium ab aestu aestas; hinc aestiuum; nisi forte a Graeco αἴθεσθαι. quartum autumnus * * * .' Plinius N. H. II 105: 'Quis enim aestates et hiemes quaeque in temporibus annua uice intelleguntur siderum motu fieri dubitet? ut solis ergo natura temperando intellegitur anno' e. q. s. — Macrobius sat. VII 5, 20: 'Ver calidum fecit *(deus)* et humectum, sicca est aestas et calida, auctumnus siccus et frigidus, hiems humida pariter et frigida est.' — Plinius II 122 sqq.: 'Ver ergo aperit nauigantibus maria, cuius in principio fauonii hibernum molliunt caelum sole aquari XXV optinente partem. is dies sextus Februarias ante idus. conpetit ferme et hoc omnibus quos deinde ponam per singulas intercalationes uno die anticipantibus rursusque lustro sequenti ordinem seruantibus. fauonium quidam a. d. VIII. Kalendas Martii chelidonian uocant ab hirundinis uisu, nonnulli uero ornithian uno et LXX die post brumam ab aduentu auium, flantem per dies nouem ... dat aestatem exortus uergiliarum in totidem partibus tauri sex diebus ante Mai idus ..... post eos *(Etesias ventos)* rursus austri frequentes usque ad sidus arcturi quod exoritur undecim diebus ante aequinoctium autumni. cum hoc corus incipit. corus autumnat ..... post id aequinoctium diebus fere quattuor et quadraginta uergiliarum occasus hiemem inchoat, quod tempus in III. idus Nouembris incidere consueuit.' Plinius N. H. XVIII 218: 'Omnis autem ratio obseruata est tribus modis, exortu siderum occasuque et ipsorum temporum cardinibus.' 220 sqq.: 'Cardo temporum quadripertita anni distinctione constat per incrementa lucis. augetur haec a bruma et aequatur noctibus uerno aequinoctio diebus XC horis tribus. dein superat noctis ad solstitium diebus XCIIII horis duodecim, * * usque ad aequinoctium autumni, et tum aequata die procedit ex eo ad brumam diebus LXXXVIII horis tribus. horae nunc in omni accessione aequinoctiales, non cuiuscumque diei significantur omnesque eae differentiae fiunt in octauis partibus signorum, bruma capricorni a. d. VIII Kalendas Ianuar. fere, aequinoctium uernum arietis solstitium cancri,

---

1 diebus *AB* || VIII B^1 VIIII B^2 || 2 permanet *om.* *B* || die *A* || 3 d *A* || XCII *B* XCI *A* || hiems A || inquoat AB^1 || VII *A*

Kal. Decembris, diebus XC. inde fiunt anni uertentis dies CCCLXV.

123* SOLSTITIA duo sunt: primum HIEMALE VIII Kal. Ianuarias, quo sol stat et crescunt dies: alterum AESTIVVM VIII Kal. Iulias, quo sol stat et crescunt noctes. his contraria duo AEQVINOCTIA sunt: unum VERNALE VIII Kal. Aprilis, quo dies crescunt: alterum ANTVMPNALE VIII Kal. Octobris, quo dies minuuntur. solstitium autem dicitur quasi

alterumque aequinoctium librae, qui et ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent. rursus hi cardines singulis etiamnum articulis temporum diuiduntur, per media omnes dierum spatia, quoniam inter solstitium et aequinoctium autumni fidiculae occasus autumnum inchoat die XLVI, at ab aequinoctio eo ad brumam uergiliarum matutinus occasus hiemem die XLIIII, inter brumam et aequinoctium die XLV flatus fauoni uernum tempus, ab aequinoctio uerno initium aestatis die XLVIII uergiliarum exortu matutino.' 237: 'A fauonio in aequinoctium uernum Caesari significat, XIIII Kalendas Mart. triduum uarie, et Kalendas hirundinis uisu et postero die arcturi exortu uespertino.' 239: 'interim ab eo die quisquis ille fuerit, quo flare *(favonius)* coeperit, non utique VII idus Febr. sed siue ante, quando praeuernat, siue postea, quando hiemat post diem certum' e. q. s. 246: 'aequinoctium uernum a. d. VIII Kalendas April. peragi uidetur.' 248: 'sic fere in VI idus *(Maias)*, qui est uergiliarum exortus, decurrunt sidera.' 255: XI Kalendas (*Iunias*) Caesari Orionis gladius occidere incipit.' 256: 'VIII Kalendas Iulias uero longissimus dies totius anni et nox breuissima solstitium conficiunt.' 271: 'III idus *(Aug.)* fidicula occasu suo autumnum inchoat uti is *(Caesar)* adnotat. sed uera ratio id fieri inuenit VI idus easdem.' cf. 289. 309: 'Kalend. Septembris Caesari et Assyriae stella quae uindemitor appellatur exoriri mane incipit uindemiae maturitatem promittens.' 311: 'ipsumque aequinocti sidus VIII Kalendas Octobris.' 314: 'III idus (*Nou.*) uergiliae occidunt.' — Columella XI 2, 15: 'VII Idus Febr. fauonii spirare incipiunt.' 21: 'VII Cal. Martii hirundo conspicitur.' 36: 'Decimo Cal. Maias Vergiliae cum sole oriuntur.' 39: 'VII Idus Maias aestatis initium.' 40: 'VI Idus Vergiliae totae apparent.' 57: 'Pridie Idus Aug. Fidis occidit mane et autumnus incipit.' 58: 'XIII Cal. Sept. .... fidis occidit. decimo Kal. Septemb. ex eodem sidere tempestas plerumque oritur et pluuia.' 84: 'sexto Idus Nouembris Vergiliae mane occidunt .... quinto (quarto *Pontedera*) Idus Nouembris hiemis initium.'

123* Isidorus de natura rerum VIII: 'De solstitio et aequinoctio. Solstitia duo sunt' e. q. s. — Servius georg. I 100 (unde eadem Isidorus origg. V 34): 'Duo sunt solstitia: unum aestiuum VIII Kalend. Iulii die, quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos; et aliud hiemale VIII Kalendarum Ianuarii die, quo tempore sol altiores incipit circulos petere. unde hiemalis solstitii dies minimus, sicut aestiui maximus inuenitur ..... duo aequinoctia unum uernale et aliud auctumnale

---

1 d *A* || XCI *A* || unde *B* || efiunt *A* fiuiunt *B* || 3 solesticia A^1 solistitia BA^2 || hiemalem A^bIbernale *B* || ian *A* ianuariarum B^2 || 4 quod B^1 || 5 iūl. k *A* || quod B^1 || 6 uernalem *A* || 7 ex quo *AB* || autumnale *B* || 8 octubris B^1 || solesticiam A^1 solistitium BA^2

solis statio. aequinoctium uero, quod tunc dies et nox in aequitatem horarum duodenarum reuertantur coaequatis spatiis suis. solstitium autem aestiuum ideo LAMPADA dicitur eo quod ex eo die lampas solis claritatem maiorem accipiat caloremque nimium aduenientis aestatis infundat.

quae Graeci *ἰσημερίας* uocant. sunt autem VIII Kalendas Aprilis et VIII Kalend. Octob. die.' Varro L. L. 8: 'Dicta bruma quod breuissimus tunc dies est; solstitium quod sol eo die sistere uidebatur; aut quod ad nos uersum proximum est solstitium. quom uenit in medium spatium inter brumam et solstitium, quod dies aequus fit ac nox aequinoctium dicitur.' — Glossarium Vaticanum (Auct. class. ed. Mai. V p. 566): 'Lampadas (*immo* lampada), solstitium aestiuum, quod est 'VIII' Kal. iulias; ideo lampadas (*immo* lampada) dicitur eo quod ex eo die lampas solis claritatem maiorem accipiat caloremque nimium aduenientis aestatis infundat.'

---

1 equinoctio B^1 || 2 equitate A || orarum A^1B^1 || duodenarium A || quoequatis B quo equantib; A || 3 solesticium A^1 solistitium BA^2 || lampada *scripsi:* lampadas AB^1 lampas B^2 || 4 lampadas B^1A^2 || 5 caloremqẽ B || aduenientes B^1 aduentu *vulgo* || statis A aestates B^1 || infundant A

SVPPLEMENTA LIBRI DE ANNO ROMANORVM

Censorinus de die natali XVI 7. Itaque ut saecula possim percurrere et hoc nostrum praesens designare, omissis aureis argenteisque et hoc genus poeticis a conditu urbis Romae patriae nostrae communis exordiar, XVII. et quoniam saecula aut naturalia sunt aut ciuilia, prius de naturalibus dicam. 2. Saeculum est spatium uitae humanae longissimum partu et morte definitum. quare qui annos triginta saeculum putarunt multum uidentur errasse. hoc enim tempus *γενεὰν* uocari Heraclitus auctor est, quia orbis aetatis in eo sit spatio. orbem autem uocat aetatis, dum natura humana a sementi ad sementem reuertitur. hoc quidem *γενεᾶς* tempus alii aliter definierunt. Herodicus annos quinque et uiginti scribit dici *γενεάν*, Zenon triginta. 3. Saeculum autem quid sit usque adhuc arbitror ad subtile examinatum non esse. poetae quidem multa incredibilia scripserunt nec minus historici Graeci, quamuis eos a uero par non fuit decedere; ut Herodotus, apud quem legimus Arganthonium Tartessiorum regem centum et quinquaginta annorum fuisse, aut Ephorus qui tradit Arcadas dicere apud se reges antiquos aliquot ad trecentos uixisse annos. 4. uerum haec ut fabulosa praetereo: sed inter ipsos astrologos qui in stellarum signorumque ratione uerum scrutantur nequaquam etiam conuenit. Epigenes in centum duodecim annis longissimum uitam constituit, Berosos autem centum sedecim: alii ad centum uiginti annos produci posse, quidam etiam ultra crediderunt. fuerunt qui non idem putarent ubique obseruandum, sed uarie per diuersas regiones, pro ut in singulis sit caeli ad circulum finitorem inclinatio, quod uocatur clima. 5. Sed licet ueritas in obscuro lateat, tamen in unaquaque ciuitate quae sint naturalia saecula rituales Etruscorum libri uidentur docere, in quis scriptum esse fertur initia sic poni saeculorum. quo die urbes atque ciuitates constituerentur, de his qui eo die nati essent eum qui diutissime uixisset die mortis suae primi saeculi modulum finire, eoque die qui essent reliqui in ciuitate, de his

Digitized by Google

rursum eius mortem qui longissimam aetatem egisset finem esse saeculi secundi. sic deinceps tempus reliquorum terminari. sed ea quod ignorarent homines, portenta mitti diuinitus quibus admonerentur unumquodque saeculum esse finitum. 6. haec portenta Etrusci pro haruspicii disciplinaeque suae peritia diligenter obseruata in libros retulerunt. quare in Tuscis historiis, quae octauo eorum saeculo scriptae sunt, ut Varro testatur, et quot numero saecula ei genti data sint et transactorum singula quanta fuerint quibusue ostentis eorum exitus designati sint continetur. itaque scriptum est quattuor prima saecula annorum fuisse centenum, quintum centum uiginti trium, sextum undeuiginti et centum, septimum totidem, octauum tum demum agi, nonum et decimum superesse, quibus transactis finem fore nominis Etrusci. 7. Romanorum autem saecula quidam ludis saecularibus putant distingui; cui rei fides si certa est, modus Romani saeculi est incertus. temporum enim interualla, quibus ludi isti debeant referri, non modo quanta fuerint retro ignoratur sed ne quanta quidem esse debeant scitur. 8. nam ita institutum esse ut centesimo quoque anno fierent, id cum Antias aliique historici auctores sunt, tum Varro de scaenicis originibus libro primo ita scriptum reliquit: Cum multa portenta fierent, et murus ac turris, quae sunt inter portam Collinam et Esquilinam, de caelo tacta essent, et ideo libros Sibyllinos XV uiri adissent, renuntiarunt uti Diti patri et Proserpinae ludi Tarentini in campo Martio fierent tribus noctibus, et hostiae furuae immolarentur, utique ludi centesimo quoque anno fierent. 9. item T. Liuius libro CXXXVI: Eodem anno ludos saeculares Caesar ingenti adparatu fecit, quos centesimo quoque anno — is enim terminus saeculi — fieri mos. * * ut contra decimo centesimoque anno repetantur tam commentarii XV uirorum quam D. Augusti edicta testari uidentur, adeo ut Horatius Flaccus in carmine quod saecularibus ludis cantatum est id tempus hoc modo designauerit: Certus undenos decies per annos Orbis ut cantus referatque ludos Ter die clara totiensque grata Nocte frequentes. 10. quae dissensio temporum, si ueterum reuoluantur annales, longe magis in incerto inuenietur. primos enim ludos saeculares exactis regibus post Romam conditam annis CCXLV a Valerio Publicola institutos esse * * ad XV uirorum commentarios, anno CCLXXXXVIII M. Valerio Spurio Verginio Coss. * * anno post urbem conditam octauo et quadringentesimo, ut uero in commentariis XV uirorum scriptum est anno CCCC et decimo M. Valerio Coruo II C. Poetilio Coss. tertii ludi fuerunt Antiate Liuioque auctoribus P. Claudio Pulchro L. Iunio Pullo Coss. * * anno quingentensimo duodeuicensimo P. Cornelio Lentulo C. Licinio Varo Coss. 11. de quartorum ludorum anno triplex opinio est. Antias enim et Varro et Liuius relatos esse prodiderunt L. Marcio Censorino M'. Manilio Coss. post Romam conditam anno DCV. at Piso Censorius et Cn. Gellius, sed et Cassius Hemina, qui illo tempore uiuebat, post annum factos tertium adfirmant Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio Achaico Coss., id est anno DCVIII. in XV uirorum autem commentariis notantur sub anno DCXXVIII M. Aemilio Lepido L. Aurelio Oreste Coss. quintos ludos C. Furnio C. Iunio Silano Coss. anno DCCXXXVII Caesar Augustus et Agrippa fecerunt. sextos autem fecit Ti. Claudius Caesar se IIII et L. Vitellio III Coss. anno DCCC, septimos Domitianus se XIIII et L. Minucio Rufo Coss. anno DCCCXXXXI, octauos imperatores Septimius et M. Aurelius Antoninus Cilone et Libone Coss. anno DCCCCLVII. 12. hinc animaduertere licet neque post centum annos ut hi referentur ludi statum esse neque post centum decem. quorum etiamsi alterutrum retro fuisset obseruatum, non tamen satis id argumenti esset quo quis his ludis saecula discerni constanter adfirmet, praesertim cum ab urbis primordio ad reges exactos, annos CCXLIIII, ludos factos esse, auctor sit nemo, quod tempus procul dubio naturali maius est saeculo. 13. quodsi quis credit

Digitized by Google

ludis saecularibus saecula *, sola nominis origine inductus, sciat saeculares dici potuisse quod plerumque semel fiant hominis aetate, ut multa alia quae rara sunt post saeculum euenire loquentium consuetudo usurpat. Sed nostri maiores quod naturale saeculum quantum esset exploratum non habebant, ciuile ad certum modulum annorum centum statuerunt. testis est Piso, in cuius annali septimo scriptum est sic: Roma condita anno DC septimum accipit saeculum his consulibus qui proximi sunt consules, M. Aemilius M. f. Lepidus C. Popilius II absens. sed ut hunc annorum numerum constituerent nostri, non nihil causae fuit, primum quod multos suorum ciuium ad hunc aetatem producere uidebant, dein quod Etruscos, quorum prima saecula centenum fuerunt annorum, etiam hic ut in aliis plerumque imitari noluerunt. 14. praeterea fieri potest quod refert Varro, quodque Dioscorides astrologus scribit, Alexandriae inter eos qui mortuos sallunt constare hominem plus centum annos uiuere non posse, idque cor hominum declarare eorum qui integri perierunt sine corporis tabe; ideo quod multis annis pendendo cor omnis aetatis incrementa et deminutiones obseruent: et anniculi pendere duas drachmas, bimi quattuor, et sic in annos singulos usque ad quinquaginta accedere binas; ab iis centum drachmis ab usque anno quinquagensimo item decedere in unoquoque binas; ex quo perspicuum sit centensimo anno redire ad anni primi pondus nec longius uitam posse producere. 15. Quoniam igitur ciuile Romanorum saeculum centum annis transigitur, scire licet in decimo saeculo et primum natalem tuum fuisse et hodiernum esse. quot autem saecula urbi Romae debeantur, dicere meum non est: sed quid apud Varronem legerim, non tacebo, qui libro antiquitatum duodeuicensimo ait fuisse Vettium Romae in augurio non ignobilem ingenio magno cuiuis doctiori in disceptando parem; eum se audisse dicentem, si ita esset ut traderent historici de Romuli urbis condendae auguriis ac XII ulturiis, quoniam CXX annos incolumis praeteriisset populus Romanus, ad mille et ducentos peruenturum. XVIII. Hactenus dictum de saeculo: nunc de annis maioribus dicam, quorum magnitudo adeo diuersa tam gentibus obseruata quam auctoribus tradita est, ut alii annum magnum esse in annis uertentibus duobus, alii in multis milibus annorum arbitrati sint. quod quale sit iam hinc conabor absoluere. 2. Veteres in Graecia ciuitates cum animaduerterent, dum sol annuo cursu orbem suum circumit, lunam nouam interdum terdecies exoriri idque saepe alternis fieri, arbitrati sunt lunares duodecim menses et dimidiatum ad annum naturalem conuenire. itaque annos ciuiles sic statuerunt, ut intercalando facerent alternos duodecim mensum, alternos tredecim, utrumque annum separatum uertentem, iunctos ambo annum magnum uocantes. idque tempus trieterida adpellabant, quod tertio quoque anno intercalabatur, quamuis biennii circuitus et reuera dieteris esset; unde mysteria, quae Libero patri alternis fiunt annis, trieterica a poetis dicuntur. 3. postea cognito errore hoc tempus duplicarunt et tetraeterida fecerunt: sed et eam quod quinto quoque anno redibat pentaeterida nominabant. qui annus magnus ex quadriennio commodior uisus est * * solis annum constare ex diebus CCCLXV et diei parte circiter quarta, quae unum in quadriennium diem conficeret. 4. quare agon et in Elide Ioui Olympio et Romae Capitolino quinto quoque anno celebratur. hoc quoque tempus, quod ad solis modo cursum nec ad lunae congruere uidebatur duplicatum est et octaeteris facta quae tunc enneaeteris uocitata, quia primus eius annus nono quoque anno redibat. 5. hunc circuitum uerum annum magnum esse pleraque Graecia existimauit, quod ex annis uertentibus solidis constaret, ut proprie in anno magno fieri par est. nam dies sunt solidi IIDCCCCXXII, menses solidi uno minus centum, annique uertentes solidi octo. hanc octaeterida uulgo creditum est ab Eudoxo Gnidio institutam, sed alii Cleostratum Tenedium primum ferunt composuisse et

postea alios aliter, qui mensibus uarie intercalandis suas octaeteridas protulerunt, ut fecit Harpalus Nauteles Menestratus item alii in quis Dositheus, cuius maxime octaeteris Eudoxi inscribitur. 6. ob hoc in Graecia multae religiones hoc interuallo temporis summa caerimonia coluntur, Delphis quoque ludi qui uocantur Pythia post annum octauum olim conficiebantur. proxima est hanc magnitudinem quae uocatur dodecaeteris ex annis uertentibus duodecim. 7. huic anno Chaldaico nomen est quem genethliaci non ad solis lunaeque cursus sed ad obseruationes alias habent accommodatum, quod in eo dicunt tempestates frugumque prouentus ac sterilitates item morbos salubritatesque circumire. 8. praeterea sunt anni magni complures ut Metonicus quem Meton Atheniensis ex annis undeuiginti constituit eoque enneadecaeteris appellatur et intercalatur septies in eoque anno sunt dierum VI milia et DCCCCXL. est et Philolai Pythagorici annus ex annis quinquaginta nouem, in quō sunt menses intercalares uiginti et unus; item Callippi Cyziceni ex annis septuaginta sex, ita ut menses duodetriginta intercalentur; et Democriti ex annis LXXXII cum intercalariis perinde uiginti octo; 9. sed et Hipparchi ex annis CCCIIII, in quo intercaletur centies decies bis. haec annorum magnitudo eo discrepat, quod inter astrologos non conuenit quanto uel sol plus quam trecentos sexaginta quinque dies in anno conficiat uel luna minus quam triginta in mense. 10. ad Aegyptiorum uero annum magnum luna non pertinet, quem Graece *κυνικὸν* Latine caniculārem uocamus, propterea quod initium illius sumitur, cum primo die eius mensis quem uocant Aegyptii *Θωυθὶ* caniculae sidus exoritur. nam eorum annus ciuilis solos habet dies CCCLXV sine ullo intercalari: itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus est quam naturale quadriennium, eoque fit ut anno $\overline{\alpha}$CCCCLXI ad idem reuolnatur principium. hic annus etiam *ἡλιακὸς* a quibusdam dicitur et ab aliis *θεοῦ ἐνιαυτός*. 11. est praeterea annus quem Aristoteles maximum potius quam magnum appellat, quem solis et lunae uagarumque quinque stellarum orbes conficiunt, cum ad idem signum ubi quondam simul fuerunt una referuntur: cuius anni hiemps summa est cataclysmos, quam nostri diluuionem uocant, aestas autem ecpyrosis quod est mundi incendium. nam his alternis temporibus mundus tum exigniscere tum exaquescere uidetur. hunc Aristarchus putauit esse annorum uertentium IↃCCCCLXXXIIII, Aretes Dyrrachinus VIↃLII, Heraclitus et Linus XIↃCCC, Dion XIↃCCCLXXXIIII, Orpheus CXX, Cassandrus tricies sexies centum milium: alii uero infinitum esse nec umquam in se reuerti existimarunt. 12. Sed horum omnium pentaeteridas maxime notandis temporibus Graeci obseruant, id est quaternum annorum circuitus quas uocant olympiadas: et nunc apud eos ducentesima quinquagesima quarta olympias numeratur eiusque annus hic secundus. 13. idem tempus anni magni Romanis fuit, quod lustrum appellabant, ita quidem a Seruio Tullio institutum ut quinto quoque anno censu ciuium habito lustrum conderetur, sed non ita a posteris seruatum. 14. nam cum inter primum a Seruio rege conditum lustrum et id quod ab imperatore Vespasiano V et T. Caesare III Coss. factum est anni interfuerint paulo minus DCL, lustra tamen per ea tempora non plura quam LXXV sunt facta et postea plane fieri desierunt. 15. rursus tamen annus idem magnus per Capitolinos agonas coeptus est diligentius seruari quorum agonum primus a Domitiano institutus fuit duodecimo eius et Ser. Cornelii Dolabellae consulatu. itaque hoc nunc anno qui celebratus est agon undequadragesimus numeratur. Quod ad annos pertinet magnos in praesentia satis dictum: nunc de annis uertentibus dicendi locus. XVIIII. annus uertens est natura, dum sol percurrens XII signa eodem unde profectus est redit. 2. hoc tempus quot dierum esset ad certum nondum astrologi reperire potuerunt. Philolaus annum naturalem dies habere prodidit CCCLXIIII et dimidiatum, Aphrodisius CCCLXV et partem dici octauam, Callippus autem CCCLXV et Aristarchus Sa-

Digitized by Google

minus tantundem et praeterea diei partem ɔɔDCXXIII, Meton uero CCCLXV et dierum quinque undeuicensimam partem, Oenopides CCCLXV et dierum duum et uiginti partem undesexagensimam, Harpalus autem CCCLXV et horas aequinoctiales XIII, at noster Ennius CCCLXVI. 3. plerique praeterea incomprehensibile quiddam et inenuntiabile esse existimauerunt, sed pro uero quod proximum putabant amplexi sunt, dies scilicet CCCLXV. 4. Igitur cum tanta inter uiros doctissimos fuerit dissensio, quid mirum si anni ciuiles, quos diuersae ciuitates rudes etiam tum sibi quaeque statuebant, tam inter se discrepent quam cum illo naturali non congruant? et in Aegypto quidem antiquissimum ferunt annum menstruum fuisse, post deinde ab Isone rege quadrimestrem factum, nouissime Arminon ad tredecim menses et dies quinque perduxisse. 5. item in Achaia Arcades trimestrem annum primo habuisse dicuntur, et ob id proselenoe appellati, non ut quidam putant, quod ante sint nati quam lunae astrum caelo esset, sed quod prius habuerint annum quam is in Graecia ad lunae cursum constitueretur. 6. sunt qui tradunt hunc annum trimestrem Horum instituisse, eoque uer aestatem autumnum hiemem ὥρας et annum ὥρον dici, et Graecos annales ὥρους eorumque scriptores ὡρογράφους. itaque quattuor annorum circuitum in modum pentaeteridis annum magnum dicebant. 7. Cares autem et Acarnanes semestres habuerunt annos inter se dissimiles, quibus alternis dies augescerent aut senescerent, eosque coniunctos uelut trieterida annum magnum. XX. Sed ut hos annos omittam caligine iam profundae uetustatis obductos, in his quoque qui sunt recentioris memoriae et ad cursum lunae uel solis instituti quanta sit uarietas, facile est cognoscere, si quis uel in unius Italiae gentibus ne dicam peregrinis uelit inquirere. nam ut alium Ferentini alium Lauinii itemque Albani uel Romani habuerunt annum, ita et aliae gentes. omnibus tamen fuit propositum suos ciuiles annos uarie intercalandis mensibus ad unum illum uerum naturalemque corrigere. 2. de quibus omnibus disserere quoniam longum est, ad Romanorum annum transibimus. Annum uertentem Romae Licinius quidem Macer et postea Fenestella statim ab initio duodecim mensum fuisse scripserunt: sed magis Iunio Gracchano et Fulnio et Varroni et Suetonio aliisque credendum, qui decem mensum putauerunt fuisse, ut tunc Albanis erat unde orti Romani. 3. hi decem menses dies CCCIIII hoc modo habebant: Martius XXXI, Aprilis XXX, Maius XXXI, Iunius XXX, Quintilis XXXI, Sextilis et September tricenos, October XXXI, Nouember et December tricenos: quorum quattuor maiores pleni ceteri sex caui uocabantur. 4. postea siue a Numa ut ait Fuluius siue ut Iunius a Tarquinio XII facti sunt menses et dies CCCLV, quamuis luna XII suis mensibus CCCLIIII dies uidebatur explere. sed ut unus dies abundaret aut per imprudentiam accidit aut quod magis credo ea superstitione qua impar numerus plenus et magis faustus habebatur. 5. certe ad annum priorem unus et quinquaginta dies accesserunt: qui quia menses duo non explerent, sex illis cauis mensibus dies sunt singuli detracti et ad eos additi, factique dies LVII et ex his duo menses Ianuarius undetriginta dierum Februarius duodetriginta. atque ita omnes menses pleni et impari dierum numero esse coeperunt excepto Februario qui solus cauus et ob hoc ceteris infaustior est habitus. 6. denique cum intercalarium mensem uiginti duum uel uiginti trium dierum alternis annis addi placuisset, ut ciuilis annus ad naturalem exaequaretur, in mense potissimum Februario inter terminalia et regifugium intercalatum est, idque diu factum priusquam sentiretur annos ciuiles aliquanto naturalibus esse maiores. quod delictum ut corrigeretur, pontificibus datum negotium eorumque arbitrio intercalandi ratio permissa. 7. sed horum plerique ob odium uel gratiam, quo quis magistratu citius abiret diutiusue fungeretur aut publici redemptor ex anni magnitudine in lucro damnoue esset, plus minusue ex libidine interca-

Digitized by Google

lando rem sibi ad corrigendum mandatam ultro quia deprauarunt, 8. adeo aberratum est ut C. Caesar pontifex maximus suo III et M. Aemilii Lepidi consulatu, quo retro delictum corrigeret, duos menses intercalarios dierum LXVII in mensem Nouembrem et Decembrem interponeret, cum iam mense Februario dies tres et uiginti intercalasset, faceretque eum annum dierum CCCCXXXXV, simul prouidens in futurum ne iterum erraretur: nam intercalario mense sublato annum ciuilem ad solis cursum formauit. 9. itaque diebus CCCLV addidit X, quos per septem menses, qui dies undetricenos habebant, ita distribuit, ut Ianuario et Sextili et Decembri bini accederent, ceteris singuli; eosque dies extremis partibus mensum adposuit, ne scilicet religiones sui cuiusque mensis a loco summouerentur. 10. quapropter nunc cum in septem mensibus dies singuli et triceni sint, quattuor tamen illi ita primitus instituti eo dinoscuntur quod nonas habent septimanas, ceteri tres omnesque reliqui quintanas. praeterea pro quadrante diei qui annum uerum suppleturus uidebatur instituit ut peracto quadriennii circuitu dies unus, ubi mensis quondam solebat, post terminalia intercalaretur, quod nunc bissextum uocatur. 11. ex hoc anno ita a Iulio Caesare ordinato ceteri ad nostram memoriam Iuliani appellantur, iique consurgunt ex quarto Caesaris consulatu. qui etiamsi optime non soli tamen ad annum naturae aptati sunt: nam et priores anni, etiam si qui decemmestres fuerunt, nec Romae modo uel per Italiam sed et apud gentes omnes quantum poterat item fuerunt correcti. 12. itaque cum de aliquo annorum numero hic dicetur non alios par erit quam naturales accipere. Et si origo mundi in hominum notitiam uenisset, inde exordium sumeremus: XXI. nunc uero id interuallum temporis tractabo quod *ἱστορικὸν* Varro adpellat. hic enim tria discrimina temporum esse tradit, primum ab hominum principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam uocatur *ἄδηλον*, secundum a cataclysmo priore ad olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa referuntur *μυθικὸν* nominatur, tertium a prima olympiade ad nos quod dicitur *ἱστορικόν*, quia res in eo gestae ueris historiis continentur. 2. primum enim tempus siue habuit initium seu semper fuit certe quot annorum sit non potest comprehendi. secundum non plane quidem scitur, sed tamen ad mille circiter et sexcentos annos esse creditur. a priore scilicet cataclysmo, quem dicunt Ogygii, ad Inachi regnum anni sunt circiter quadringenti * *, hinc ad olympiadem primam paulo plus quadringenti. quos solos quamuis mythici temporis postremos tamen quia a memoria scriptorum proximos quidam certius definire uoluerunt. 3. et quidem Sosibius scripsit esse CCCLXXXXV, Eratosthenes autem septem et quadringentos, Timaeus CCCCXVII, Aretes DXIIII, et praeterea multi diuerse, quorum etiam ipsa dissensio incertum esse declarat. 4. de tertio autem tempore fuit quidem aliqua inter auctores dissensio in sex septemue tantummodo annis uersata: 5. sed hoc quodcumque caliginis Varro discussit, et pro cetera sua sagacitate nunc diuersarum ciuitatium conferens tempora, nunc defectus eorumque interualla retro dinumerans, eruit uerum lucemque ostendit, per quam numerus certus non annorum modo sed et dierum perspici possit. 6. secundum quam rationem nisi fallor hic annus cuius uelut index et titulus est Ulpii et Pontani consulatus, ab olympiade prima millensimus est et quartus decimus, ex diebus duntaxat aestiuis, quibus agon Olympicus celebratur; a Roma autem condita nongentensimus nonagensimus primus, et quidem ex Parilibus, unde urbis ann inumerantur; 7. eorum uero annorum quibus Iulianis nomen est ducentensimus octogensimus tertius, sed ex die Kal. Ianuariarum, unde Iulius Caesar anni a se constituti fecit principium; 8. at eorum qui uocantur anni Augustorum ducentensimus sexagensimus quintus, perinde ex Kal. Ian., quamuis ex ante diem XVI Kal. Febr. imperator Caesar Diui filius sententia L. Munati Planci a senatu ceterisque ciuibus Augustus

Digitized by Google

adpellatus est se VII et M. Vipsanio Agrippa III Coss. 9. sed Aegyptii, quod biennio ante in potestatem dicionemque populi Romani uenerunt, hunc Augustorum annum ducentensimum sexagensimum septimum numerant. nam ut a nostris ita ab Aegyptiis quidam anni in litteras relati sunt, ut quos Nabonnazarii nominant, quod a primo imperii eius anno consurgunt, quorum hic nongentensimus octogensimus sextus est; item Philippi, qui ab excessu Alexandri Magni numerantur et ad hunc usque perducti annos DLXII consummant. 10. sed horum initia semper a primo die mensis eius sumuntur cui apud Aegyptios nomen est Thoyth, quique hoc anno fuit ante diem VII Kal. Iul.. cum abhinc annos centum imperatore Antonino Pio II et Bruttio Praesente Romae Coss. idem dies fuerit ante diem XIII Kal. Aug., quo tempore solet canicula in Aegypto facere exortum. 11. quare scire etiam licet anni illius magni, qui ut supra dictum est solaris et canicularis et dei annus uocatur, nunc agi uertentem annum centensimum. 12. initia autem istorum annorum propterea notaui, ne quis eos aut ex Kal. Ian. aut ex aliquo tempore simul putaret incipere, cum hic conditorum uoluntates non minus diuersae sint quam opiniones philosophorum. 13. ideirco aliis a nouo sole id est a bruma, aliis ab aestiuo solstitio, plerisque ab aequinoctio uerno, partim ab autumnali aequinoctio, quibusdam ab ortu uergiliarum, nonnullis ab earum occasu, multis a canis exortu incipere annus naturalis uidetur. XXII. Mensum genera duo: nam alii sunt naturales alii ciuiles. 2. naturalium species duae, quod partim solis partim lunae esse dicuntur. secundum solem fit mensis dum sol unumquodque in zodiaco orbe signum percurrit, lunaris est autem temporis quoddam spatium a noua luna. 3. ciuiles menses sunt numeri quidam dierum quos unaquaeque ciuitas suo instituto obseruat, ut nunc Romani a Kalendis in Kalendas. naturales et antiquiores et omnium gentium communes sunt, ciuiles et posterius instituti et ad unamquamque pertinent ciuitatem. 4. qui sunt caelestes siue solis seu lunae neque peraeque inter se pares sunt nec dies habent totos. quippe sol in aquario moratur circiter undetriginta in pisce fere triginta in ariete unum et triginta in geminis prope triginta et duos et sic in ceteris inaequabiliter, sed usque adeo non totos dies in singulis, ut annum suum id est dies trecentos sexaginta quinque et portionem nescio quam adhuc astrologis inexploratam in duodecim suos diuidat menses. 5. luna autem singulos suos menses conficit diebus undetriginta circiter et dimidiato, sed et hos inter se dispares alias longiores alias breuiores. at ciuitatium menses uel magis numero dierum inter se discrepant, sed dies ubique habent totos. 6. apud Albanos Martius est sex et triginta Maius uiginti et duum Sextilis duodeuiginti September sedecim: Tusculanorum Quintilis dies habet XXXVI October XXXII, idem October apud Aricinos XXXVIIII. 7. minime uidentur errasse qui ad lunae cursum menses ciuiles accommodarunt ut in Graecia plerique, apud quos alterni menses ad tricenos dies sunt facti. 8. maiores quoque nostri idem sunt aemulati, cum annum dierum CCCLV haberent. sed diuus Iulius cum uideret hac ratione neque ad lunam menses ut oportebat neque annum ad solem conuenire maluit annum corrigere, ut sic etiam menses ciuiles cum ueris illis solaribus etsi non singuli tamen uniuersi ad anni finem necessario concurrerent. 9. Nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse Fuluius et Iunius auctores sunt. et quidem duos primos a parentibus suis nominasse, Martium a Marte patre Aprilem ab Aphrodite id est Venere, unde maiores eius oriundi dicebantur. proximos duos a populo, Maium a maioribus natu Iunium a iunioribus. ceteros ab ordine quo singuli erant, Quintilem usque Decembrem perinde a numero. 10. Varro autem Romanos a Latinis nomina mensum accepisse arbitratus auctores eorum antiquiores quam urbem fuisse satis argute docet. 11. itaque Martium mensem a Marte quidem nominatum credit, non quia Romuli fuerit pater sed quod gens Latina bellicosa. Apri-

Digitized by Google

lem autem non ab Aphrodite sed ab aperiendo, quod tunc fere cuncta gignantur et nascendi claustra aperiat natura. 12. Maium uero non a maioribus sed a Maia nomen accepisse, quod eo mense tam Romae quam antea in Latio res diuina Maiae fit et Mercurio. Iunium quoque a Iunone potius quam iunioribus, quod illo mense maxime Iunoni honores habentur. 13. Quintilem, quod loco iam apud Latinos fuerit quinto, item Sextilem ac deinceps ad Decembrem a numeris appellatos. ceterum Ianuarium et Februarium postea quidem additos sed nominibus iam ex Latio sumptis; et Ianuarium ab Iano cui adtributus est nomen traxisse, Februarium a februo. 14. est februum quidquid expiat purgatque, et februamenta purgamenta, item februare purgare et purum facere. februum autem non idem usquequaque dicitur: nam aliter in aliis sacris februatur hoc est purgatur. 15. in hoc autem mense Lupercalibus, cum Roma lustratur, salem candidum ferunt quod februum appellant, unde dies Lupercalium proprie februatus et ab eo porro mensis Februarius uocitatur. 16. ex his duodecim mensibus duorum tantum nomina inmutata. nam Quintilis Iulius cognominatus est C. Caesare V et M. Antonio Coss. anno Iuliano secundo: qui autem Sextilis fuerat, ex SC. Marcio Censorino C. Asinio Gallo Coss. in Augusti honorem dictus est Augustus anno Augusti uicensimo. quae nomina etiamnunc ad hanc permanent memoriam. 17. postea uero multi principes nomina quaedam mensum inmutauerunt suis nuncupando nominibus: quod aut ipsi postmodum mutauerunt, aut post obitum eorum illa nomina pristina suis reddita mensibus sunt.

Macrobius sat. I 12, 2. Anni certus modus apud solos semper Aegyptios fuit. aliarum gentium dispari numero pari errore nutabat. et ut contentus sim referendo paucarum morem regionum, Arcades annum suum tribus mensibus explicabant Acarnanes sex Graeci reliqui trecentis quinquaginta quattuor diebus annum proprium computabant. 3. non igitur mirum in hac uarietate Romanos quoque olim auctore Romulo annum suum decem habuisse mensibus ordinatum, qui annus incipiebat a Martio et conficiebatur diebus trecentis quattuor, ut sex quidem menses id est Aprilis Iunius Sextilis September Nouember December tricenum essent dierum, quattuor uero Martius Maius Quintilis October tricenis et singulis expedirentur: qui hodieque septimanas habent nonas ceteri quintanas. 4. septimanas autem habentibus ab Idibus reuertebantur Kalendae ad diem septimum decimum, uerum habentibus quintanas ad octauum decimum remeabat initium Kalendarum. 5. haec fuit Romuli ordinatio, qui primum anni mensem genitori suo Marti dicauit: quem mensem anni primum fuisse uel ex hoc maxime probatur, quod ab ipso Quintilis quintus est et deinceps pro numero nominabantur. 6. huius etiam prima die ignem nouum Vestae aris accendebant, ut incipiente anno cura denuo seruandi nouati ignis inciperet: eodem quoque ingrediente mense tam in regia curiisque atque flaminum domibus laureae ueteres nouis laureis mutabantur: eodem quoque mense et publice et priuatim ad Annam Perennam sacrificatum itur, ut annare perennareque commode liceat. 7. hoc mense mercedes exoluebant magistris quas completus annus deberi fecit, comitia auspicabantur, uectigalia locabant, et seruis coenas adponebant matronae, ut domini Saturnalibus: illae ut principio anni ad promptum obsequium honore seruos inuitarent, hi quia gratiam perfecti operis exoluerent. 8. Secundum mensem nominauit Aprilem, ut quidam putant, cum aspiratione quasi Aphrilem a spuma quam Graeci ἀφρὸν uocant unde orta Venus creditur. et hanc Romuli adserunt fuisse rationem, ut primum quidem mensem a patre suo Marte secundum ab Aeneae matre Venere nominaret, et hi potissimum anni principia seruarent a quibus esset Romani nominis origo, cum hodieque in sacris Martem patrem Venerem genitricem uocemus. 9. alii putant Romulum uel altiore prudentia uel certi numinis prouidentia ita primos ordinasse

Digitized by Google

menses, ut cum praecedens Marti esset dicatus deo plerumque hominum necatori, ut Homerus naturae conscius ait:

Ἄρες Ἄρες βροτολοιγὲ μιαιφόνε τειχεσιβλῆτα·

secundus Veneri dicaretur, quae uim eius quasi benefica leniret. 10. nam et in duodecim zodiaci signis, quorum certa certorum numinum domicilia creduntur, cum primum signum Aries Marti adsignatus sit, sequens mox Venerem id est Taurus accepit. 11. et rursus e regione Scorpius ita diuisus est, ut deo esset utrique communis. nec aestimatur ratione caelesti carere ipsa diuisio: siquidem aculeo uelut potentissimo telo pars armata posterior domicilium Martis est, priorem uero partem cui Ζυγὸς apud Graecos nomen est, nos Libram uocamus, Venus accepit, quae uelut iugo concordi iungit matrimonia amicitiasque conponit. 12. sed Cincius in eo libro quem de fastis reliquit ait inperite quosdam opinari Aprilem mensem antiquos a Venere dixisse, cum nullus dies festus nullumque sacrificium insigne Veneri per hunc mensem a maioribus institutum sit, sed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla ut ceterorum caelestium laus celebretur. 13. Cincio etiam Varro consentit adfirmans nomen Veneris ne sub regibus quidem apud Romanos uel Latinum uel Graecum fuisse, et ideo non potuisse mensem a Venere nominari. 14. sed cum fere ante aequinoctium uernum triste sit caelum et nubibus obductum, sed et mare nauigantibus clausum, terrae etiam ipsae aut aqua aut pruina aut niuibus contegantur eaque omnia uerno id est hoc mense aperiantur, arbores quoque nec minus cetera quae continet terra aperire se in germen incipiant: ab his omnibus mensem Aprilem dici merito credendum est quasi Aperilem, sicut apud Athenienses *ἀνθεστηριὼν* idem mensis uocatur ab eo quod hoc tempore cuncta florescant. 15. non tamen negat Verrius Flaccus hoc die postea constitutum ut matronae Veneri sacrum facerent: cuius rei causam quia huic loco non conuenit praetereundum est. 16. Maium Romulus tertium posuit, de cuius nomine inter auctores lata dissensio est. nam Fuluius Nobilior in fastis quos in aede Herculis Musarum posuit Romulum dicit, postquam populum in maiores iunioresque diuisit, ut altera pars consilio altera armis rempublicam tueretur, in honorum utriusque partis hunc Maium sequentem Iunium mensem uocasse. 17. sunt qui hunc mensem ad nostros fastos a Tusculanis transisse commemorent, apud quos nunc quoque uocatur deus Maius qui est Iupiter, a magnitudine scilicet ac maiestate dictus. 18. Cincius mensem nominatum putat a Maia, quam Vulcani dicit uxorem, argumentoque utitur, quod flamen Vulcanalis Kalendis Maiis huic deae rem diuinam facit: sed Piso uxorem Vulcani Maiestam non Maiam dicit uocari. 19. contendunt alii Maiam Mercurii matrem mensi nomen dedisse, hinc maxime probantes quod hoc mense mercatores omnes Maiae pariter Mercurioque sacrificant. 20. adfirmant quidam, quibus Cornelius Labeo consentit, hanc Maiam cui mense Maio res diuina celebratur terram esse hoc adeptam nomen a magnitudine, sicut et Mater Magna in sacris uocatur: adsertionemque aestimationis suae etiam hinc colligunt quod sus praegnans ei mactatur, quae hostia propria est terrae: et Mercurium ideo illi in sacris adiungi dicunt, quia uox nascenti homini terrae contactu datur, scimus autem Mercurium uocis et sermonis potentem. 21. auctor est Cornelius Labeo huic Maiae id est terrae aedem Kalendis Maiis dedicatam sub nomine Bonae Deae: et eandem esse Bonam Deam et terram ex ipso ritu occultiore sacrorum doceri posse confirmat: hanc eandem Bonam Faunamque et Opem et Fatuam pontificum libris indigitari: 22. Bonam quod omnium nobis ad uictum bonorum causa est: Faunam quod omni usui animantium fauet: Opem quod ipsius auxilio uita constat: Fatuam a fando quod ut supra diximus infantes partu editi non prius uocem edunt quam attigerint terram *e. q. s.* 30. Iunius Maium sequitur aut ex parte populi ut supra diximus nominatus aut ut Cincius arbitratur, quod Innonius apud Latinos ante uocitatus diuque apud Aricinos Praenestinosque hac appellatione in fastos relatus sit, adeo ut, sicut Nisus in

Digitized by Google

commentariis fastorum dicit, apud maiores quoque nostros haec appellatio mensis diu manserit, sed post detritis quibusdam litteris ex Iunonio Iunius dictus sit. nam et aedes Iunoni Monetae Kalend. Iuniis dedicata est. 31. nonnulli putauerunt Iunium mensem a Iunio Bruto qui primus Romae consul factus est nominatum, quod hoc mense id est Kalendis Iuniis pulso Tarquinio sacrum Carnae deae in Caelio monte uoti reus fecerit. 32. hanc deam uitalibus humanis praeesse credunt. ab ea denique petitur ut iecinora et corda quaeque sunt intrinsecus uiscera salua conseruet: et quia cordis beneficio, cuius dissimulatione brutus habebatur, idoneus emendationi publici status extitit, hanc deam quae uitalibus praeest templo sacrauit. 33. cui pulte fabacia et larido sacrificatur, quod his maxime rebus uires corporis roborentur. nam et Kalendae Iuniae fabariae uulgo uocantur, quia hoc mense adultae fabae diuinis rebus adhibentur. 34. sequitur Iulius qui cum secundum Romuli ordinationem Martio anni tenente principium Quintilis a numero uocaretur, nihilominus tamen etiam post praepositos a Numa Ianuarium ac Februarium retinuit nomen, cum non uideretur iam quintus esse sed septimus: sed postea in honorem Iulii Caesaris dictatoris legem ferente M. Antonis M. filio consule Iulius appellatus est, quod hoc mense a. d. quartum Idus Quintiles Iulius procreatus sit. 35. Augustus deinde est qui Sextilis antea uocabatur donec honori Augusti daretur ex senatus consulto cuius verba subiecí: Cum Imperator Caesar Augustus mense Sextili et primum consulatum inierit et triumphos tres in urbem intulerit et ex Ianiculo legiones deductae secutaeque sint eius auspicia ac fidem, sed et Aegyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta sit finisque hoc mense bellis ciuilibus impositus sit atque ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit, placere senatui ut hic mensis Augustus appelletur. item plebiscitum factum ob eandem rem Sexto Pacubio tribuno plebem rogante. 36. mensis September principalem sui retinet appellationem: quem Germanici appellatione, Octobrem uero suo nomine Domitianus inuaserat. 37. sed ubi infaustum uocabulum ex omni aere uel saxo placuit eradi, menses quoque usurpatione tyrannicae appellationis exuti sunt: cautio postea principum ceterorum diri ominis infausta uitantium mensibus a Septembre usque ad Decembrem prisca nomina reseruauit. 38. haec fuit a Romulo annua ordinata dimensio, qui sicut supra iam diximus annum decem mensium dierum uero quattuor et trecentorum habendum esse constituit mensesque ita disposuit, ut quattuor ex his tricenos singulos, sex uero tricenos haberent dies. 39. sed cum is numerus neque solis cursui neque lunae rationibus conueniret, nonnumquam usu ueniebat ut frigus anni aestiuis mensibus et contra calor hiemalibus proueniret: quod ubi contigisset, tantum dierum sine ullo mensis nomine patiebantur absumi quantum ad id anni tempus adduceret quo caeli habitus instanti mensi aptus inueniretur. XIII. Sed secutus Numa, quantum sub caelo rudi et saeculo adhuc inpolito solo ingenio magistro comprehendere potuit, uel quia Graecorum obseruatione forsan instructus est, quinquaginta dies addidit, ut in trecentos quinquaginta quattuor dies, quibus duodecim lunae cursus confici credidit, annus extenderetur. 2. atque his quinquaginta a se additis adiecit alios sex retractos illis sex mensibus qui triginta habebant dies, id est de singulis singulos, factosque quinquaginta et sex dies in duos nouos menses pari ratione diuisit: 3. ac de duobus priorem Ianuarium nuncupauit primumque anni esse uoluit, tamquam bicipitis dei mensem respicientem ac prospicientem transacti anni finem futurique principia, secundum dicauit Februo deo, qui lustrationum potens creditur: lustrari autem eo mense ciuitatem necesse erat, quo statuit ut iusta dis Manibus soluerentur. 4. Numae ordinationem finitimi mox secuti totidem diebus totidemque mensibus ut Pompilio placuit annum suum computare coeperunt: sed hoc solo discrepabant, quod menses undetricenum tricenumque numero alternauerunt. 5. paulo post Numa in honorem inparis numeri, secretum hoc et ante Pythagoram parturiente natura, unum adiecit diem quem Ianuario dedit ut tam in anno quam in mensibus singulis

Digitized by Google

praeter unum Februarium inpar numerus seruaretur. nam quia duodecim menses, si singuli aut pari aut inpari numero putarentur, consummationem parem facerent, unus pari numero institutus uniuersam putationem inparem fecit. 6. Ianuarius igitur Aprilis Iunius Sextilis September Nouember December undetricenis censebantur diebus et quintanas Nonas habebant ac post Idus in omnibus a. d. septimum decimum Kalendas computabatur. 7. Martius uero Maius Quintilis et October dies tricenos singulos possidebant. Nonae in his septimanae erant: similiterque post Idus decem et septem dies in singulis usque ad sequentes Kalendas putabantur: sed solus Februarius uiginti et octo retinuit dies, quasi inferis et deminutio et par numerus conueniret. 8. cum ergo Romani ex hac distributione Pompilii ad lunae cursum sicut Graeci annum proprium computarent, necessario et intercalarem mensem instituerunt more Graecorum. 9. nam et Graeci cum animaduerterent temere se trecentis quinquaginta quattuor diebus ordinasse annum — quoniam appareret de solis cursu, qui trecentis sexaginta quinque diebus et quadrante zodiacum conficit, deesse anno suo undecim dies et quadrantem — intercalares stata ratione commenti sunt, ita ut octauo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenum dierum composuerunt, intercalarent. 10. id Graeci fecerunt, quoniam erat operosum atque difficile omnibus annis undecim dies et quadrantem intercalare. itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare, et nonaginta dies, qui nascuntur si quadrans cum diebus undecim octies componatur, inserere in tres menses ut diximus distribuendos: hos dies *ὑπερβαίνοντας*, menses uero *ἐμβολίμους* appellitabant. 11. hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit: sed frustra, quippe fugit eos diem unum, sicut supra ammonuimus, additum a se ad Graecum numerum in honorem inparis numeri. ea re per octennium conuenire numerus atque ordo non poterat. 12. sed nondum hoc errore conperto per octo annos nonaginta quasi superfundendos Graecorum exemplo computabant dies, alternisque annis binos et uicenos alternis ternos uicenosque intercalantes expensabant intercalationibus quattuor. sed octauo quoque anno intercalares octo affluebant dies ex singulis quibus uertentis anni numerum apud Romanos super Graecum abundasse iam diximus. 13. hoc quoque errore iam cognito haec species emendationis inducta est. tertio quoque octennio ita intercalandos dispensabant dies, ut non nonaginta sed sexaginta sex intercalarent, conpensatis uiginti et quattuor diebus pro illis qui per totidem annos supra Graecorum numerum creuerant. 14. omni autem intercalationi mensis Februarius deputatus est, quoniam is ultimus anni erat: quod etiam ipsum de Graecorum imitatione faciebant. nam et illi ultimo anni sui mensi superfluos interserebant dies ut refert Glaucippus qui de sacris Atheniensium scripsit. 15. uerum una re a Graecis differebant. nam illi confecto ultimo mense, Romani non confecto Februario sed post uicesimum et tertium diem eius intercalabant, Terminalibus scilicet iam peractis: deinde reliquos Februarii mensis dies, qui erant quinque, post intercalationem subiungebant: credo uetere religionis suae more, ut Februarium omni modo Martius consequeretur. 16. sed cum saepe eueniret ut nundinae modo in anni principem diem modo in Nonas caderent — utrumque autem perniciosum rei publicae putabatur — remedium quo hoc auerteretur excogitatum est: quod aperiemus, si prius ostenderimus cur nundinae uel primis Kalendis vel Nonis omnibus cauebantur. 17. nam quotiens incipiente anno dies coepit qui addictus est nundinis, omnis ille annus infaustis casibus luctuosus fuit: maximeque Lepidiano tumultu opinio ista firmata est. 18. Nonis autem conuentus uniuersae multitudinis uitandus existimabatur, quoniam populus Romanus exactis etiam regibus diem hunc Nonarum maxime celebrabat, quem natalem Seruii Tullii existimabat: quia, cum incertum esset quo mense Seruius Tullius natus fuisset, Nonis tamen natum esse constaret, omnes Nonas celebri notitia frequentabant: ueritos ergo qui diebus praeerant, ne quid nundinis collecta uniuersitas ob desiderium regis nouaret, cauisse ut Nonae a nundinis segregarentur. 19. unde dies ille quo

abundare annum diximus eorum est permissus arbitrio qui fastis praeerant, uti cum uellent intercalaretur, dummodo eum in medio Terminaliorum uel mensis intercalaris ita locarent, ut a suspecto die celebritatem auerteret nundinarum. atque hoc est quod quidam ueterum retulerunt non solum mensem apud Romanos uerum etiam diem intercalarem fuisse. 20. quando autem primum intercalatum sit, uarie refertur, et Macer quidem Licinius eius rei originem Romulo adsignat. Antias libro secundo Numam Pompilium sacrorum causa id inuenisse contendit. Iunius Seruium Tullium regem primum intercalasse commemorat, a quo et nundinas institutas Varroni placet. 21. Tuditanus refert libro tertio magistratuum Decemuiros, qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse: Cassius eosdem scribit auctores: Fuluius autem id egisse M'. Acilium consulem dicit ab urbe condita anno quingentesimo sexagesimo secundo, inito mox bello Aetolico. sed hoc arguit Varro scribendo antiquissimam legem fuisse incisam in columna aerea a L. Pinario et Furio consulibus, cui mentio intercalaris ascribitur. haec de intercalandi principio satis relata sunt. XIIII. Verum fuit tempus cum propter superstitionem intercalatio omnis omissa est: nonnumquam uero per gratiam sacerdotum, qui publicanis proferri vel inminui consulto anni dies uolebant, modo auctio modo retractio dierum proueniebat: et sub specie obseruationis emergebat maior confusionis occasio. 2. sed postea C. Caesar omnem hanc inconstantiam temporum uagam adhuc et incertam in ordinem statae definitionis coegit adnitente sibi M. Flauio scriba, qui scriptos dies singulos ita ad dictatorem retulit, ut et ordo eorum inueniri facillime posset et inuento certus status perseueraret. 3. ergo C. Caesar exordium nouae ordinationis initurus dies omnes qui adhuc confusionem poterant facere consumpsit: eaque re factum est ut annus confusionis ultimus in quadringentos quadraginta tres dies protenderetur. post hoc imitatus Aegyptios solos diuinarum rerum omnium conscios ad numerum solis, qui diebus tricenis sexaginta quinque et quadrante cursum conficit, annum dirigere contendit. 4. nam sicut lunaris annus mensis est, quia luna paulo minus quam mensem in zodiaci circumitione consumit, ita solis annus hoc dierum numero colligendus est quem peragit dum ad id signum se denuo uertit ex quo digressus est: unde annus uertens uocatur et habetur magnus, cum lunae annus breuis putetur. 5. horum Virgilius utrumque conplexus est:

interea magnum sol circumuoluitur annum.

hinc et Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia ueteres an pro circum ponere consuerunt, ut Cato in originibus: Arator an terminum, id est circum terminum, et ambire dicitur pro circumire. 6. Iulius ergo Caesar decem dies obseruationi ueteri superadiecit, ut annum trecenti sexaginta quinque dies, quibus sol lustrat zodiacum, efficerent: et ne quadrans deesset, statuit ut quarto quoque anno sacerdotes, qui curabant mensibus ac diebus, unum intercalarent diem, eo scilicet mense ac loco quo etiam apud ueteres mensis intercalabatur, id est ante quinque ultimos Februarii mensis dies, idque bisextum censuit nominandum. 7. dies autem decem, quos ab eo additos diximus, hac ordinatione distribuit: in Ianuarium et Sextilem et Decembrem binos dies inseruit, in Aprilem autem Iunium Septembrem Nouembrem singulos: sed neque mensi Februario addidit diem, ne deum inferum religio inmutaretur, et Martio Maio Quintili Octobri seruauit pristinum statum, quod satis pleno erant numero, id est dierum singulorum tricenorumque. 8. ideo et septimanas habent Nonas, sicut Numa constituit, quia nihil in his Iulius mutauit: sed Ianuarius Sextilis December, quibus Caesar binos addidit, licet tricenos singulos habere post Caesarem coeperint, quintanas tamen habent Nonas, et ab Idibus illis sequentes Kalendae in undenicesimum reuertuntur, quia Caesar quos addidit dies neque ante Nonas neque ante Idus inserere uoluit, ne Nonarum aut Iduum religionem, quae stato erat die, nouella conperendinatione corrumperet. 9. sed nec post Idus mox uoluit inserere, ne feriarum quarumque uiolaretur indictio: sed peractis cuiusque mensis feriis locum diebus advenis

Digitized by Google

fecit: et Ianuario quidem dies quos dicimus quartum et tertium Kalendas Februarias dedit, Aprili sextum Kalendas Maias, Iunio tertium Kalendas Iulias, Augusto quartum et tertium Kalendas Septembres, Septembri tertium Kalendas Octobres, Nouembri tertium Kalendas Decembres, Decembri uero quartum et tertium Kalendas Ianuarias. 10. ita factum est ut, cum omnes hi menses quibus dies addidit ante hanc ordinationem habuissent mensis sequentis Kalendas ad septimum decimum reuertentes, postea ex augmento additorum dierum hi qui duos acceperunt ad nonum decimum, qui uero unum, ad octauum decimum haberent reditum Kalendarum. 11. feriarum tamen cuiusque mensis ordo seruatus est. nam si cui fere tertius ab Idibus dies festus aut feriatus fuit et tunc a. d. sextum decimum dicebatur, etiam post augmentum dierum eadem religio seruata est, ut tertio ab Idibus die celebraretur, licet ab incremento non iam a. d. sextum decimum Kalendas sed a. d. septimum decimum, si unus, a. d. octauum decimum, si duo sunt additi, diceretur. 12. nam ideo nouos dies circa finem cuiusque mensis inseruit, ubi finem omnium quae in mense erant repperit feriarum, adiectosque omnes a se dies fastos notauit, ut maiorem daret actionibus libertatem: et non solum nullum nefastum sed nec comitialem quemquam de adiectis diebus instituit, ne ambitionem magistratuum augeret adiectio. 13. sic annum ciuilem Caesar habitis ad lunam dimensionibus constitutum edicto palam posito publicauit. et error hucusque stare potuisset, ni sacerdotes sibi errorem nouuex ipsa emendatione fecissent. nam cum oporteret diem qui ex quadrantibus conflt quarto quoque anno confecto antequam quintus inciperet, intercalare: illi quarto non peracto sed incipiente intercalabant. 14. hic error sex et triginta annis permansit: quibus annis intercalati sunt dies duodecim, cum debuerint intercalari nouem. sed hunc quoque errorem sero deprehensum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die transigi iussit, ut illi tres dies qui per annos triginta et sex uitio sacerdotalis festinationis excreuerant sequentibus annis duodecim nullo die intercalato deuorarentur. 15. post hoc unum diem secundum ordinationem Caesaris quinto quoque incipiente anno intercalari iussit, et omnem hunc ordinem aereae tabulae ad aeternam custodiam incisione mandauit.

Macrobius sat. I, 15, 4. De Kalendis Nonis et Idibus deque feriarum uariis obseruationibus innumeros auctores cura quaestionis exercuit: et ideo nos quae de his ab omnibus dicta sunt in unum breuiter colligimus. 5. Romulus cum ingenio acri quidem sed agresti statum proprii ordinaret imperii initium cuiusque mensis ex illo sumebat die quo nouam lunam contigisset uideri. 6. quia non continuo euenit ut eodem die semper appareat, sed modo tardius modo celerius ex certis causis uideri solet, contigit ut cum tardius apparuit praecedenti mensi plures dies, aut cum celerius pauciores darentur: et singulis quibusque mensibus perpetuam numeri legem primus casus addixit. sic factum est ut alii triginta et unum alii undetriginta sortirentur dies. 7. omnibus tamen mensibus ex die Nonarum Idus nono die repraesentari placuit: et inter Idus ac sequentes Kalendas constitutum est sedecim dies esse numerandos. ideo mensis uberior duos illos quibus augebatur dies inter Kalendas suas et Nonas habebat. hinc aliis quintus a Kalendis dies aliis septimus Nonas facit. 8. Caesar tamen ut supra diximus stata sacra custodiens nec in illis mensibus quibus binos adiecit dies ordinem uoluit mutare Nonarum, quia peractis totius mensis feriis dies suos rei diuinae cautus inseruit. 9. priscis ergo diebus, antequam fasti a Cn. Flauio scriba inuitis Patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori haec prouincia delegabatur, ut nouae lunae primum obseruaret aspectum uisamque regi sacrificulo nuntiaret. 10. itaque sacrificio a rege et minore pontifice celebrato idem pontifex calata id est uocata in Capitolium plebe iuxta curiam Calabram, quae casae Romuli proxima est, quot numero dies a Kalendis ad Nonas superessent pronuntiabat: et quintanas quidem dicto quinquies uerbo καλῶ, septimanas repetito septies praedicabat. 11. uerbum autem καλῶ Graecum est, id est

Digitized by Google

noco: et hunc diem, qui ex his diebus qui calarentur primus esset, placuit Kalendas uocari. hinc et ipsi curiae ad quam uocabantur Calabrae nomen datum est, et classi quod omnis in eam populus uocaretur. 12. ideo autem minor pontifex numerum dierum qui ad Nonas superessent calando prodebat, quod post nouam lunam oportebat Nonarum die populares qui in agris essent confluere in urbem accepturos causas feriarum a rege sacrorum sciturosque quid esset eo mense faciendum. 13. unde quidam hinc Nonas aestimant dictas, quasi nouae initium obseruationis uel quod ab eo die semper ad Idus nouem dies putantur: sicut apud Tuscos Nonae plures habebantur, quod hi nono quoque die regem suum salutabant et de propriis negotiis consulebant. 14. Iduum porro a Tuscis, apud quos is dies Itis uocatur, sumptum est. Item autem illi interpretantur Iouis fiduciam. nam cum Iouem accipiamus lucis auctorem, unde et Lucetium Salii in carminibus canunt et Cretenses *Δία τὴν ἡμέραν* uocant, ipsi quoque Romani Diespitrem appellant ut diei patrem. 15. iure hic dies Iouis fiducia uocatur, cuius lux non finitur cum solis occasu, sed splendorem diei et noctem continuat inlustrante luna: quod semper in plenilunio id est medio mense fieri solet: diem igitur qui uel nocturnis caret tenebris Iouis fiduciam Tusco nomine uocauerunt: unde et omnes Idus Iouis ferias obseruandas sanxit antiquitas. 16. alii putant Idus, quod ea die plena luna uideatur, a uidendo uidus appellatas, mox litteram u detractam: sicut contra, quod Graeci *ἰδεῖν* dicunt, nos u littera addita uidere dicimus. nonnullis placet Idus dictas uocabulo Graeco, *οἷον ἀπὸ τοῦ εἴδους*, quod eo die plenam speciem luna demonstret. sunt qui aestimant Idus ab oue iduli dictas, quam hoc nomine uocant Tusci, et omnibus Idibus Ioui immolatur a flamine. 17. nobis illa ratio nominis uero propior aestimatur, ut Idus uocemus diem qui diuidit mensem. iduare enim Etrusca lingua diuidere est: unde uidua quasi ualde idua, id est ualde diuisa: aut uidua, id est a uiro diuisa. 18. ut autem Idus omnes Ioui ita omnes Kalendas Iunoni tributas et Varronis et pontificalis adfirmat auctoritas, quod etiam Laurentes patriis religionibus seruant, qui et cognomen deae ex cerimoniis addiderunt Kalendarem Iunonem uocantes, sed et omnibus Kalendis a mense Martio ad Decembrem huic deae Kalendarum die supplicant. 19. Romae quoque Kalendis omnibus, praeter quod pontifex minor in curia Calabra rem diuinam Iunoni facit, etiam regina sacrorum id est regis uxor porcam uel agnam in regia Iunoni immolat: a qua etiam Ianum Iunonium cognominatum diximus, quod illi deo omnis ingressus, huic deae cuncti Kalendarum dies uidentur ascripti. 20. cum enim initia mensium maiores nostri ab exortu lunae seruauerint, iure Iunoni addixerunt Kalendas, lunam ac Iunonem eandem putantes: uel quia luna per aerem meat, unde et Graeci lunam *Ἄρτεμιν* nuncuparunt, id est *ἀερότομιν* quod aera secat, Iuno autem aeris arbitra est, merito initia mensium id est Kalendas huic deae consecrauerunt. 21. nec hoc praetermiserim, quod nuptiis copulandis Kalendas Nonas et Idus religiosas id est deuitandas censuerunt. hi enim dies praeter Nonas feriati sunt: feriis autem uim cuiquam fieri piaculare est: ideo tunc uitantur nuptiae, in quibus uis fieri uirgini uidetur. sed Verrium (Valerium *corr. Merkel prolegg. p. XLI*) Flaccum iuris pontificii peritissimum dicere solitum refert Varro, quia feriis tergere ueteres fossas liceret, nouas facere ius non esset, ideo magis uiduis quam uirginibus idoneas eses ferias ad nubendum. 22. subiciet aliquis: cur ergo Nonis, si feriatus dies non est, prohibetur celebritas nuptiarum? huius quoque rei in aperto causa est. nam quia primus nuptiarum dies uerecundiae datur, postridie autem nuptam in domo uiri dominium incipere oportet adipisci et rem facere diuinam, omnes autem postriduani dies seu post Kalendas siue post Nonas Idusue ex aequo atri sunt, ideo et Nonas inhabiles nuptiis esse dixerunt, ne nupta aut postero die libertatem auspicaretur uxoriam aut atro immolaret quo nefas est sacra celebrari.

Solinus polyh. 1 p. 3. C — 4. C. Tunc ergo *(Augusti tempore)* primum cursus anni perspecta ratio est, quae a rerum origine profunda cali-

Digitized by Google

gine tegebatur. nam ante Augustum Caesarem incerto modo annum computabant, qui apud Aegyptios quattuor mensibus terminabatur, apud Arcadas tribus, apud Acarnanas sex, in Italia apud Lauinios tredecim, quorum annus trecentis septuaginta et quattuor diebus ferebatur. Romani initio annum decem mensibus computauerunt a Martio auspicantes adeo ut eius die prima de aris Vestalibus ignes accenderent, mutarent ueteribus uirides laureas, senatus et populus comitia agerent, matronae seruis suis coenas ponerent sicuti Saturnalibus domini: illae ut per honores promtius obsequium prouocarent: hi quasi gratiam repensarent perfecti laboris: maximeque hunc mensem principem testatur fuisse, quod qui ab hoc quintus erat Quintilis dictus est, deinde numero decurrente December sollemnem circuitum finiebat intra diem trecentesimum quartum. tunc enim iste numerus explebat annum, ita ut sex menses tricenum dierum essent, quattuor reliqui tricenis et singulis expedirentur. sed cum ratio illa ante Numam a lunae cursu discreparet, lunari computatione annum peraequarunt quinquaginta et uno die auctis. ut ergo perficerent XII menses, de sex mensibus superioribus detraxerunt dies singulos eosque quinquaginta istis et uno diebus adnexuerunt, factique quinquaginta VII diuisi sunt in duos menses, quorum alter XXVIIII alter XXVIII dies detinebant. sic annus habere quinque atque quinquaginta et trecentos dies coepit. postmodum cum perspicerent temere annum clausum intra dies quos supra diximus, quandoquidem appareret solis meatum non ante trecentesimum sexagesimum quintum diem abundante insuper quadrantis particula zodiacum deficere decursum, quadrantem illum et decem dies addiderunt, ut ad liquidum annus trecentis diebus sexaginta quinque et quadrante constaret, hortante obseruatione imparis numeri, quem Pythagoras monuit praeponi in omnibus oportere. unde propter dies impares diis superis et Ianuarius dicatur et Martius: propter pares Februarius quasi ominosus diis inferis deputatur. cum itaque haec definitio toto orbe placuisset, custodiendi quadrantis gratia a diuersis gentibus uarie intercalabatur nec umquam tamen ad liquidum fiebat temporum peraequatio. Graeci ergo singulis annis XI dies et quadrantem detrahebant eosque octies multiplicatos in annum nonum reseruabant, ut contractus nonagenarius numerus in treis menses per tricenos dies scinderetur: qui anno nono restituti efficiebant dies quadringentos quadraginta quattuor, quos embolimos uel hypoballontas nominabant. quod cum in initio Romani probassent contemplatione parilis numeri neglectum breui perdiderunt translata in sacerdotes intercalandi potestate, qui plerumque gratificantes rationibus publicanorum pro libidine sua subtrahebant tempore uel augebant. cum haec sic forent constituta modusque intercalandi interdum cumulatior interdum fieret imminutior, uel omnino dissimulatus praeteriretur, nonnumquam accidebat, ut menses qui fuerant transacti hieme modo aestiuum modo autumnale tempus inciderent. itaque Caesar uniuersam hanc inconstantiam incisa temporum turbatione composuit, et ut statum certum praeteritus error acciperet, dies XXI et quadrantem simul intercalauit: quo pacto regradati menses de cetero statuta ordinis sui tempora detinerent. ille ergo annus solus trecentos XLIIII dies habuit, alii deinceps trecentenos sexagenos quinos et quadrantem. et tunc quoque uitium admissum est per sacerdotes. nam cum praeceptum esset, anno quarto ut intercalarent unum diem et oporteret confecto quarto anno id obseruari antequam quintus auspicaretur, illi incipiente quarto intercalarunt non desinente. sic per annos sex et XXX cum nouem dies tantummodo sufficere debuissent, XII sunt intercalati. quod reprehensum Augustus reformauit iussitque annos XII sine intercalatione decurrere, ut tres illi dies, qui ultra nouem necessarios temere fuerant intercalati, hoc modo possent repensari. ex qua disciplina omnium postea temporum fundata rectio est.

Polemius Silvius laterc. p. 241 ed. Momms. (Abhandl. d. Sächs. Ges. d. W. III). Annus primum decem mensium fuit qui trecentos et quat-

Digitized by Google

tuor dies habebat; licet ut auctores plurimi prodiderunt, apud Aegyptios quattuor apud Arcades tribus apud Acarnanes sex mensibus computatus fuisse referatur. post a Numa rege Romanorum secundo inter Decembrem et Martium Ianuarius et Februarius fertur adiectus, ut trecentis quinquaginta quattuor diebus, quos duodecies luna renouat atque uicenis nouenis et semis uicibus cursum suum efficit, impleretur. postremo additi sunt decem dies atque ob quadrantem, quod per quadriennium dies unus iunctus crescit, quarto anno quem bisextum uocamus inseritur. cuius initium cum Aegyptiis qui nonas idusque non norunt mense Septembri, cum Graecis Nouembri, Martio cum Iudaeis habetur.

Digitized by Google

VIIII · X· **

DE NATVRIS RERVM

VIIII

MVNDVS est uniuersitas omnis, quae constat ex caelo et 124*
terra. sicut homo ex quattuor concretus est elementis, ita et mundus ex quattuor constat humoribus uno temperamento conmixtis. unde et ueteres hominem in communionem fa-

124* Isidorus de natura rerum VIIII: 'De mundo. Mundus ... terra. de quo Paulus apostolus ait: Praeterit enim figura huius mundi. secundum mysticum autem sensum mundus competenter homo significatur: quia sicut ille ex quattuor ... ita et iste ex ... appellatus; licet et per mundum nonnumquam scriptura peccatores insinuet, de quibus dictum est: Et mundus eum non cognouit. Formatio autem ... hiemes.' — Plutarchus de placitis philos. II 1: *Περὶ κόσμου. Πυθαγόρας πρῶτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν κόσμον ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως. Θάλης καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἕνα τὸν κόσμον. Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Μητρόδωρος, ἀπείρους κόσμους ἐν τῷ ἀπείρῳ κατὰ πᾶσαν περίστασιν. Ἐμπεδοκλῆς, τὴν τοῦ ἡλίου περιδρομὴν εἶναι περιγραφὴν τοῦ κόσμου καὶ τοῦτο πέρας αὐτοῦ. Σέλευκος ἄπειρον τὸν κόσμον. Διογένης τὸ μὲν πᾶν ἄπειρον, τὸν δὲ κόσμον πεπεράνθαι. οἱ Στωικοὶ διαφέρειν τὸ πᾶν καὶ τὸ ὅλον· πᾶν μὲν γὰρ εἶναι τὸ σὺν κενῷ ἄπειρον, ὅλον δὲ χωρὶς τοῦ κενοῦ κόσμον· ὥστε οὐ τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ ὅλον καὶ τὸν κόσμον.* Hyginus P. A. I 1: 'Mundus appellatus is, qui constat ex sole et luna et terra et omnibus stellis.' Apuleius de mundo 1: 'Mundus omnis societate caeli et terrae constat et eorum natura quae utriusque sunt.' Macrobius sat. VII 16, 8: 'Mundum autem consensu omnium constat uniuersitatis esse principium.' I 18, 5: 'Mundus uocatur caelum.' cf. comm. I 20, 8. Servius georg. I 240: 'mundum nomen uolunt esse uniuersae naturae.' Ampelius 1: 'Mundus est uniuersitas rerum, in quo omnia sunt et extra quem nihil, qui graece dicitur *κόσμος*.' Isidorus origg. III 29: 'Mundus est is qui constat ex caelo et terra et mari cunctisque sideribus. qui idcirco mundus appellatus, quia semper in motu est; nulla enim requies eius elementis concessa est.' — Isidorus

---

1 hŏminis B^1 || qui B || ex *A m. 2 in ras.* || 2 sicuti A || ex IIII ex quattuor A^1 ex IIII B || constat cretus A^1 congregatus B^1 concreatus A^2 || 3 ex IIII constat BA^2 *om.* A^1 || hmoribus B || 4 commixtis A || communone B

Digitized by Google

bricae mundi constituerunt, siquidem Graece mundus *κόσμος*, homo autem *μικρὸς κόσμος* id est minor mundus est appellatus. formatio autem mundi ita demonstratur. nam quemadmodum erigitur mundus in septemtrionalem plagam, ita declinatur in australem. caput autem et quasi facies orientalis regio, ultima pars septemtrionalis. nam partes eius IIII sunt: prima pars mundi est orientalis, secunda meridiana, tertia occidentis, ultima uero adque extrema septemtrionalis. [de qua Virgilius sic ait:

origg. III 5, 3: 'Morbi omnes ex quattuor nascuntur humoribus id est ex sanguine et felle melancholia et phlegmate. ex ipsis enim reguntur sani, ex ipsis laeduntur infirmi. dum enim amplius extra cursum creuerint naturae, aegritudines faciunt. sicut autem quattuor sunt elementa, sic et quattuor humores, et unusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aerem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. et sunt quattuor humores sicut quattuor elementa, quae conseruant corpora nostra.' Isidorus origg. XI 1, 16: 'Caro autem ex quattuor elementis compacta est. nam terra in carne est aer in halitu humor in sanguine ignis in calore uitali. habent enim in nobis elementa suam quaeque partem, quibus quid debetur compage resoluta.' cf. Origenes ap. Hieronymum ad Pammach. tom. II p. 431 Vall. — Solinus polyh. I p. 7 b: 'Mensurae ratio bifariam conuenit: nam quantus manibus expansis inter digitos longissimus modus est, tantum constat esse inter calces et uerticem. ideoque physici hominem minorem mundum indicauerunt.' Macrobius comm. II 12, 10 sq.: 'anima .. qui uerus homo est, ab omni conditione mortalitatis aliena est adeo ut in imitationem dei mundum regentis regat et ipsa corpus, dum a se animatur. ideo physici mundum magnum hominem et hominem breuem mundum esse dixerunt.' — Vita Pythagorae ap. Phot. bibl. p. 440, 53: *ὅτι ὁ ἄνθρωπος μικρὸς κόσμος λέγεται οὐχ ὅτι ἐκ τεσσάρων στοιχείων σύγκειται — τοῦτο γὰρ καὶ ἕκαστον τῶν ζώων καὶ τῶν ἐντελεστάτων — ἀλλ' ὅτι πάσας ἔχει τὰς τοῦ κόσμου δυνάμεις* e. q. s. Cf. de macrocosmo et microcosmo Lobeck. Aglaoph. II 9. p. 908 sqq., qui de parvo mundo hos auctores citat: Galenum de usu part. III 10 p. 362 K. Philonem de vita Mos. III p. 673 d et de mund. opif. p. 18 c Porphyr. Stob. serm. XXI 185 Cosm. Indopl. VII p. 289 Montf. — Isidorus origg. III 29: 'De forma mundi. Formatio mundi ita demonstratur. nam quemadmodum erigitur mundus in septemtrionalem plagam ita declinatur in australem. caput autem eius et quasi facies orientalis regio est, ultima pars septemtrionalis.' cf. III 40: 'De gemina facie caeli. Facies caeli uel caput orientalis regio est, ultima septentrionalis.' Servius cod. Guelf. georg. I 240: 'Mundus pro caelo accipitur: nam mundi nomine quattuor elementa continentur. quemadmodum erigitur mundus in septemtrionalem plagam, ita declinatur in australem.' — Plinius N. H. II 5: 'Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse nomen in primis et consensus in eo morta-

---

1 comos A^1 cos**mus B^1 ‖ 2microscosmos A migrosmos B ‖ apellatus est B ‖ 3 autem *om.* B ‖ 4 eregitur A^1 ‖ septentrionalem B ‖ 5 decl*ina*tur B dedinatur A ‖ caput AB^2 ‖ 6 septentrionalis AB ‖ 7 sunt γ secundum meridiana γ A ‖ orientis B ‖ secunda meridiana *h. l. om.* A ‖ 8 atque B et A^1 ‖ septentrionalis B ‖ 9 *Verg. georg. I 235*

Digitized by Google

quam circum extremae dextra laeuaque trahuntur
caerulea glacie concretae

et Lucanus:

sic mundi pars ima iacet, quam zona niualis
perpetuaeque premunt hiemes.]

In definitione autem mundi CIRCVLOS aiunt philosophi 125*
quinque, quos Graeci † *παραλλήλους* id est ZONAS uocant,

talium orbem appellantium sed et argumenta rerum docent' c. q. s. 160: 'Mundus in centrum uergit ac terra exit a centro inmensum eius globum in formam orbis adsidua circa eam mundi uolubilitate cogente.' 179: 'neque enim, ut dixere aliqui, mundus hoc polo *(septemtrionali)* excelsiore se attollit, aut undique cernerentur haec sidera *(septemtriones)*. uerum haec eadem quibusque proxumis sublimiora creduntur, eademque demersa longinquis, utque nunc sublimis in deiectu positis uidetur hic uertex, sic in illam terrae deuexitatem transgressis illa se attollunt residentibus quae hic excelsa fuerant, quod nisi in figura pilae accidere non posset.' Plutarchus de placitis philos. II 2: *Περὶ σχήματος κόσμου. Οἱ μὲν Στωικοὶ σφαιροειδῆ τὸν κόσμον, ἄλλοι δὲ κωνοειδῆ, οἱ δὲ ᾠοειδῆ. Ἐπίκουρος δὲ ἐνδέχεσθαι μὲν εἶναι σφαιροειδεῖς τοὺς κόσμους, ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ ἑτέροις σχήμασι κεχρῆσθαι.* Marcianus Capella VIII 814: 'Mundus .. ex quatuor elementis iisdemque totis in sphaerae modum globatus terram in medio imoque defixam aeternis caeli raptibus circumcurrens circulari quadam ratione discriminat.' — Boethius de geom. II p. 1537 (ed. Basil. 1570): 'Nam mundus ipse sphaerica fertur rotunditate collectus, ut diuersas rerum formas ambitus sui circuitione concluderet, unde librum Seneca consentanea philosophis disputatione formauit, cui titulus est: de forma mundi.' eadem Cassiodorius de artibus ac disciplinis liberal. VII (de astronomia) II p. 559 b. Garet., nisi quod haec addit: 'quem nobis relinquimus relegendum.' Cassiodorius fine eiusdem capitis: 'Mundi quoque figuram curiosissimus Varro longae rotunditati in geometriae uolumine comparauit formam ipsius ad oui similitudinem trahens, quod in latitudine quidem rotundum, sed in longitudine probatur oblongum.'

125* Isidorus de natura rerum X: 'De quinque circulis mundi. In definitione ... perusti.' Isidorus parallelos cum zonis initio capitis confudit. — Servius georg. I 233: Zonae] 'i. e. plagae uel circuli, quorum primus septemtrionalis, uel ut quidam uolunt, aquilonius. zonae circuli, qui coelum ac terram ueluti zonae cingunt. translatiue; nam proprie zonae in terris, sed pro parallelis i. e. circulis posuit. septemtrionalis aestiualis aequinoctialis brumalis australis.' Fragmentum Censorino adscriptum II 1—4: 'De caeli positione. Caelum circulis quinque distinguitur, quorum extremi maxime frigidi, australis humillimus et aquilonius excelsissimus. his utrimque proximi duo paralleloe uocantur, aeque ut ita dixerim distan-

---

1 extrema *A* || trauntur A^1B^1 || 2 cerule *A* cerulee *B* caeruleae *Medic. et libri ap. Pierium et Mart. Vergili* || glacie concrite B^1 galice concrete A^1 glacie aere A^2 || 3 et *om. B* || *Lucan. Phars. IIII 106* || 4 hima *A* imma *B* || icet B^1 || sona zone *B deleto* sona *m. 2* || niuales A^1B^2 naanuales B^1 || 5 perpetuae quam *A* perpetuae *B* || primunt B^1 || hiemis *AB* || 6 aiunt] aũ *A* || 7 qus *B* || grece A^1 || parallelois *AB* || *παραλλήλους* id est *delet Grialius* || zanas B^1

in quibus diuiditur orbis terrae. has Virgilius in georgicis ostendit dicens:

quinque tenent caelum zonae.

sed fingamus eas in modum dexterae nostrae, ut pollex sit circulus *ἀρκτικὸς* frigore inhabitabilis, secundus (digitus) circulus *θερινὸς* temperatus habitabilis, medius circulus *ἰσημερινὸς* torridus inhabitabilis, quartus circulus *χειμερινὸς* temperatus habitabilis, minimus circulus *ἀνταρκτικὸς* frigidus inhabitabilis. horum primus SEPTEMTRIONALIS est, se-

tes, iidem tropici, iidem solstitiales; alter hibernus, per quem sol transiens et tenens octauam partem capricorni solstitium hibernum facit; alter aestiuus, per quem sol octaua parte caneri solstitium aestiuum facit. medius est aequinoctialis, qui octaua parte arietis aequinoctium uernum, octaua librae autumnale constituit. ut circuli in caelo, ita in terra: zonae uocantur. inhabitabiles infra frigidos circulos ob rigorem, quod ab his longissime sol abest, item medius aequinoctialis, quod sub uertice solis est, sub quo quidam habitari dicunt † cydropiae et Aethiopiae maximam partem, item plurimas insulas maris rubri aliosque uertices eminentiasque terrarum nostris ampliores. sub tropicis habitari nihil dubium est. noster solstitialis aestiuus est excelsus atque arduus. diuisi a nobis circulo aequinoctiali antichthones, iidem antistoechoe et antiscioe nominantur. uidentur humiles atque depressi quibusque antipodes infra sunt: quod ut posse uideatur, efficiunt flexus obliquitatesque terrarum. incipit signifer non ab extremo circulo nec ad extremum pertenditur, sed ab imo tropico australi brumalique eodem per aequinoctialem ad summum solstitialem eundemque aestiualem per medium longitudinis latitudinisque porrectus obliquum.' eadem Schol. Germanici p. 33 sq. Marcianus Capella VIII 817 sqq.: 'decem dici mundi circulos asseuero; quorum alii paralleli, quos aequidistantes Latine possumus memorare, eosdem polos habent, quos ipse mundus. poli enim sunt, qui a centro circuli linea usque in circumferentias ducta medietatis sectae mensuram aequa ratione discriminant. uerum ex parallelis primus is est, qui et semper apparens et contingens confinia finitoris numquam mersus assurgit; qui septemtrionalis circulus perhibetur ex eo, quod cum ceteris quae promentur etiam gemina sidera septemtrionis includit. secundus autem ex parallelis maximus solstitialis est, ad quem sol aestiuus accedens solstitii fine repulsus abscedit. tertius aequinoctialis medius maximusque cunctorum, per quem sol secundo, uel cum in aestiuam flagrantiam surgit uel cum in hiberna descendit, quadam mundi medietate peruectus mensuram noctis lucis aequalitate compensat. huic propinquus brumalis, in quem hiemali fine perueniens in aquilonem denuo repulsus assurgit. quintus autem idemque ultimus australis quique antarcticus perhibetur; hic mersus ac uix altiore circuli extremitate horizontis defixa contingens tanti tamen spatii quanti septem-

1 as B^1 || gergicis B^1 || *Verg. georg. I 322* || 3 zane B^1 || 4 modo B^1 || dextrae B^1 || 5 culus A^1 primus circulus culus A^2 primus circulus B || articos A articus B || secundus — habitabilis *om.* A || digitus *addidi* || 6 terinus B || 7 hisemerinus AB || exemerinus A eximerinus B || 8 minimus] quintus *vulgo contra libros* || antarticus AB || 9 septentrionalis A

Digitized by Google

cundus SOLSTITIALIS, tertius AEQVINOCTIALIS, quartus HIEMALIS, quintus AVSTRALIS. de quibus Varro ita dicit:

at quinque aetheriis zonis accingitur orbis;
ac uastant imas hiemes mediamque calores:
sed terrae extremas inter mediamque coluntur,
quam solis ualido numquam † ut auferat igne,
* * * * * *

trionalis circulus ratione monstratur, ei etiam inuenitur oppositus.' cf. praeterea Hyginus P. A. I 6 Seneca N. Q. V 17, 2 sqq. Macrobius comm. I 15. ex hoc pauca excerpsi: 2. 'est autem lacteus circulus unus e circis qui ambiunt caelum; et sunt praeter eum numero decem.' 8. 'decem autem alii ut diximus circi sunt: quorum unus est ipse zodiacus.' 13. 'quinque alii circuli paralleli uocantur. horum medius et maximus est aequinoctialis; duo extremitatibus uicini atque ideo breues, quorum unus septentrionalis dicitur, alter australis: inter hos et medium duo sunt tropici, maiores ultimis, medio minores, et ipsi ex utraque parte zonae ustae terminum faciunt.' 14. 'praeter hos alii duo sunt coluri, quibus nomen dedit imperfecta conuersio.' 15. 'duo qui ad numerum praedictum supersunt meridianus et horizon non scribuntur in sphaera, quia certum locum habere non possunt, sed pro diuersitate circumspicientis habitantisue uariantur.' — Probus georg. I 233: 'Mundi caloris et luminis sol causa est: eius enim talis est cursus, ut neque citra solstitialem circulum ad nos accedat nec ultra brumalem recedat. radii autem eius ubi deficiunt ibi necesse est esse frigus cum tenebris; deficiunt autem eius radii bruma ad septentrionalem circulum; ibi autem frigus est cum obscuritate. sol autem quia inter brumalem et solstitialem circulum conficit annuum cursum totam hanc mediam regionem urit, quae latine plaga uocatur adusta. ex ea quae septentrionalis est, ubi deficiunt solis radii, quia ob hoc frigida est et obscura, frigus in proximam regionem peruenit et miscetur calori, qui ex adusta regione in eandem sedem fertur, et efficitur temperata regio, in qua sumus, quae est habitabilis. alterae duae inhabitabiles, sed physica ratione nobis sunt incognitae. prohibemur enim transire adustae regionis calorem. sed quia in meridie brumam animaduertimus, ultra solem magnum spatium caeli uacare scimus et in contrariam nobis partem eius radios ferri et quemadmodum hic ita illic deficere, ubi defecerunt esse frigus cum tenebris, et inde aliquam partem ferri in proximum locum et ex adusta regione, quae finitur brumali solstitiali circulo, in eundem peruenire naporem, et utroque mixto perinde temperatam efficere regionem mediam

1 solesticialis A^1 solisticialis A^2 B || quartus yemalis A quarclemalis B || 2 *Varronem Atacinum esse non certum puto cf. Quintilianus I 4, 4* || 3 ad A^1 aBA^2 || aetheriis *Scaliger:* ethereus A aetheris BA^2 || zanis || B 4 hac B^1 || hiamas hiemes A^1 ia hiemes A^2 hemis B ima hiemis *Salomo* || medic B, *relicua* imque calores *margine lacerato perierunt* || 5 sed *scripsi:* sic AB || media B || caluntur B || 6 quam *ABDE Salomo et Ovet. Tolet. Malacit. Valent.* || ualid° B || numquam ut auferat A^1B *et E superscr.* uis numqua afferat A^2 namquam auferat D numquam ut aufferra a *Ovet.* numquam aut aufferra *Tolet. Malacit. Valent.* || igne A^1DE *Ovet. Tolet. Malacit. Valent.* ignè BA^2 || qua solis calido numquam rota ferueat igne *Scaliger*

quorum circulorum diuisiones talis distinguit figura *(figura III)*. sed ideo aequinoctialis circulus inhabitabilis est, quia sol per medium caelum currens nimium his locis facit feruorem, ita ut nec fruges ibi nascantur propter exustam terram nec

frigidae et adustae. quinque ergo sunt zonae in regione caeli et terrae, duae extremae frigidae, septentrionalis et australis, una adusta, duae temperatae inter frigidam et adustam, cingentes eam et intercidentes frigidis, quarum altera antoecoumene uocatur. uia autem secta per ambas dicit signiferum circulum, qui a brumali obliquus ad solstitialem uenit, ita ut brumalem tangat capricornus solstitialem cancro aequinoctialem libra et ariete.' Probus georg. I 244: 'In alio sic: Quinque tenent caelum zonae. In quinque zonas mundum esse diuisum accipimus, quas secundum clima nostri orbis sic deformabimus, ut laeuam manum contra ora nostra ponamus, atque ubi est pollex, ibi sit zona, quae appellatur Graece *ἀρκτική*, quod in se habet arctos id est ursas, eadem latine septentrionalis cognominatur quod in ea parte caeli posita sit, quae uento septentrionali adflatur, eaque pars semper supra uertitur, hoc est numquam in oceanum demergitur ... ea zona inhabitabilis est propter nimios rigores. pollici proximus digitus obseruabitur in uicem zonae, quae Graece appellatur *θερινή*, a nobis aestiualis, quod scilicet sol cum in eandem zonam declinauit longiores dies efficit. ibi enim solstitium facit aestiuum id est VIII Kal. Iul. haec zona habitabilis propter temperiem et multi solis et illius uicinitate zonae, quam septentrionalem nuncupauimus. medius autem digitus significabit zonam, quae Graece dicitur *ἰσημερινή*, Latine aequinoctialis. sed et sol in hanc zonam bis anno uenit et totiens libram facit diei et noctis id est VIII Kal. April. et VIII Kal. Octobr. haec zona inhabitabilis. nam propter nimios ardores loca subiecta habet exusta. quartus deinde digitus significabit zonam, quae appellatur *χειμερινή*, a nobis hiemalis, quod scilicet cum illam sol transcendit hiemem facit et breuiores dies agit. nam ibi solstitium efficit, quod est VIII Kal. Ianuar. hanc quoque zonam inhabitari credibile est, quoniam et ipsa pari temperatura inter notou et meridiem posita est, quemadmodum cuius supra fecimus mentionem aestiualis inter aequinoctialem et septentrionalem: et in hac zona si qui inhabitant, appellantur a nobis *ἀντίχθονες, ὡς τὴν ἐναντίαν χθόνα οἰκοῦντες*. digitus minimus habet quintam zonam appellatam *νότιον*, quoniam ex illa parte cum adflat uentus humidum facit aerem. nam et humorem colligens corpus *νοτίς* dicitur. haec plaga Latine australis appellatur, depressior, quam ut a nobis uideri possit, et ideo infra orizontem descendit. orizon autem est, qui definit sphaeram superiorem, qui et diem a nocte disterminat. haec quoque praesumenda inhabitabilis propter rigores, quos patiatur necesse est, quoniam longe a sole segregatur. circulus autem zodiacus qui *λοξὸς* appellatur per tres zonas medias fer-

---

idem Arevalus nisi quod ualido. quas solis ualido numquam uis usserit igne *vel* qua solis ualidos numquam uis afferat ignes *vel* quas solis ualido numquam uis afflet ab igni *coni. Grialius* quas solis ualido numquam aestu torreat ignis *Wüllnerus de Varr. Atacin. p. 24. quidquid de hoc versu statues, certum est intercidisse ante vel post eum unum versum quo exponebatur temperatas zonas* 'nec caeli *rigore tabescere*'. ‖ 1 diuisiones *om. A* ‖ 4 nascentur B^1 ‖ exhaustam A^1

Digitized by Google

homines propter nimium ardorem habitare permittantur. at contra septemtrionalis et australis circuli sibi coniuncti idcirco non habitantur, quia a cursu solis longe positi sunt nimioque caeli rigore uentorumque gelidis flatibus contabescunt. solstitialis uero circulus, qui in oriente inter septemtrionalem et aestiuum est conlocatus, uel iste qui in occidente inter aestiuum et australem positus est, ideo temperati sunt eo quod ex uno circulo rigorem ex altero calorem habeant. de quibus Virgilius:

tur, per quem sol currit. sic ergo quoniam ad ultimas non peruenit, frigidas relinquit, mediam zonam, quoniam saepe onerat, igneam facit.' Plutarchus P. P. II 12: *Θαλῆς Πυθαγόρας οἱ ἀπ' αὐτοῦ, μεμερίσθαι τὴν τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαῖραν εἰς κύκλους πέντε, οὕστινας προσαγορεύουσι ζώνας· καλεῖται δὲ ὁ μὲν αὐτῶν ἀρκτικός τε καὶ ἀειφανής· ὁ δὲ θερινὸς τροπικός· ὁ δὲ ἰσημερινός· ὁ δὲ χειμερινὸς τροπικός· ὁ δὲ ἀνταρκτικός τε καὶ ἀφανής· λοξὸς δὲ τοῖς τρισὶ μέσοις ὁ καλούμενος ζωδιακὸς ὑποβέβληται, παρεπιψαύων τῶν μέσων τριῶν· πάντας δ' αὐτοὺς ὁ μεσηριβρινὸς πρὸς ὀρθὰς ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἐπὶ τὸ ἀντίξουν τέμνει. Πυθαγόρας πρῶτος ἐπινενοηκέναι λέγεται τὴν λόξωσιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἤντινα Οἰνοπίδης ὁ Χῖος ὡς ἰδίαν ἐπινοίαν σφετερίζεται.* III 14: *Πυθαγόρας τὴν γῆν ἀναλόγως τῇ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ σφαῖρᾳ διῃρῆσθαι εἰς πέντε ζώνας, ἀρκτικὴν θερινὴν χειμερινὴν ἰσημερινὴν ἀνταρκτικήν· ὧν ἡ μέση τὸ μέσον τῆς γῆς ὁρίζει, παρ' αὐτὸ τοῦτο διακεκαυμένη καλουμένη· ἡ δὲ οἰκητή ἐστιν, ἡ μέση τῆς θερινῆς καὶ χειμερινῆς, εὔκρατός τις οὖσα.* cf. Geminus isag. 12 p. 49 sq. Achilles Tatius isag. 29 p. 153 sqq. de circulis XI in universum agit idem cap. 22, de singulis inde a cap. 23. Ampelius I 4: 'Caelum diuiditur in circulos quinque: arcticum et antarcticum, qui ob nimiam nim frigoris inhabitabiles sunt; aequinoctialem, cui subiacet regio quae *κατακεκαυμένη* dicitur neque incolitur ob nimiam nim ardoris; brumalem et solstitialem, sub quibus habitatur; sunt enim temperatissimi, per quos obliquus circulus nadit cum duodecim signis, in quibus sol annuum conficit cursum.' Hyginus P. A I 8 Plinius N. H. II 172 Macrobius sat. II 5, 9—12 Seruius georg. I 233 sqq. Isidorus origg. III 43 XIII 6. — Achilles Tatius isag. 29 p. 154 sq.: *Μέμνηται δὲ τῶν ζωνῶν τούτων καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων·*

πέντε δὲ αἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρηνται,
αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
ἡ δὲ μία φαφαρή τε καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή.
ἡ μὲν ἔην μεσάτη, ἑκέκαυτο δὲ πᾶσα περιπρὸ
τυπτομένη φλογμοῖσιν. † ἐπιρασμοῖραν ὑπ' αὐτὴν
κεκλιμέναι ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
αἱ δὲ δύω ἑκάτερθε πόλοις περιπεπτηνῖαι,
ἀεὶ φρικαλέαι ἀεὶ δ' ὕδατι νοτέουσιν.

---

1 habitare ibi *B* || ad *AB*^{1} || 2 septemtrionales *B*^{2} || circuli et australis sibi *A* || australes *B*^{2} || sibi — solis *om. B* || 3 cirsu *A*^{1} || 4 frigore *BA*^{2} || 1 **** dis *B*^{1} || 5 solesticialis *A*^{1} solisticialis *BA*^{2} *et ita uterque semper* solest. *E semper* solst. *D semper* || in *B*^{1} || 6 conlocatus est *B* || 7 in *A*^{1} || australi *B*^{1} || 8 frigorem *B*^{1}*A*^{2} || 9 *Verg. georg. I 237*

Digitized by Google

has inter mediamque duae mortalibus aegris
munere concessae diuum.

sed qui proximi sunt aestiuo circulo, ipsi sunt Aethiopes nimio calore perusti.

126* PARTES mundi quattuor sunt: ignis aer aqua terra, quarum haec est natura: IGNIS tenuis acutus et mobilis, AER mobilis acutus et crassus, AQVA crassa obtunsa et mo-

οὐ μὴν ὕδωρ, ἀλλ' αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κρύσταλλος
κεῖται ἢ ἀναπέσχε, περιψυκτὸς δὲ τέτυκται.
ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα καὶ ἄμβατα ἀνθρώποισι·
δοιαὶ δ' ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλαισι,
μεσσηγὺς θέρεός τε καὶ ὑετίου κρυστάλλου.
ἄμφω ἐύκρητοί τε καὶ ὄμπνιον ἀλδήσκουσαι
καρπὸν Ἐλευσινίης Δημητέρος. ἐν δέ μιν ἄνδρες
ἀντίποδες ναίουσι.

ταῦτα μὲν Ἐρατοσθένης. Vergilius georg. I 233—39:

quinque tenent caelum zonae, quarum una corusco
semper sole rubens et torrida semper ab igni;
quam circum extremae dextra laeuaque trahuntur
caerulea glacie concretae atque imbribus atris.
has inter mediamque duae mortalibus aegris
munere concessae diuom. uia secta per ambas,
obliquus qua se signorum uerteret ordo.

Probus georg. I 244: 'hanc tamen uniuersam disputationem certum est Vergilium transtulisse ab Eratosthene, cuius liber est hexametris uersibus scriptus, qui Hermes inscribitur: cuius disputationis tale principium est:

πέντε δὲ αἱ ζῶναι περιαρέες ἐσπείρηντο.
αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κυανότεραι κυάνοιο

et cetera ex ipso libro requirenda.' Cf. praetera Lucretius V 205 Ouidius metam. I 49 sqq. — Varronis versus etiam in glossario Salomonis episcopi Constantiensis vel potius Isonis extare testatur Burmannus anthol. lat. V 48 tom. II pag. 335 sq. exscripsit Iso Isidorum.

126* Isidorus de natura rerum XI: 'De partibus mundi. Partes mundi ... iunguntur. haec itaque ne confusa minus intellegantur, subiecta expressi pictura *(fig. 1)*. ceterum sanctus Ambrosius eadem elimenta per qualitates quibus sibi inuicem quadam naturae communione commiscentur ita his uerbis distinguit: Terra, inquid, arida et frigida est; aqua frigida adque humida, aer calidus adque humidus est, ignis calidus est et siccus. per has enim iugales qualitates sic sibi singula commiscentur. terra enim cum sit arida et frigida coniungitur aquae per cognationem qualitatis frigidae; rursus aqua aeri per humorem, quia humidus est aer. aqua enim quasi quibusdam duobus brachiis frigoris adque humoris altero terram altero aerem uidetur complecti, frigido quidem terram aerem humido. ipse quoque aer medius inter duo compugnantia per naturam, hoc est inter aquam et ignem, utrumque illud elimentum sibi conciliat, quia aquae humore et igni calore coniungitur. ignis quoque cum sit calidus et siccus calore aeri adnectitur, siccitate autem in communionem terrae sociatur, adque ita sibi per hunc circuitum quasi per quemdam chorum concordi so-

---

1 mediumque A^1 mediam•que B ‖ 3 e•tuo B^1 ‖ 5 IIII B ‖ 7 acutis A^1 ‖ crassus B ‖ crassa B

Digitized by Google

bilis, TERRA crassa obtunsa inmobilis. quae etiam sibi ita commiscentur: terra quidem crassa (et) obtunsa [inmobilis] cum aquae crassitudine et obtunsitate conligatur, deinde aqua aeri crassitudine et mobilitate coniungitur, rursus aer igni communione acuti et mobilis conligatur, terra autem et ignis a se separantur, sed a duobus mediis aqua et aere iunguntur.

cietate conuenitur. unde et Graece *στοιχεῖα* dicuntur, quae Latine elementa uocantur, eo quod sibi conueniant et concinant. quorum distinctam communionem subiecti circuli figura declarat *(fig. 2*)*.' Ambrosius hexaem. III 4, 18: 'Habet ergo terra propriam qualitatem suam, sicut et singula elementa habent; nam et aer humidam qualitatem et aqua frigidam et ignis calidam. et hoc est principale proprium elementis singulis, quod ratione colligimus. comprehendere autem sensibiliter et corporaliter si uelimus, uelut conexa et composita reperimus; ut sit terra arida et frigida, aqua frigida et humida, aer calidus et humidus, ignis calidus et siccus; et sic sibi per has iugales qualitates singula miscentur elementa. nam terra cum sit aridae et frigidae qualitatis conectitur aquae per cognationem qualitatis frigidae: et per aquam aeri, quia humidus est aer. erga aqua tamquam brachiis quibusdam duobus frigoris et humoris altero terram altero aerem uidetur amplecti, frigido terram aerem humido. aer quoque medius inter duo compugnantia per naturam, hoc est inter aquam et ignem utrumque illud elementum conciliat sibi; quia et aquis humore et igni calore coniungitur. ignis quoque cum sit calidus et siccus natura calore aeri annectitur, siccitate autem in communionem terrae ac societatem refunditur, atque sibi per hunc circuitum et chorum quemdam concordiae societatisque conueniunt. unde et Graece *στοιχεῖα* dicuntur, quae Latine elementa dicimus, quod sibi conueniant et concinant.' ex Basili hex. pag. 8 b. c. pag. 26 b. pag. 37 c. pag. 38 a. b. Macrobius comm. I 6, 23 sqq.: 'Quaternarius uero *(numerus)* duas medietates primus omnium nactus est. quas ab hoc numero deus mundanae molis artifex conditorque mutuatus insolubili inter se uinculo elementa deiunxit: sicut in Timaeo Platonis *(p. 31 sqq.)* adsertum est, non aliter tam controuersa sibi ac repugnantia et naturae communionem abnuentia permisceri, terram dico et ignem, potuisse et per tam iugabilem conpotentiam foederari, nisi duobus mediis aeris et aquae nexibus uincirentur. ita enim elementa inter se diuersissima opifex tamen deus ordinis opportunitate conexuit, ut facile iungerentur: nam cum binae essent in singulis qualitates, talem unicuique de duabus alteram dedit, ut in eo cui haereret cognatam sibi et similem reperiret. terra est sicca et frigida, aqua uero frigida et humecta est: haec duo elementa, licet sibi per siccum humectumque contraria sint, per frigidum tamen commune iunguntur. aer humectus et calidus est: et cum aquae frigidae contrarius sit calore, conciliatione tamen socii copulatur humoris. super hunc ignis cum sit calidus et siccus humorem quidem aeris respuit siccitate, sed conectitur per societatem caloris, et ita fit, ut singula quaeque elementorum duo sibi hinc inde uicina singulis qualitatibus uelut quibusdam amplectantur uluis: aqua terram frigore, aerem sibi nectit hu-

---

1 terra—inmobilis *om. B* || 2 commiscuntur *AB* || crassa *om. B*^{1} | et *addidi* || obtunsa inmobilis *A* obtunsa et inmobilis *B* inmobilis *seclusi* || 3 crassitudine *B* || conligantur *A* || crassitudine *B* || 5 conliga•tur *B* | 6 ad *A om. B* || duob•s B^1 || aquae B^2 || aeri B^2 || 7 iungantur B^1

127* Partes CAELI haec sunt: cohus axis clima cardines conuexa poli hemisphaeria. COHVS est quo caelum continetur; unde Ennius:

uix solidum conplere cohum terroribus caeli.

AXIS linea recta quae per mediam pilam sphaerae tendit. CLIMA cardo uel pars caeli, ut clima orientale et clima meridianum. CARDINES extremae axis partes sunt. CONVEXA extrema caeli. POLI ex caelestibus cyclis cacumina. HEMISPHAERIA duo sunt quorum alterum est super terram alterum subter terra. caelum autem ab oriente ad occidentem semel in die et nocte uerti sapientes existimant. sphaeram autem confirmant nec principium habere nec terminum pro

more: aer aquae humecto simili et igni calore sociatur: ignis aeri miscetur ut calido, terrae iungitur siccitate: terra ignem sicco patitur, aquam frigore non respuit.' c. q. s. cf. 36 sqq. — Seneca N. Q. III 10 Plinius N. H. X 11 Apuleius de mundo 5 Isidorus origg. XIII 3.

127* Isidorus de natura rerum XII: 'De caelo. Caelum spiritualiter ecclesia est, quae in huius uitae nocte sanctorum uirtutibus quasi claritate siderum fulget. pluraliter autem caeli nomine sancti omnes uel angeli intelleguntur, si quidem per caelos etiam prophetas et apostolos accipere debemus, de quibus scriptum est: Caeli narrant gloriam dei. utique quia ipsi aduentum et mortem, ipsi quoque resurrectionem Christi uel gloriam mundo praedicauerunt. de caeli autem nomine sic dicit sanctus Ambrosius in libris quos scripsit de creatione mundi *(hexaem. II 4, 15)*: Caelum Graeco nocabulo *οὐρανὸς* dicitur, apud Latinos autem propterea caelum appellatur, quia inpressa stellarum lumina ueluti signa habens tamquam caelatum dicitur, sicut argentum quod signis eminentibus refulget caelatum uocatur. huius enim esse subtilem naturam etiam scriptura demonstrat dicens: Quod firmauit caelum sicut fumum. partes autem eius haec ... cacumina, quibus maxime sphaera nititur: quorum alter ad aquilonem spectans boreus alter terrae oppositus austronotus dictus est *(ex Hygino P. A. I 3)*. hemisphaeria ... existimant. hunc autem rotundum atque uolubilem et ardentem esse dixerunt, cuius sphaera super aquas esse posita fertur, ut in ipsis uoluatur eiusque incendium temperent *(ex Ambros. H. II 3, 9. 12.)*. sphaeram ... duo sunt autem, ut diximus, axes ... poten-

---

1 partem *A* || haec sunt *om. BL* || chous *A* cous BL^2 caus L^1 || clima *om.* A^1 || 2 hiemis pferia A^1 hemis pheria A^2 hiemis ******** B^1 emispheria* B^2 || C chous *A* cous *B* || quod B^1 || 3 enius A^1 et ennius A^2 || *Ennius ann. 550 Vahl.* || 4 solidum *Ilbergius:* solum *ABL* || complere *B* compleuere *L* || choum *A* cous *B* || 5 axis ē B^2 || mediā * *B* || spiramn dit A^1 speraeten dit A^2 spe'e tendit *B* || 6 climma *AB* || climma *AB* || orientalis *AB* || & *B* ut *A* || climma *AB* || meridiana AB^1 || 7 axes *A* axus B^1 || 8 extreme *B* || ciclis *AB* circulis *Arevalus* || hiemis pferia A^1 hemis pferia A^2 hiemis speria B^1 hiemis spheria B^2 || 9 altera *B* || et altera *B* || 10 subter *al.* subtus *A* sub *B* || autem *om.* A^1 || * ad *B* || 11 in nocte *B* || uestis *A* || dixerunt exestimant *A* || speram *AB*

Digitized by Google

eo quod rotunditate sui quasi circulus unde incipiat uel ubi desinat non facile conprehendatur. aequaliter enim ex omni parte fertur esse collecta et omnia similiter respiciens adque a centro terrae spatiis aequis distincta ipsaque sui aequalitate ita stabilis, ut eam in nullam partem declinare undique aequalitas collecta permittat ac nullo fulcimento subuecta sustentetur. cuius perfectionem sphaerae uel circuli multis argumentationibus tractans rationabile Plato fabricatoris mundi opus insinuat, primo quod ex una linea constat, secundo quod sine initio est et sine fine, tertio quod

tia.' Isidorus origg. III 30: 'De caelo et eius nomine. Caelum philosophi rotundum uolubilem atque ardentem esse dixerunt, uocatum autem hoc nomine, eoquod tamquam uas caelatum impressa signa habeat stellarum. distinxit enim eum deus claris luminibus et implenit sole scilicet et lunae orbe fulgenti et astrorum micantium splendentibus signis adornauit. hoc autem Graece οὐρανός dicitur ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι, id est a uidendo, eo quod aer perspicuus sit et ad speculandum purior.' 31: 'De situ sphaerae caelestis. Sphaera caeli species est quaedam in rotundum formata, cuius centrum terra est ex omnibus partibus aequaliter conclusa. hanc sphaeram nec principium habere dicunt nec terminum, ideo quod in rotundum quasi circulus unde incipiat uel ubi desinat non facile comprehenditur. philosophi autem mundi septem caelos id est planetas globorum consono motu introduxerunt, quorum orbibus conexa memorant omnia, quos sibi innexos et uelut insertos uersari retro et e contrario ceteris motibus ferri arbitrantur.' 32: 'De eiusdem sphaerae motu. Sphaerae motus duobus axibus inuoluitur, quorum unus est septentrionalis, qui numquam occidit, appellaturque boreus: alter australis, qui numquam uidetur et austronotius dicitur. his duobus polis moueri sphaeram caeli dicunt et cum motu eius sidera in ea fixa ab oriente usque ad occidentem circumire, septentrionibus breuiores gyros iuxta cardinem peragentibus.' 33: 'De eiusdem sphaerae cursu. Sphaera caeli ab oriente et occidente semel in die et nocte uertitur XXIIII horarum spatiis, quibus sol cursum suum super terras et subtus terras sua uolubilitate concludit.' 34: 'De celeritate caeli. Tanta celeritas caeli sphaera dicitur currere, ut, nisi aduersum praecipitem eius cursum astra currerent quae eam remorarentur, mundi ruinam faceret.' 35: 'De axe caeli. Axis est septentrionalis linea recta, quae per mediam pilam sphaerae tendit, et dicta axis, quod in ea sphaera ut rota uoluitur, uel quia ibi plaustrum est.' 36: 'De caelestibus polis. Poli sunt circuli qui currunt per axem. horum alter est septentrionalis, qui numquam occidit, appellaturque boreus; alter australis, qui numquam uidetur et austronotius dicitur; et dicti poli, quod sunt axium cycli ex usu plaustrorum, a poliendo scilicet nominati; sed polus semper boreus uidetur, austronotius nunquam,

---

1 rotunditatis *A* || suae *A* suia B^1 || incipiant *A* || 2 designat *B* || conprehenditur *A* || 3 similiter* *B* || 4 a* *B* || aequis spatiis *B* || distintta A^1 || 5 nulla parte *B* || 6 und*i*que *B* || 7 perfeccionem *B* || spere *AB* || circuli* *B* || 8 multis *om.* B^1 || Plato] *Tim. 33b 34a 43b* || fabricato*ris* *B* || 6 ex] ex *limarum V angulis | zodiacus dictus ex A^1 ex climatarum *c. q. s.* A^2 ex linearum quinque zo*d*iacus ductus ex *B* (dictus B^2) || 10 constet B^2

a puncto efficitur, denuo quod motum ex se habeat, deinde quod careat † iudicio angulorum, et quod in se stellarum figuras omnes includat, et quod motum inerrabilem habeat; si quidem sex alii motus errabiles sunt: ante a tergo dextra laeuaque sursum deorsumque, postremo et quod necessitate efficiatur, ut haec axis ultra circulum duci non possit. Duo sunt autem † axes quibus caelum uoluitur: BOREVS quem nos AQVILONIVM uocamus — hic ἄρκτοι sunt id est septemtriones, qui nobis semper apparent — cui contrarius est

quia dextra caeli altiora sunt, pressa Austri.' 37: 'De cardinibus caeli. Cardines caeli extremae partes sunt axis. et dictae cardines eo, quod per eos uertitur caelum, uel quia sicut cor uoluuntur.' 38: 'De conuexis caeli. Conuexa autem caeli extrema eius sunt, a curuitate dicta, ut est illud: Conuexum quoties claudit nox humida caelum. Connexum enim curuum est, quasi conuersum seu inclinatum et ad modum circuli flexum.' 39: 'De ianuis caeli. Ianuae caeli duae sunt, oriens et occasus. nam una porta sol procedit alia se recipit.' 40: 'De gemina facie caeli. Facies caeli uel caput orientalis regio est, ultima septentrionalis. de qua Lucanus: Sic mundi pars ima iacet, quam zona niualis Perpetuaeque premunt hiemes.' 41: 'De quattuor partibus. climata caeli id est plagae uel partes quattuor sunt, ex quibus prima pars orientalis regio est, unde aliquae stellae oriuntur. secunda occidentalis, ubi nobis aliquae stellae occidunt. tertia septentrionalis, ubi sol peruenit in diebus maioribus. quarta australis, ubi sol peruenit noctibus maioribus. oriens autem ab ortu solis est nuncupatus. occidens quod diem facit occidere atque interire. abscondit enim lumen mundo et tenebras superinducit. septentrio autem a septem stellis axis uocatus, quae in ipso reuolutae rotantur. hic proprie dicitur et uertex eo quod uertitur. meridies autem uocata uel quia ibi sol facit medium diem quasi medidies, uel quia tunc purius micat aether; merum enim purum dicitur. sunt et alia VII climata caeli quasi VII lineae ab oriente in occidentem, sub quibus et mores hominum dispares atque animalia specialiter diuersa nascuntur, quae nuncupata sunt a locis quibusdam famosis, quorum primus est Merois, secundus Syene, tertius Catachoras id est Africa, quartus Rhodus, quintus Hellespontus, sextus Mesopontus, septimus Borusthenes.' 42: 'De hemisphaeriis. Hemisphaerium dimidia pars sphaerae est. hemisphaerion supra terram est ea pars caeli, quae a nobis tota uidetur: hemisphaerion sub terra est, quae uideri non potest, quamdiu sub terra fuerit.' Cf. Isidorus origg. XIII 5 Cassiodorius de artibus ac disciplinis liberalium litterarum cap. VIII. — Hyginus P. A.

2 iudicio *AB* incisione *coni. Grialius* indicio *Arevalus* ‖ angelorum A^2 ‖ se *om. A* ‖ stellarum *AB libri omnes Griali* ceteras *vulgo* ‖ 3 inerrabile A^1 inennarabile A^2 inenarrabilem *B* ‖ 4 motos B^1 ‖ inerrabiles *B* * * * rabiles *A* inennarrabiles A^2 ‖ sint *A* ‖ ante at ergo *A* ante ergo *B* ‖ 5 rursum *A* ‖ deorsumue B^2 deorsum *Arevalus* ‖ postremum *B* postremumque *A* ‖ neccessitate *A* ‖ 6 ut] * * ut *B* ut & *A* ‖ ec B^1 ‖ extra B^1 ‖ 7 axes *ABO* poli *Arevalus* ‖ borreus *A* boreas *B* ‖ 8 aquilonē BA^2O ‖ hic• *A* hinc *O* ‖ arctoe *B* arcte A^1 arcio A^2 ardua *O* ‖ sunt *B in ras.* ‖ id est A^1 idem A^2 ‖ septentrionis *A*

Digitized by Google

NOTIVS qui AVSTRALIS dicitur — hic est qui terra, ut ait Cicero, tegitur, et ἀφανὴς a Graecis nominatur. tanta autem polus celeritate ferri dicitur, ut nisi aduersus eius praecipitem cursum astra currant mundi ruinam faciant. fertur enim eius praeceps uolubilitas cursu siderum temperari. [unde et Lucanus:

sideribus, quae sola fugam moderantur Olympi
occurruntque polo, diuersa potentia]

SOL natura dum igneus sit prae nimio motu conuer- 128*

I 1: 'Sphaera est species quaedam in rotundo conformata omnibus ex partibus aequalis apparens, unde reliqui circuli finiuntur. huius autem sphaerae neque exitus neque initium potest definiri, ideo quod in rotundo omnes tractus et initia et exitus significari possunt.' 2: 'De centro. Centrum est, cuius ab initio circumductio sphaerae terminatur, ac terrae positio constituta declaratur.' 3: 'De axi. Dimensio, quae totius ostenditur sphaerae, est cum ex utrisque partibus eius ad extremam circumductionem recte ut uirgulae perducuntur: quae dimensio a compluribus axis est appellata. huius autem cacumina, quibus maxime sphaera nititur, poli appellantur, quorum alter ad aquilonem spectans boreus, alter oppositus austronothus est dictus.' 5: 'De polis. Polus is qui boreus appellatur perui-deri potest semper: notius autem ratione dissimili semper est a conspectu remotus. naturalis autem mundi statio φυσικὴ dicitur. ea est in boreo polo finita, ut omnia e dextris partibus exoriri in sinistris occidere uideantur. exortus enim est subita quaedam species obiecta nostro conspectui: occasus autem pari de causa, ut erepta ab oculis uisa.' cf. Marcianus Capella VIII 815. — Schol. Germanici p. 38. 118: 'Vertices extremos, circa quos sphaera caeli uoluitur, polos Graeci nuncupauerunt, e quibus unus est australis qui terrae obiectus a nobis numquam uidetur: alter autem septemtrionalis qui boreus uocatur et numquam occidit.' cf. Apuleius de mundo I Macrobius comm. I 16, 4. — Schol. Lucan. X 199: 'Planetae retardant celeritatem Olympi, cuius impetus tantus esset, quod totam machinam dissolueret, nisi planetae contra firmamentum nitentes celeritatem illam cohiberent.' cf. Macrobius comm. I 18 Marc. Capella VIII 852 sqq.

128* Scholiasta Germanici p. 108: 'Sol natura' e. q. s. scholiastae verba repetit Isidorus origg. III 48, nisi quod 'natura' omittit. — Isidorus de natura rerum XV: 'De natura solis. Haec sunt uerba Ambrosii in libro hexaemeron: Solem, inquit, philosophi negant calidae esse naturae eo quod albus sit non rubicundus aut rutilus in speciem ignis et ideo quod

---

1 nocius A^1 noethus A^2 nothus B notus O ‖ terram ut ait Cicero tegitur A^1 terra tegitur ut ait Cicero terra tegitur B terram tegitur ut ait Cicero terra tegitur A^2 terra tegitur ut ait Cicero O ‖ 2 *Cic. fragm. inc. libr. III 15 p. 580 Orell. cf. Cic. Tusc. I 28* ‖ afane|sa A afanis B fanera O ‖ 3 populus A^1 ‖ aduersarius B ‖ precipiente A ‖ 4 current A ‖ ruina B ‖ faciunt A^1 facit A^2 ‖ fertur—temperari *om.* A^1 ‖ 5 eius *om.* A^2 ‖ cursum A^2 ‖ 6 lucanus locutus est B ‖ *Lucan. Phars. X 199* ‖ 7 sidera B ‖ quod B ‖ olimpi AB ‖ 8 diuersa B ‖ potencia & cursu A potencia cursu B potentia prima Mundi lege data est *Lucan. Arev.* ‖ 9 natura *scripsi:* interea *Buhle*

Digitized by Google

sionis amplius incalescit. cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri et e contrario elemento uirtutem luminis et caloris accipere, unde uidemus eum saepius madidum et rorantem.

nec ignitus natura sit. si quid habet caloris, ferunt per nimium motum conuersionis accidere: quod ergo dicendum putant, ut nihil uideatur humoris consumere, quia calorem quo humor uel minuitur uel plerumque exuritur non habet naturalem. sed nihil agunt, cum ista proponunt, quia nihil interest, utrum ex natura calorem quis habeat an ex passione uel ex aliqua causa. nos autem credimus eum sicut habere uirtutem inluminandi, ita etiam uaporandi. igneus enim est sol, ignis autem et inluminat et exurit. Quidam autem dicunt s o l i s i g n e m a q u a n u t r i r i e t e c o n t r a r i o e l i m e n t o u i r t u t e m l u m i n i s et uaporis a c c i p e r e; unde frequenter solem uidemus madidum adque rorantem, in quo euidens dat indicium, quod elimentum aquarum ad temperiem sui sumpserit. hoc quantum ad naturam eius pertinet. ad uero iuxta spiritalem intellegentiam sol Christus est, sicut in Malachia scribitur: Vobis autem qui creditis orietur sol iustitiae et sanitas in pinnis eius. Merito autem Christus sol intellegitur dictus, quia ortus occidit secundum carnem et secundum spiritum de occasu rursus exortus est. item sol inluminat et exurit et opaco tempore confouet sanos, febricitantes uero flagrantia geminati caloris incendit: ita et Christus credentes fidei spiritu uegetante inluminat, negantes se aeterni ignis ardore torrebit.' Ambrosius hex. II 3, 14: 'Tantum autem inest illis impugnandi studium, ut solem ipsum negent calidae naturae esse eo quod albus sit, non rubicundus aut rutilus in speciem ignis. et ideo aiunt, quod nec ignitus natura sit et si quid habet caloris, ferunt ex nimio motu conuersionis accidere. quod ideo dicendum putant, ut nihil uideatur humoris consumere, quia calorem quo humor uel minuitur uel plerumque exhauritur non habet naturalem. sed nihil agunt, cum ista componunt, quia nihil interest utrum ex natura calorem quis habeat an ex passione aut aliqua ex causa.' IIII 3, 9: 'At uero sol non solum uirtutem illuminandi habet sed etiam uaporandi; igneus est enim. ignis autem et inluminat et exurit.' II 3, 13: 'Vnde frequenter et solem uidemus madidum atque rorantem. in quo euidens dat indicium, quod alimentum sibi aquarum ad temperiem sui sumpserit.' praeter uerba 'unde frequenter ... rorantem' ex Basili hex. pag. 29 b. c. Plutarchus P. P. II 20: *Περὶ οὐσίας ἡλίου. Ἀναξίμανδρος, κύκλον εἶναι ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς, ἁμαρτείου τροχοῦ τὴν ἀψῖδα παραπλήσιον ἔχοντα κοίλην, πλήρη πυρός· ἧς κατά τι μέρος ἐκφαίνειν διὰ στομίου τὸ πῦρ, ὥσπερ διὰ πρηστῆρος αὐλοῦ· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸν ἥλιον. Ξενοφάνης, ἐκ πυριδίων τῶν συναθροιζομένων μὲν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως συναθροιζόντων δὲ τὸν ἥλιον· ἢ νέφος πεπυρωμένον. Οἱ Στωικοί, ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλάττης. Πλάτων, ἐκ πλείστου πυρός. Ἀναξαγόρας Δημόκριτος Μητρόδωρος, μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον. Ἀριστοτέλης, σφαῖραν ἐκ τοῦ πέμπτου σώματος. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος ὑαλοειδῆ, δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν ἀνταύγειαν, διηθοῦντα δὲ πρὸς ἡμᾶς τὸ φῶς, ὥστε προσεοικέναι ἡλίῳ τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ πυρῶδες, τὸ δὲ δὴ ἀπ' αὐτοῦ πυροειδὲς καὶ εσοπτροειδές· καὶ τρίτον, τὴν ἀπὸ τοῦ ἐσόπτρου κατ' ἀνάκλασιν διασπειρομένην πρὸς ἡμᾶς αὐγήν· καὶ γὰρ ταύτην προσαγορεύομεν ἥλιον, οἱονεὶ εἴδωλον εἴδωλου. Ἐμπεδοκλῆς δύο ἡλίους. τὸν μὲν ἀρχέτυπον, πῦρ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τοῦ κόσμου, πεπληρωκὸς τὸ ἡμισφαίριον, ἀεὶ καταντικρὺ τῇ ἀνταυγείᾳ ἑαυτοῦ τεταγμένον· τὸν δὲ φαινόμενον, ἀνταύγειαν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τῷ τοῦ ἀέρος τοῦ θερμομιγοῦς πεπληρωμένῳ, ἀπὸ κυκλοτεροῦς τῆς αὐγῆς κατ' ἀνάκλασιν ἐγγιγνομένης εἰς τὸν ἥλιον τὸν κρυσταλλοειδῆ, συμπεριελκομένην δὲ τῇ κινήσει τοῦ πυρίνου· ὡς δὲ βραχέως εὑρῆσθαι συντεμόντα, ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ*

Digitized by Google

Solem ampliorem aliquod partibus quam terram sapien- 129*
tes describunt.

Solem per se ipsum constat moueri non cum mundo 130*
uerti sed in zodiaci circuli obliquitate cursum peragrare.
qui cum per trecentos sexaginta quinque dies et quadrantem

περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν ἥλιον. Ἐπίκουρος, γήινον πύκνωμα κισσηροειδὲς ταῖς κατατρήσεσιν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνημμένον.

129* Isidorus de natura rerum XVI: 'De quantitate solis et lunae. Rursus in eodem opere doctor idem ita testatur: Solis radius nulli propior nulli longinquior est. similiter et lunae globus aequalis est omnibus. similis sol et Indis et Brittanis eodem momento uidetur cum oritur nec uergens in occasum minor apparet orientalibus nec occidentalibus cum oritur inferior quam orientalibus existimatur. Quantum distat, inquit, oriens ab occasu? tantum haec sibi inuicem distant, sed sol a nullo distat, nulli praesentior nullique remotior est. neque moueat quemquam, quod tamquam cubitalis in orbe suo uideatur cum oritur, sed considerari oportet quantum intersit spatii inter solem et terram, quod adspectus nostri infirmitas et quaedam aegritudo uix ualet intendere. Hunc autem ampliorem ... describunt. Lunam autem minorem esse dicunt antiqui quam solem; omnia enim quae proxima sunt nobis maiora uidentur, longinquitate autem locorum uisus languescit. lunam autem uidemus prope nos esse nec eam maiorem aspectui nostro quam solem; ideoque cum sol longe superior sit a luna et tamen a nobis maior uidetur, iam si prope nos accesserit, multo maiorem futurum.' Isidorus origg. III 46sq. Ambrosius H. IIII 6 25: 'Solis radius nulli propior nulli longinquior est, similiter et lunae globus aequalis est omnibus. similis sol et Indis et Britannis eodem momento uidetur cum oritur, nec cum uergit in occasum minor apparet orientalibus quam occidentalibus nec occidentalibus cum oritur inferior quam orientalibus aestimatur. Quantum distat, inquit, oriens ab occidente? haec inuicem sibi distant sed sol a nullo distat nulli remotior est. neque te moueat quod tamquam cubitalis tibi orbis uideatur solis cum oritur, sed considera quantum intersit spatii inter solem et terras, quod aspectus nostri infirmitas sine magno sui non potest transire dispendio.' ex Basili hexaem. p. 59 sq. p. 61 e p. 62. Hyginus P. A. IIII 14: 'Hinc etiam possumus intellegere lunam minorem esse quam solem; omnia quae proxima sunt nobis maiora necesse est esse quam quae longo discedente interuallo uidemus. igitur lunam uidemus proxime nos esse neque eam maiorem aspectui nostro quam solem. illud quoque necesse est cum sol non longe absit a luna et a nobis maior uidetur, si prope accesserit multo maiorem futurum.' — Plutarchus P. P. II 21: *Ἀναξίμανδρος, τὸν μὲν ἥλιον ἴσον τῇ γῇ εἶναι, τὸν δὲ κύκλον, ἀφ' οὗ τὴν ἐκπνοὴν ἔχει, καὶ ἐφ' οὗ φέρεται, ἑπτακαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς. Ἀναξαγόρας, πολλαπλασίονα Πελοποννήσου. Ἡράκλειτος, ἑνὸς ποδὸς ἀνθρωπείου. Ἐπίκουρος πάλιν φησὶν ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα, ἢ τηλικοῦτον ἡλίκος φαίνεται, ἢ μικρῷ μείζω, ἢ ἐλάττω.* 26: *Οἱ Στωικοὶ μείζονα (τὴν σελήνην) τῆς γῆς ἀποφαίνονται, ὡς καὶ τὸν ἥλιον.*

130* Scholiasta Germanici p. 108: 'Solem per se ipsum' e. q. s. Isidorus de natura rerum XVII origg. III 49. — Plinius N. H. II 35: 'Deinde solis meatum esse partium quidem trecentarum sexaginta, sed

---

1 aliquid *A* aliquot B^2 || partitius *A corr. cad. man.* || ampliorem quam terram aliquod partibus *A* || aliquot *B* || sapientes esse *B* || 2 discribunt *B* || 4 peragrare paulo superius diximus *Schol. Germ.*

Digitized by Google

zodiacum lustret et singula (signa) tricenis diebus denisque horis ac semisse transcurrat, incremento dimidiarum horarum quarto anno unum diem complet, quem bisextum nuncupant, qui dies conficitur ex quadrantibus. nam cum duodecies semis sex horas integras faciant id est quadrantem, hic quadrans quater ductus uiginti quattuor horas perficit, id est unum diem cum sua nocte complet, et in quarto bisextum ut praefati sumus efficit.

131* LVNAM quidam philosophorum dicunt proprium lumen

ut obseruatio umbrarum eius redeat ad notus quinas annis dies adici superque quartam partem diei. quam ob causam quinto anno unus intercalaris dies additur, ut temporum ratio solis itineri congruat.'

131* Scholiasta Germanici p. 109: 'Hanc quidam philosophorum' e. q. s. scholiastam exscripsit Isidorus origg. III 52, 1. — Isidorus de natura rerum XVIII, 1—4: 'De lumine lunae. Ait sanctus Augustinus in psalmi decimi expositione: Quaeritur enim, inquid, unde habeat luna lumen. duae tantum opiniones traduntur, sed quae sit harum uerax, dubium fertur posse quemquam scire. Alii namque dicunt proprium eam habere lumen, globique eius unam partem esse lucifluam, alteram obscuram et dum moueatur in circulo suo, eandem partem qua lucet paulatim ad terras conuerti, ut uideri a nobis possit, et ideo prius quasi corniculato lumine fulget. nam et si formes pilam ex parte media candidam et ex parte obscuram, tunc eam partem quae obscura est si coram oculis habeas nihil candoris aspicies; cum coeperis illam candidam partem paulatim ad oculos conuertere, primum ueluti cornua candoris uidebis, dehinc sensim crescit, donec tota pars candens opponatur oculis et nihil obscurum alterius partis uideatur, quam si denuo paulatim conuerteris, incipit obscuritas apparere et candor minui, donec iterum ad cornua redeat ac sic totus candor ab oculis auertatur et sola iterum obscura pars possit uideri. quod fieri dicunt, cum lumen lunae uidetur crescere usque ad quintam decimam et rursus usque ad tricesimam minui et redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat. at contra alii dicunt lunam non suo fulgere lumine sed a sole accipere lumen. sol enim illi loco superior est. hinc euenit ut quando sub illo est parte superiore luceat, inferiore uero quam habet ad terras obscura sit. cum uero ab illo decedere coeperit, inlustretur etiam ex ea parte quam habet ad terras incipiens a cornibus. sicque paulatim sole longius recedente pars omnis subterior inluminatur, donec efficiatur quinta decima luna. post dimidium autem mensem cum coeperit ex alio semicirculo propinquare soli, quanto magis a superiore parte inlustratur, tanto magis ab ea parte quam terris auertit non potest excipere radios solis et propterea nidetur decrescere. illud manifestum est et cuilibet aduertenti facile cognitum, quod luna non augeatur ad oculos nostros nisi a sole recedendo neque minuatur nisi ad solem ex parte alia propinquando. ab illo ergo accipit lumen et cum sub illo est semper exigua est; cum uero ab illo longius abscesserit, fit ampla suoque ambitu plena. si enim suo lumine uteretur, necesse erat semper eam esse aequalem nec

1 signa *addidi* || 2 semisse id est dimidia hora *Schol. Germ.* || 3 bissextum *Buhle (sic postea quoque)* || 5 id est *scripsi:* idem *Buhle*

Digitized by Google

habere globique eius unam partem esse lucifluam aliam uero obscuram et paulatim se uertendo diuersas formas efficere.

die tricensima exilem fieri, et si suo lumine uteretur, huius numquam eclipsis fieret.' Augustinus enarr. in psalm. X 3: 'Duae sunt de luna opiniones probabiles. harum autem quae uera sit, aut non omnino aut difficillime arbitror posse hominem scire. cum enim quaeritur unde lumen habeat, alii dicunt suum habere, sed globum eius dimidium lucere dimidium autem obscurum esse, dum autem mouetur in circulo suo, eandem partem qua lucet paulatim ad terras conuerti, ut uideri a nobis possit et ideo prius quasi corniculatam apparere. nam et si facias pilam ex dimidia parte candidam et ex dimidia obscuram, si eam partem quae obscura est ante oculos habeas, nihil candoris uides et cum coeperis illam candidam partem ad oculos conuertere, si paulatim facias, primo cornua candoris uidebis, deinde paulatim crescit, donec tota pars candens opponatur oculis, et nihil obscurae alterius partis uideatur: quod si perseueres adhuc paulatim conuertere, incipit obscuritas apparere et candor minui, donec iterum ad cornua redeat et postremo totus ab oculis auertatur, ac rursus obscura illa pars sola possit uideri: quod fieri dicunt, cum lumen lunae uidetur crescere usque ad quintam decimam lunam et rursus usque ad tricesimam minui et redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat. . . . . alii autem dicunt non habere lunam lumen proprium sed a sole illustrari; sed quando cum illo est, eam partem ad nos habere qua non illustratur, et ideo nihil in ea lucis uideri; cum autem incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiam parte quam habet ad terram et necessario incipere a cornibus, donec fiat quinta decima contra solem. tunc enim sole occidente oritur ut quisquis occidentem solem obseruauerit, cum eum coeperit non uidere conuersus ad orientem lunam surgere uideat. atque inde ex alia parte cum ei coeperit propinquare, illam partem ad nos conuertere qua non illustratur, donec ad cornua redeat atque inde omnino non appareat; quia tunc pars illa quae illustratur, sursum est ad caelum, ad terram autem illa quam radiare sol non potest.' Hyginus P. A. IIII 14: '8i enim suo lumine uteretur, illud quoque sequebatur eam semper aequalem esse oportere nec die tricesimo tam exilem aut omnino nullam uideri.' — Plutarchus P. P. II 28: *Περὶ φωτισμῶν σελήνης. Ἀναξίμανδρος, ἴδιον αὐτὴν ἔχειν φῶς, ἀραιότερον δέ πως. Ἀντιφῶν, ἰδίῳ φέγγει λάμπειν τὴν σελήνην, τὸ δ' ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτὴν ὑπὸ τῆς προσβολῆς τοῦ ἡλίου ἀμαυροῦσθαι, πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου πυρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν· ὃ δὴ συμβαίνειν καὶ περὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. Θαλῆς καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν σελήνην. Ἡράκλειτος, τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην· σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασι τοὺς ἀστέρας, δεχομένους δὲ τὰς ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως αὐγὰς φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν· λαμπρότερον μὲν τὸν ἥλιον, ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀέρι φέρεσθαι· τὴν δὲ σελήνην ἐν θολερωτέρῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἀμαυροτέραν φαίνεσθαι.* 25: *Περὶ οὐσίας σελήνης. Ἀναξίμανδρος, κύκλον εἶναι ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς γῆς, ὥσπερ τὸν τοῦ ἡλίου πλήρη πυρός· ἐκλείπειν δὲ κατὰ τὰς ἐπιστροφὰς τοῦ τροχοῦ· ὅμοιον γὰρ εἶναι ἁρματείῳ τροχῷ κοίλην ἔχοντι τὴν ἁψίδα καὶ πλήρη πυρός, ἔχοντι μίαν ἔκπνοήν. Ξενοφάνης, νέφος εἶναι πεπιλημένον. Οἱ Στωικοί, μικτὴν ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος. Πλάτων, ἐκ πλειόνος τοῦ γεώδους. Ἀναξαγόρας Δημόκριτος, στερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία καὶ ὄρη καὶ φά-*

1 habere *Suringar cf. Breysig. Philol. XIII p. 667:* non habere *Buhle*

Digitized by Google

132* Luna larga est roris et dux humentium substantiarum. luna crescente omnes fructus crescunt adque ea minuente minuuntur.

133* Septem formas habet luna: primam enim figuram bicornem habet ita: ☽, secundam sectilem habet ita ☾, tertiam dimidiam (ex maiore) habet ita ◐, quartam figuram plenam ita ○. quintam iterum dimidiam ex maiore ita ◑, sextam iterum sectilem ita ☽, septimam (iterum) bicornem habet ita ☾. septima autem semis et uicesima secunda semis in suo orbe mediae sunt. ceterae proportionales sunt.

ραγγας. Ἡράκλειτος, γῆν ὁμίχλη περιειλημμένην. Πυθαγόρας, κατοπτροειδὲς σῶμα τῆς σελήνης.

132* Isidorus de natura rerum XVIII 5—6: 'Ceterum quantum ad intellectum pertinet mysticum, luna huius mundi speciem tenet, quia sicut ista menstruis completionibus deficit, ita mundus ad completionem temporum currens cotidianis defectibus cadit. luna quippe elimenti sui uarietate diuersis cursibus desinit ut crescat crescit ut desinat: sed ideo alternis uicibus commutationem sideris repraesentat, ut doceat homines ex ortu morituros et ex morte uicturos; adque ideo cum senescit mortem corporum prodit, cum augetur aeternitatem indicat animarum. nonnumquam uero eadem luna etiam ecclesia accipitur, pro eo quod sic ista a sole sicut ecclesia a Christo inluminatur. sicut enim luna crescit adque deficit, ita ecclesia defectus habet et ortus. frequenter enim defectibus suis creuit et his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur et confessorum martyrio coronatur. item sicut luna larga est roris et dux humentium substantiarum, ita ecclesia baptismi et praedicationum: et quemadmodum luna crescente ... minuuntur, non aliter intellegimus et ecclesiam, in cuius incremento proficimus cum ipsa; cum uero persecutionem patitur et minuitur, et nos cum illa patimur et minuimur.' Ambrosius hex. IIII 8, 32: 'Prospiciens ergo ecclesia sicut luna defectibus suis creuit et his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur et confessorum martyriis coronatur.' IIII 7, 3: 'nam et ipsa luna larga roris asseritur.'

133* Isidorus de natura rerum XVIII, 7: 'Item sicut septem formas habet luna, sic tot gratias meritorum ecclesia. primam enim figuram luna ... ita. eodem constat numero etiam distributio charismatum, quae per spiritum sanctum toti ecclesiae conferuntur. septima autem ... sunt.' Isidorus origg. III 53. Easdem septem φάσεις agnoscit Macrobius comm. I 6, 55.

2 fructi *A* fluctus *coni. Arevalus* || crescunt & oms fructos *B* || inuente B^1 || 4 prima *AB* || bicornem habet ita *scripsi:* habet ita bicornia B^1 habet ita bicornua B^2 habet ita *A* || *figuras false in libris pictas et false a Beckero correctas emendavi* || 5 secunda *AB* || habet *om. B* || tertia *AB* || 6 dimediam *A* dimediū *B* || ex maiore *addidi* || habet *om. B* || quarta *AB* || 7 habet ita *B* || quinta *AB* || dimediam *A* || maiore *A* || sexta *AB* || 8 septima *AB* || iterum *addidi* || bicornam B^1 bicornua B^2 || habet *om. B* || 9 septima — sunt *om. A* || uicesima *B* || 10 media est *Arevalus* || partionales *B*

Digitized by Google

Luna terris uicinior est quam sol siue quam cetera er- 134*
rantia sidera. unde et breuiore orbe celerius peragit cursum suum. nam iter quod sol trecentis et sexaginta quinque diebus et sex horis peragit, luna uiginti septem diebus et octo horis percurrit; singula uero signa sol tricenis diebus et denis horis ac semisse, luna autem binis diebus et senis horis besse unius perlabitur. unde fit ut quantum spatii in zodiaco luna (die uno) percurrit tantum sol tredecim diebus expleat.

Tunc sol ECLIPSIN patitur quod Latine DEFECTIO dici- 135*
tur, quoties luna tricesima ad eandem lineam qua sol uehitur peruenit eique se obiiciens eum obscurat. unde deficere nobis uidetur, cum ei orbis lunae opponitur.

134* Scholiasta Germanici p. 109: 'Luna terris' e. q. s. — Isidorus de natura rerum XX, 1: 'Solem sapientes dicunt altius currere lunam autem proximam esse terrae.' XVIIII: 'De lunae cursu. Lunam per alios ortus et occasus, ait Hyginus, necesse est moueri non stare idque facilius quam de sole licet intellegere, quia cum a sole accipiat lumen et ita nobis lucere uideatur, non est dubium eam moueri potius quam stare. Terris autem uicina luna breuiori orbe conuertitur et iter quod sol in diebus CCCLXV peragit, ista per triginta dies percurrit, unde et antiqui menses in luna, annos autem in sole posuerunt. itaque luna per tricenos dies duodenis uicibus suum cursum perficiens consummat annum secundum Hebraeos aliquibus diebus adiectis, secundum Romanos bisexto semel in quadriennio unius diei adiectione celebrato. cuius etiam augmentis decrementisque mira quadam prouidentiae arte omne quod gignitur alitur adque crescit. nam et defectu eius compatiuntur elimenta et processu eius quae fuerint exinanita cumulantur, ut animantium cerebrum maritimorum, siquidem echinus ostreaeque in augmento lunae pleniores reperiri feruntur.' Isidorus origg. III 56. Hyginus P. A. IIII 14: 'Lunam sole per alios exortus et occasus necesse est moueri non stare idque facilius quam de sole licet intellegere. . . . hanc autem cum a sole lumen accipiat et ita nobis lucere uideatur, non est uerisimile de tam multis causis potius eam stare quam moueri.' Ambrosius H. IIII 5, 24: 'In annos quoque ordinati sunt sol et luna: luna per trecentos dies duodenis uicibus suum cursum conficiens consummat annum secundum Hebraeos aliquibus diebus adiectis, secundum Romanos bissexto semel intra quinquennium unius diei adiectione celebrato.' ex Basili hex. p. 29 c. p. 30. pag. 58 c. IIII 7, 29: 'In quo grande mysterium. nam et defectui eius compatiuntur elementa et processu eius quae fuerint exinanita cumulantur, ut animantium cerebrum et maritimorum humida, siquidem pleniores ostreae reperiri feruntur multaque alia, cum globus lunaris adolescit.' ex Basili hex. p. 60 c. p. 61 a. b.

135* Scholiasta Germanici p. 108: 'Tunc autem eclipsin' e. q. s. repetit Isidorus origg. III 57. Cf. Isidorus de natura rerum XX. exscripsi ad Fragm. 136*.

---

6 senis *scripsi*: semis *Buhle* || 8 die uno *addidi*

Digitized by Google

136* Ita soli obicitur luna sicut lunae opponitur terra; quae utraque lumina, cum ad terras non perueniunt, defecisse dicuntur. alii autem dicunt defectum solis fieri, si foramen aeris quo sol radios fundit aliquo spiritu contrahatur siue obturetur. haec physici et sapientes dicunt.

136* Isidorus de natura rerum XX: 'De eclipsi solis. Solem sapientes dicunt altius currere, lunam autem proximam esse terrae. haec ergo dum deorsum ad idem signum uel lineam qua sol uehitur peruenit obicit se soli et tenebras totius orbis efficit, quod tantum intermenstruo contingit. nam tunc luna in eadem parte signi est, qua sol uehitur; ideoque fit illi proxima et oppositione sui obscurari ab oculis nostris lumen eius uidetur: ueluti si quis alicuius oculis manum expansam opponat, quanto magis id fecerit, eo minus ille uidere poterit, quanto autem procul discesserit, eo magis illi omnia poterunt apparere. simili itaque ratione cum ad solis locum uel lineam luna peruenerit, tunc proxima eius uidetur et radios eius coram oculis nostris obturare, ut lumen non possit eicere; cum autem luna ab eo loco discesserit, tunc sol lumen eicit et ad oculos nostros transmittit. quapropter ita soli ... sapientes mundi dicunt. ceterum doctores nostri mystice huius eclipsis mysterium in Christo dixerunt esse completum tunc cum interrupto aeterni sideris cursu insolito turbata ordinem suum elimenta perdiderunt, cum sacrilegae factum coniurationis sol iste uerus horrescens infestis in populo Iudaico errorum tenebris paululum semetipsum per mortem abscondit ac de cruce depositus se in sepulcro abditus obscurauit, donec tertia die augustior solito huic mundo id est gentibus claritatis suae potentiam praesentaret, ac sicut sol in uirtute sua refulgens tenebras operti saeculi inluminaret.' Hyginus P. A. IIII 14: 'Luna enim cum ex toto mundo et ad acies nostras peruenit et quodam tempore torrens peruenit ad eundem locum signi quo sol uehitur, obscurare lumen eius a nostro conspectu uidetur. hoc autem maxime euenit die nouissimo cum luna transierit in duodecim signa et sol ad aliud signum transire uideatur et proxima fiat illi. quod euenire sic etiam potest intellegi, ut si quis alicui manum planam ad oculos admouerit, quanto magis sic fecerit, hoc minus ille uidere poterit et quanto longius ab eo discesserit, hoc magis illi omnia poterunt apparere. simili ratione cum luna ad solis locum peruenerit, tunc proxima eius uidetur esse et radios eius obturare, ut lumen eicere non possit. cum autem luna ab eo loco discesserit, tunc sol lumen eicit et ita ad corpora nostra adicit.' — Plutarchus P. P. II 24: *Περὶ ἐκλείψεως ἡλίου. Θαλῆς πρῶτος ἔφη ἐκλείπειν τὸν ἥλιον, τῆς σελήνης αὐτὸν ὑποτρεχούσης κατὰ κάθετον, οὔσης φύσει γεώδους· βλέπεσθαι δὲ τοῦτο κατοπτρικῶς ὑποτιθεμένῳ τῷ δίσκῳ. Ἀναξίμανδρος, τοῦ στομίου τῆς τοῦ πυρὸς διεκπνοῆς ἀποκλειομένου. Ἡράκλειτος, κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς στροφήν· ὥστε τὸ μὲν κοῖλον ἄνω γίνεσθαι, τὸ δὲ κυρτὸν κάτω πρὸς τὴν ἡμετέραν ὄψιν. Ξενοφάνης, κατὰ σβέσιν· ἕτερον δὲ πάλιν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς γίνεσθαι· παριστόρηκε δὲ καὶ ἔκλειψιν ἡλίου ἐφ' ὅλον μῆνα, καὶ πάλιν ἔκλειψιν ἐντελῆ, ὥστε τὴν ἡμέραν νύκτα φανῆναι. Ἔνιοι, νεφῶν πύκνωσιν τῶν ἀοράτως ἐπερχομένων τῷ*

1 sicut lunae *om.* *A* || terrae *A* || 2 a *A* || deficisse *A* diffecisse B^1 deffecisse B^2 || 3 *ali* B^1 || diffectum B^1 deffectum B^2 || 4 qua AB^1 | radius B^1 || spiritu *om.* *A* || obduretur *AB* || 5 phisici B^2 fisichi B^1 fisici *A*

Digitized by Google

Luna non deficit sed obumbratur nec deminutionem 137*
sentit corporis sed obiectu obumbrantis terrae casum patitur luminis. patitur autem quintadecima usque quamdiu centrum adque umbram obstantis terrae exeat uideatque solem uel a sole uideatur. constat ergo lunam ex solis radiis lumen accipere et dum obiectu terrae solem non aspexerit tunc lumen amittere. nam dicunt stoici omnem terram montibus claudi,

δίσκῳ. Ἀρίσταρχος τὸν ἥλιον ἵστησι μετὰ τῶν ἀπλανῶν, τὴν δὲ γῆν κινεῖ περὶ τὸν ἡλιακὸν κύκλον, καὶ κατὰ τὰς ταύτης ἐγκλίσεις σκιάζεσθαι τὸν δίσκον. Ξενοφάνης, πολλοὺς εἶναι ἡλίους καὶ σελήνας κατὰ κλίματα τῆς γῆς, καὶ ἀποτομὰς καὶ ζώνας· κατά τινα δὲ καιρὸν ἐμπίπτειν τὸν δίσκον εἰς τινα ἀποτομὴν τῆς γῆς οὐκ οἰκουμένην ὑφ' ἡμῶν, καὶ οὕτως ὥσπερ κενεμβατοῦντα ἔκλειψιν ὑπομένειν. ὁ δ' αὐτὸς τὸν ἥλιον εἰς ἄπειρον μὲν προϊέναι, δοκεῖν δὲ κυκλεῖσθαι διὰ τὴν ἀπόστασιν.

137* Isidorus de natura rerum XXI: 'De eclipsi lunae. Luna non deficit ... luminis. hanc enim philosophi non habere lumen proprium, sed eandem a sole inluminari defendunt, et quia ea demensione luna distat a sole, ut per mediam terram si quid directum traiciatur contingere possit solem sub terram, lunam autem super terram, et quia usque ad lunarem circulum terrae umbra extenditur, ideo uenit nonnumquam, ut solis radii obiciente se mole terrae uel umbra ad eam non perueniant. Patitur autem ... umbra. figuraliter autem per lunae defectum ecclesiae persecutiones intelleguntur quando martyrum caedibus et effusione sanguinis tamquam illo defectu et obscuratione quasi cruentam faciem luna uideatur ostendere, ut a nomine Christiano terreantur infirmi *(ex Augustini enarr. in ps. X 4)*. sed sicut ista post defectum perspicua inlustratione clarescit, adeo ut nihil detrimenti sensisse uideatur, ita et ecclesia postquam per martyrum confessionem suum pro Christo sanguinem fuderit, maiore fidei claritate refulget adque insigniori lumine decorata semet ipsam latius in toto orbe diffundit.' Hyginus P. A. IIII 14: 'Lunae autem eclipsis sic euenit, cum prope dimensione sit luna, cum abierit sol sub terram, dumtaxat hoc modo, ut per mediam terram si quid directum traieceris contingere possit solem sub terram, lunam autem supra terram; quod cum ita euenit, necesse est solis radios propter magnitudinem terrae ita esse dimissos, ut lumen eius quo luna lucet non possit ad eam peruenire, et ita existimatur fieri eclipsis lunae.' Fragm. Censorino adscriptum III 5: 'Luna globum suum creditur habere, sed ignem a sole concipere et quantum percutitur ardescere. quantum igitur a sole discedit augetur; cum uero contra stetit, toto feritur aduerso et uelut speculum non uim sed imaginem reddit.' Scholiasta Germanici p. 110: 'Alii contra aiunt lunam globum suum habere, sed ignem a sole concipere, et quantum percutitur ardescere, et quantum a sole discedit augeri. cum uero contra steterit, feritur ex aduerso et uelut speculum non uim sed imaginem reddit, unde et defectum patitur, si inter ipsum et

---

1 defecit B^1 || deminucionenem A || 2 obiecto B^1 || obumbrantes A obumbrati B || terris B^2 || casu B^1 || 3 pati*tur B || autem hoc B || quesquae B^1 hoc usque B^2 || 4 umbra B || exeat *om.* A || 5 ergo B autem A || luna AB || olis B^1 || radii A || 6 obiectu B aiecto A || 7 *stoichi B^1 stoici B^2 stohici A || claudi dicunt A

Digitized by Google

quorum umbra fertur luna subito non apparere. [unde et Lucanus:

iam Phoebe toto fratrem cum redderet orbe,
terrarum subita percussa expalluit umbra.]

138* STELLAE quidem cum mundo uertuntur, non stante mundo stellae uagae feruntur: exceptis enim his quae uocantur PLANETAE id est ERRANTES, quae uagis mouentur ordinibus, ceterae quae *ἀπλανεῖς* appellantur uno loco fixae cum mundo uoluuntur. ideo autem planetae id est errantes dicuntur, quia per totum mundum uario motu discurrunt. partibus autem diuersis inter se mouentur sidera: nam quaedam superius quaedam inferius currunt. inde et illa quae terris propinquiora sunt quasi maiora nobis uidentur quam ea quae circa caelum uoluuntur; longinquitate enim locorum uisus languescit. hinc accidit ut interuallo longe inter se distantium circulorum alia celerius alia tardius ad cursus sui exordium reuertantur. nam quaedam sidera celerius

solem umbra terrae interueniat.' Isidorus origg. III 58. Plutarchus P. P. II 29: *Περὶ ἐκλείψεως σελήνης. Ἀναξίμανδρος, τοῦ στομίου τοῦ περὶ τὸν τροχὸν ἐπιφραττομένου. Βηρωσσός, κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστροφὴν τοῦ ἀπυρώτου μέρους. Ἡράκλειτος, κατὰ τὴν τοῦ σκαφοειδοῦς συστροφήν. Τῶν Πυθαγορείων τινές, ἀνταύγειαν καὶ ἐπίφραξιν, τὸ μὲν τῆς γῆς τὸ δὲ τῆς ἀντίχθονος· οἱ δὲ νεώτεροι, κατ' ἐπινέμησιν φλογὸς κατὰ μικρὸν ἐξαπτομένης τεταγμένως, ἕως ἂν τὴν τελείαν πανσέληνον ἀποδῷ, καὶ πάλιν ἀναλόγως μειουμένης μέχρι τῆς συνόδου, καθ' ἣν τελείως σβέννυται. Πλάτων Ἀριστοτέλης οἱ Στωικοὶ οἱ Μαθηματικοὶ συμφώνως, τὰς μὲν μηνιαίους ἀποκρύψεις συνοδεύουσαν αὐτὴν τῷ ἡλίῳ καὶ περιλαμπομένην ποιεῖσθαι, τὰς δ' ἐκλείψεις εἰς τὸ σκίασμα τῆς γῆς ἐμπίπτουσαν, μεταξὺ μὲν ἀμφοτέρων τῶν ἀστέρων γινομένης, μᾶλλον δὲ τῇ σελήνῃ ἀντιφραττομένης.*

138* Isidorus de natura rerum XXII: 'De cursu stellarum. Stellae quidem' e. q. s. Hyginus P. A. IIII 8: 'Igitur cum uidemus stellas oriri et occidere, necesse est mundum quoque cum stellis uerti.' Isidorus origg. III 62—69. — Plutarchus P. P. II 16: *Περὶ τῆς τῶν*

---

1 umbrā B^1 || parere *A* parere * B^1 || 2 lucanus dicit *B* || *Lucan. Phars. I 538 sq.* || 3 iam *B* || fabe *A* ab * B^1 febe B^2 || rediret *A* || urbem B^1 orbem B^2 || 4 terram *A* || subito *A* || percassam *A* || umbram *A* || 5 non cum stante *A* non stantante *B* || 6 q: *B* qui *A* || 7 magis *A* || 8 citerae B^1 || *ἀπλανεῖς scripsi:* aplanes *B* a planis A^1 a planetis A^2 || confixae *B* || 10 mumdum *A* || mundo A^1 modo A^2 || 11 sydera B^2 || 12 superiores *A* || inferios *A* || 13 propinquiores A^1 || 14 circa| lum A^1 circu|lum A^2 || 15 languiscit B^1 || accedit AB^1 || 16 cursum *A* || 17 reuentut' *A* || celeus B^1

Digitized by Google

exorta serius occidere existimantur, quaedam etiam tardius ceteris exorta citius ad occasum perueniunt, quaedam uero pariter oriuntur et non simul occidunt, omnia autem suo tempore ad cursum proprium reuertuntur. radiis autem solis praepedita sidera aut ANOMALA fiunt aut RETROGRADA aut STATIONARIA. [iuxta quod et poeta meminit dicens:

sol tempora diuidit aeui,
mutat nocte diem radiisque potentibus astra
ire uetat cursusque uagos statione moratur.]

In ambitu septem caelestium orbium primum inferiore 139*
sphaerae circulo LVNA est constituta, ideo proxima terris posita, ut nocte nobis facilius lumen exhibeat. dehinc secundo circulo MERCVRII stella est conlocata soli celeritate par, sed ui quidem ut philosophi dicunt contraria. tertio circulo LVCIFERI circumuectio est, quae inde VENVS est dicta quod inter quinque stellas plus lucis habeat: nam quemadmodum sol et luna ita et haec umbram facit. quarto

ἀστέρων φορᾶς καὶ κινήσεως. Ἀναξαγόρας Δημόκριτος Κλεάνθης, ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς φέρεσθαι πάντας τοὺς ἀστέρας. Ἀλκμαίων καὶ οἱ Μαθηματικοί, τοὺς πλανήτας τοῖς ἀπλανέσιν ἐναντίους· ἀπὸ γὰρ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς ἀντιφέρεσθαι. Ἀναξίμανδρος, ὑπὸ τῶν κύκλων καὶ τῶν σφαιρῶν, ἐφ' ὧν ἕκαστος βέβηκε, φέρεσθαι. Ἀναξιμένης, ὁμοίως ὑπὸ τὴν γῆν καὶ περὶ αὐτὴν στρέφεσθαι τοὺς ἀστέρας. Πλάτων καὶ οἱ Μαθηματικοί, ἰσοδρόμους εἶναι τὸν Ἥλιον, τὸν Ἑωσφόρον, τὸν Στίλβοντα.

139* Isidorus de natura rerum XXIII: 'De positione septem stellarum errantium. In ambitu quippe septem ... hi sunt, qui in sphaera subiecta continentur, quibus peractis ... XXX. quorum orbium adque stellarum positionem subdita demonstrat figura *(fig. 3)*.' e. q. s. Vltimo loco Isidorus synodales et siderales planetarum circulos confudit. eadem perturbatio in origg. III 65. — Plutarchus P. P. II 15: *Περὶ τάξεως ἀστέρων. Ξενοκράτης κατὰ μιᾶς ἐπιφανείας οἴεται κινεῖσθαι τοὺς ἀστέρας. Οἱ δ' ἄλλοι Στωικοί, πρὸ τῶν ἑτέρων τοὺς ἑτέρους ἐν ὕψει καὶ βάθει. Δημόκριτος, τὰ μὲν ἀπλανῆ πρῶτον, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς πλανήτας, ἐφ' οἷς Ἥλιον Φωσφόρον Σελήνην. Πλάτων μετὰ τὴν τῶν ἀπλανῶν θέσιν,*

---

1 serios B^1 caelerius A || exestimantur A estimantur B || 5 praependita B^1 || sydera B^2 *et sic fere semper* || ut A || anoma A^1 anomela B^1 || fiant A || 6 iux A^1 || poetam B^1 || *Lucan. Pharsal. X 201 sqq.* || 7 ęi *** B || 8 uta B mutant A^1 || noctem AB^1 || 9 cursosque B || morar&ur A || 10 ambitum B^1 || urbium B^1 || inferiori B^2 || 11 spere AB || circulos B^1 || pposita B^1 || 12 exibeat A^1B^1 || 13 mercoris B^1 || collocata B || solita A *om.* B^1 solis B^2 || 14 per A || uim B^1 || quidem *O. Iahnius:* quadam AB || 15 luci ** feri B || circumfectio B circumuencio A || est *om.* A || inde a gentilibus *Isidorus* || 16 luces A || nam ut praediximus *Isidorus; non praedixit* || aut B^1

Digitized by Google

circulo SOLIS cursus est conlocatus, qui proinde quia omnibus lucidior est medius est constitutus, ut tam superioribus quam inferioribus lucem praestet; ratione autem diuina sic constitutus, quia praeclara omnia in medio esse debent. porro quinto circulo † VESPER sidus est conlocatum, quem MARTI adsignant. sexto PHAETHONTIS stellam quam IOVIS appellant. iam summo caelo id est in mundi uertice stella SATVRNI est posita, quae quidem dum summum caelum teneat sublimiorque sit omnibus, natura tamen eius frigida fertur adprobante Virgilio:

frigida Saturni sese quo stella receptet.

haec autem sidera errantia appellantur, non quod ipsa errent sed quos nos errare faciant, quae sidera Graece planetae dicuntur. in sole enim et luna omnibus notitia est ortus et occasus, ideo quia sol et luna directo cursu eunt; ista uero ut praedictum est retrogradantur uel anomala efficiuntur id est quando particulas addunt et detrahunt: ceterum quando tantum detrahunt retrograda dicuntur; stationem autem faciunt quando stant. anni autem singularum

πρῶτον Φαίνοντα λεγόμενον, τὸν τοῦ Κρόνου· δεύτερον Φαέθοντα, τὸν τοῦ Διός· τρίτον Πυροέντα, τὸν τοῦ Ἄρεος· τέταρτον Ἑωσφόρον, τὸν τῆς Ἀφροδίτης· πέμπτον Στίλβοντα, τὸν τοῦ Ἑρμοῦ· ἕκτον Ἥλιον· ἕβδομον Σελήνην. Τῶν Μαθηματικῶν τινες μὲν ὡς Πλάτων· τινὲς δέ, μέσον πάντων τὸν Ἥλιον. Ἀναξίμανδρος καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος καὶ Κράτης, ἀνωτάτω μὲν πάντων τὸν Ἥλιον τετάχθαι, μετ' αὐτὸν δὲ τὴν Σελήνην, ὑπὸ δ' αὐτοὺς τὰ ἀπλανῆ τῶν ἄστρων καὶ τοὺς πλανήτας. 32: Περὶ ἐνιαυτοῦ, πόσος ἑκάστου τῶν πλανωμένων· καὶ τίς ὁ μέγας ἐνιαυτός. Ἐνιαυτός ἐστι Κρόνου μὲν ἐνιαυτῶν περίοδος λ'· Διὸς δὲ ιβ'· Ἄρεος δυεῖν· Ἡλίου ιβ' μῆνες· οἱ δ' αὐτοὶ Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης· ἰσόδρομοι

1 solis est cursusus B^1 solis est cur * * sus B^2 || qui * A || hominibus B^1 || 2 supernis AB || 3 prestit B^1 || rationem B^1 || hau̅ B^1 || 4 constitutus est B || in medio *om.* B^1 || 5 quin*to* circulo B ·/. circulo ·/. quinto A || uesper] pyrois *Chacon.* || dicitur collocatum B || quam AB || quem illi *Isidorus* || 6 martis B martyrum A || adsignatur A || fetontis AB || stillam B^1 stella A^2 || 7 mundo AB || uertite AB || ⁷ᴵᴵ stella B || 8 saturnis A^1 saturnii A^2 || quem A || caelo B^1 || 10 adpropante B^1 || *Verg. georg. I 336* || 11 frigidas A || *es*e B sese A || 12 quod ipsa *om.* A || ipsi B || errant AB || 13 quia B || errantes B || faciunt B || quia A || pla&e A^1 || 14 enim] aū B || 15 ideo quia *scripsi:* adeo quia AB ideoque *Arevalus* || directu A discretu B^1 discreto B^2 || itunt B^1 || 16 iste B^2 || ut praedictum est *om.* B || retrogradiuntur B || anomala B^1 || 17 perticulas A || 18 tantūm B^1 *om.* A || 19 annimo B^1 || singularum *om.* B^1

Digitized by Google

stellarum hi sunt quibus peractis ad reuersionem circuli sui isdem signis et partibus ueniunt. nam luna VIII annis uel tot quot sol i. e. XVIIII annis fertur explere circulum suum Mercurius annis XX Lucifer annis VIII sol annis XVIIII † Vesper annis XV **** Phaethon annis XII Saturnus annis XXX.

Stellas non habere proprium lumen sed a sole inlumi- 140*
nari dicunt nec eas umquam de caelo abscedere sed ueniente sole celari. omnia enim sidera obscurantur sole oriente, non cadunt. nam dum sol ortus sui signa praemiserit, omnes stellarum ignes sub eius luminis fulgore euanescunt, ita ut praeter solis ignem nullius sideris splendor uideatur. hinc etiam et sol appellatus eo quod solus appareat obscuratis cunctis sideribus. nec mirum hoc de sole, cum etiam plena luna et tota nocte fulgente pleraque astra non luceant. esse

γάρ· Σελήνης ἡμέραι λ΄· οὗτος γὰρ ὁ τέλειος μὴν ἀπὸ φάσεως εἰς σύνοδον. Τὸν δὲ μέγαν ἐνιαυτὸν οἱ μὲν ἐν τῇ ὀκταετηρίδι τίθενται, οἱ δ' ἐν τῇ ἐννεακαιδεκαετηρίδι, οἱ δ' ἐν τοῖς ἑξήκοντα ἑνὸς δέουσιν. Ἡράκλειτος, ἐκ μυρίων ὀκτακισχιλίων ἡλιακῶν. Διογένης, ἐκ πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἐνιαυτῶν τοσούτων ὅσων ὁ κατὰ Ἡράκλειτον ἐνιαυτός. Ἄλλοι δὲ δι' ἑπτακισχιλίων ψοζ'.

140* Isidorus de natura rerum XXIIII: 'De lumine stellarum. Stellas non habere ... uideantur. stellae autem secundum mysticum intellectum sancti uiri intelleguntur, de quibus dictum est: Qui numerat multitudinem stellarum. sicut enim omnis stellae a sole inluminantur, ita et sancti a Christo gloria caelestis regni clarificantur; et sicut prae fulgore solis et ui maxima luminis eius sidera obtunduntur, ita et omnis splendor sanctorum in comparatione gloriae Christi quodammodo obscuratur; et quemadmodum stellae sibi differunt in claritate, ita iustorum diuersa meritorum discriptio est.' Isidorus origg. III 60. Plutarchus P. P. II 17: *Πόθεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες. Μητρόδωρος, ἅπαντας τοὺς ἀπλανεῖς καὶ πλανήτας ὑπὸ τοῦ ἡλίου προσλάμπεσθαι.*

---

1 hii *AB*¹ || uersionem *AB*¹ || 2 hisdem *A* || luna VIII annis uel tot quot sol id est XVIIII annis *scripsi:* luna tot annis XVIII *B* luna VIII annis *A* || 4 mercurios *A* || annos *A* || annos *A* || VIII *scripsi:* VIIII *AB* || annos *A* || 5 XVIIII] XX & VIII *B* || uesper] pyrois *corr. Chacon.* || annos *A om. B* || *lacunam signavi* || faetontis *A* fetontis *B* || annos *A om. B* || 7 ad *B* || inluminare *AB*¹ || 8 abscidere *B*¹ || uenienti *B*¹ || 9 caelari *A* caelari dicimus *B* || 10 & non *A* || cadent *A* || oñs *B* omnis *A* || 11 ignis *AB*² || lumine fulgoris *A* || euaniscunt *B*¹ || 12 nullus *A* || 13 apellatus *AB* || 14 cuntis *A* || sole intellegere *BA*² || plena *A*¹ plenā lunā *A*² || 15 fulgente *om. A*¹ fulgentē *A*² || pluraque *A* plerique *B*¹

autem etiam per dies stellas in caelo probat solis deliquium, quia, quando sol obiecto orbe lunae fuerit obscuratus, clariora in caelo astra uideantur.

141* Falsa autem et uulgaris opinio est nocte stellas cadere, cum sciamus ex aethere lapsos igniculos ire per caelum portarique uentis uagique lumen sideris imitari, stellas autem inmobiles fixasque manere in caelo. nam illud quod ait poeta:

saepe etiam stellas uento impendente uidebis
praecipites caelo labi noctisque per umbras
flammarum longas a tergo albescere tractus;

*** [et † iterum:

lapsa per altum
aera dispersos traxere cadentia sulcos
sidera sed summis etiam quae fixa tenentur
astra polis.

sed hi poetae uoluntarie ad opinionem uulgi se contulerunt: ceterum philosophi, quibus curae est mundi quaerere rationem, illa aiunt quae superius memorata sunt.]

Ἡράκλειτος καὶ οἱ Στωικοί, τρέφεσθαι τοὺς ἀστέρας ἐκ τῆς ἐπιγείου ἀναθυμιάσεως. Ἀριστοτέλης, μὴ δεῖσθαι τὰ οὐράνια τροφῆς· οὐ γὰρ φθαρτὰ ἀλλ' ἀΐδια. Πλάτων καὶ οἱ Στωικοί, ὡς ὅλον τὸν κόσμον καὶ τὰ ἄστρα ἐξ αὐτῶν τρέφεσθαι. Varro L. L. V. 68: 'Sol uel quod ita Sabini, uel solus ita lucet ut ex eo deo dies sit.'

141* Isidorus de natura rerum XXV: 'De lapsu stellarum. Falsa autem et uulgaris' c. q. s. — Servius georg. I 366: 'Sequitur uulgi opinionem. non enim omnia prudenter a poeta dicenda sunt. quod autem uidemus e caelo stellas quasi labi, *ἀποῤῥοιαὶ* sunt ignis aetherii, qui fiunt cum uehementior uentus altiora conscenderit, et trahere exinde aliquas particulas coeperit, quae simulant casum stellarum.

---

2 quod *A corr. cad. man.* || urbe B^1 || obscuratur *AB* || 4 falsa autem opinio et uulgaris *vulgo* || est * *B* || *noctē A* noctes *B* || 5 ethere *B* aere *A* || portareque *A* || 6 imitare *A* || stella A^1 || 7 immobiles AB^2 || pmanere BA^2 || 8 *Verg. georg. I 365 sqq.* || 9 inpediente *A* inpellente B^2 'impellente *Parrhas. et ed. Mediol. unus Mead. notabili aberratione, dummodo codicum auctoritas aliqua esset' Heynius* || 10 praecipitis BA^2 || noctes A^1 || umbram *Medic. Pieriique Rom. et Med.* || 11 albiscere AB^1 || tractos B^1 tractatos *A* || 12 *Lucanus Phars. V 561 sqq.* || 13 latum BA^2 || 14 aere *A* aerem *B* || disperso BA^2 diuerso A^1 || trahere *AB* || sol considera A^2 || 15 sed] & *AB* || sūmos A^1 || 16 poli *B* || 17 hinc *A* hic *B* || uolumtarie *A* || 18 curae *vulgo*: cura *AB* || 19 ita *B* || adserunt *B* || memoratum est *A*

Digitized by Google

† Arcturus est ille quem Latini SEPTEMTRIONEM dicunt, 142*
qui septem stellarum radiis fulgens in se ipso reuolutus rotatur, qui ideo PLAVSTRVM uocatur quia in modum uehiculi uoluitur et modo tres ad summa eleuat modo quattuor inclinat. hic autem in caeli axe constitutus semper uersatur et numquam mergitur: sed cum in se ipso uoluitur et nox finitur. BOOTES stella est quae plaustrum id est septemtrionem sequitur, qui etiam ab antiquis ARCTOPHYLAX dicitur siue MINOR ARCTOS, unde et quidam eam septemtrionem dixerunt. hanc spectant praecipue qui nauigare noscuntur. [de qua Lucanus:

nam stellae cadere non possunt, quarum natura est ut stent semper, unde et stellae uocantur.' cf. Schol. Lucan. Phars. V 562 Isidorus origg. III 70, 3.

142* Isidorus de natura rerum XXVI: 'De nominibus astrorum. Legitur in Iob dicente domino: Numquid coniungere uales micantes stellas pliades et gyrum arcturi poteris dissipare. numquid producis luciferum in tempore suo et uesperum super filios terrae consurgere facis? et iterum alibi: Qui facit arcturum et Orionem et Hyades. Haec nomina stellarum dum in scripturis sacris legimus uanis deliramentis poetarum adsensum non praebeamus, qui falsis opinionibus ista in astris ex hominum nominibus uel aliarum creaturarum uocabulis inposuerunt. ita enim stellarum quarundam gentilium sapientes nomina sicut et dierum indiderunt. quod uero isdem nominibus sacra utitur scriptura, non eorum idcirco uanas adprobat fabulas, sed faciens ex rebus uisibilibus inuisibilium rerum figuras ea nomina pro cognitione hominum posuit quae late sunt cognita, ut quidquid incognitum significat facilius per id quod est cognitum humanis sensibus innotescat. Arcturus *(confudit Isidorus cum arcto maiore)* ... finitur. per hunc arcturum id est septemtrionem ecclesiam septenaria uirtute fulgentem intellegimus. nam sicut in axe caeli arcturus semper inclinatur rursusque erigitur, ita ecclesia diuersis quidem aduersitatibus humiliatur, sed mox consurgens spe et uirtutibus eleuatur, et sicut ex tribus stellis et quattuor septentrio efficitur, ita ecclesia ex fide trinitatis et operationibus quattuor uirtutum principalium consummatur. ex fide enim et operibus homo iustificatur. Bootes ... ostenditur, quod aliis penitus non est traditum signis. his autem stellis ab eo quod septem sunt et splendide micant, sancti omnes septiformi spiritus uirtute fulgentes significantur; ab eo autem quod sibi uicinantur sed non se contingunt, caritate

---

1 de arcturo | arcturus *ACDE* de arcturam arcturus B^1 de artura arcturus B^2 || ille est *BCDE* || septentrionem *A* || dicut A^1 uocant *CD* || 2 septeni B^1 septenis B^2 || ipse B^1 || 3 qui — uocatur *A m. pr. super vers. scripsit* || quae *C* || plaustro B^1 || ueiculi B^1 || 4 a *A* a* *B* || summo *A* summom B^1 || eleuant B^1 || 5 hic — perturbant *om. A in quo unum folium excidit. cf. Becker. h. l.* || 6 numqua B^1 || &gitur B^1 || 7 Boetes *BCDE* || septentrionem *BCDE* || 8 artofilax *BCDE* || 9 sibi B^1 || *** arctus B^1 || 10** spectant *B* || precipie B^1 || noscunt *Beckerus* || 11 *Lucanus Phars. III 252*

uelox ibi nocte Bootes,

quia cum orta fuerit cito facit occasum.] PLIADES sunt multae iuges stellae, quas etiam BOTRVM appellamus a multitudine stellarum. nam et ipsae septem esse dicuntur, sed amplius quam sex nullus conspicere potest. haec ab oriente surgunt et adpropinquante diei claritate stellarum eius ordo distenditur. Pliades autem a pluralitate uocatae sunt, quia pluralitatem Graeci *ἀπὸ τοῦ πλείστου* appellant. has Latini VERGILIAS appellauerunt eo quod post uer exoriuntur, et eo magis a ceteris praedicantur, quod his exorientibus aestas significatur et occidentibus hiemps ostenditur. ORION stella est ***. hic autem Orion a gladio dictus est, unde etiam eum Latini IVGVLAM uocant, sidus ut uidetur armatum et

proximos sed tempore diuisos dei praedicatores ostendunt. Orion ... perturbant. Oriones autem significant martyres, nam sicut isti nascuntur in caelo tempore hiemis, ita in ecclesia martyres procedunt tempore persecutionis. procedentibus Orionibus mare turbatur et terra, obortis uero martyribus terrenorum et infidelium corda tempestate iactantur. Lucifer stella nitens, quae omnium maxime clarior esse uidetur; nam quemadmodum sol et luna, ita et haec umbram facit. ista igitur orientem solem praecedit adque mane nuntians tenebras noctis luminis sui fulgore spargit. cuius figura est Christus, qui uelut lucifer per incarnationis mysterium producitur, per quem lux fidei tamquam dies secutura monstratur. Lucifer autem bipertitus est, cuius pars sancta est, sicut dominus in apocalypsi de se et de ecclesia dicit: Ego sum genus et radix Dauid, stella splendida et matutina, et iterum: Qui uincet, dabo illi stellam matutinam. pars autem luciferi diabolus esse dignoscitur, de quo scriptum est: Quomodo cecidisti de caelo lucifer, qui mane oriebaris? qui etiam in caelo super stellas dei dicit se sedem positurum et cadens de caelo confringitur. Vesperus est stella occidentalis noctem ducens. hic solem occidentem sequitur et tenebras succedentes praecedit. cuius figura antichristi exprimit typum, qui tamquam uesper ut ait Iob super filios terrae consurgit, ut caecae noctis successu carnalium corda offuscet; quod ideo auctore deo fit, quia pro infidelitate praecedenti qua remuerunt Christo credere antichristum succipere meruerunt. cometes ... surgere. de quo Prudentius ait: Tristis cometa intercidat. et Lucanus ... tempus.' Hyginus P. A. II 2: 'Vtrasque arctos appellatas esse, quas nostri septentriones dixerunt: sed maiorem arcton complures plaustro similem dixerunt, et *ἅμαξαν* Graeci appellauerunt ..... itaque et quod

---

1 uelox ubi exorta fuerit nocte *B* || bootes *BCD* || 2 cū• *B* || 3 etia *B* || apellamus *B* || 4 •ipse *B* || 5 hac B^2 || 6 appropinquante B^2 || stellarū• *B* || 7 ax *B* || pluritate *CD* || 8 pluritatem *D* || *ἀπὸ τοῦ πλείστου Beckerus:* aploto pisthon *B* apotopliston *CDE* || 9 uirgili•as *B* || exoriantur B^2 || 10 maius *BE* || a *om. B* || ••ceteris *B* || quo B^1 || 11 et *om. CDE* || occidentibus uero *CDE* || 12 est] *quae hic interciderunt recte Grialius ex schol. Germ. l. c. supplevit*

stellarum luce terribile, quod ignorare magnae difficultatis est, ideo quia quamuis rudes oculos tamen prae fulgoris splendore in semet ipsum rapit. † hi quippe † Oriones in ipso pondere temporis hiemalis exoriuntur suoque ortu imbres et tempestates excitant et maria terrasque perturbant. COMETES stella est quae uelut comas luminis ex se fundit. haec cum nascitur aut regni mutationem fertur ostendere aut bella et pestilentias surgere. de quo [Lucanus ait:

et terris mutantem regna cometem.

et] Virgilius:

nec diri totiens arsere cometae.

genethliaci autem omnis stellas erraticas quibusdam temporibus cometas fieri dicunt et prout unicuique sunt motus ita secunda uel aduersa portendere. SIRIVS stella est, quam uulgo CANEM appellant. Sirius quippe appellata propter flam-

proximum huic est signum Bootem nominari nolunt .... itaque et ille, qui antea plaustrum sequens Bootes appellabatur, arctophylax est dictus .... et illi qui hanc obseruant, uerius et diligentius nauigare dicuntur.' II 21: 'Eas stellas uergilias nostri appellauerunt, quod post uer exoriuntur: et hoc quidem ampliorem ceteris habent honorem, quod in earum signo exoriente sole aestas significatur: occidente autem hiems ostenditur, quod aliis non est traditum signis.' — Scholiasta Germanici p. 38: 'Duae sunt arcti .... altera namque Helice est, quae apparet prima noctis altera pusilla quidem sed a nauigantibus obseruatur. maria enim conturbat.' p. 65: 'Pleiades a pluritate Graeci uocant, Latini eo quod uere exoriantur, uergilias dicunt.' Isidorus origg. III 70, 13. cf. Festus p. 372: 'Vergiliae dictae quod earum ortu uer finitur, aestas incipit.' p. 75: 'Orion qui et Incola (Iugola *O. Iahnius*) dicitur ante Tauri uestigia fulget, et dicitur Orion ab urina id est inundatione aquarum. tempore enim hiemis habet ortum, cum mare et terras aquis et tempestatibus turbat. hunc Romani Iugulam uocant, eo quod sit armatus, ut gladius stellarum luce terribilis et clarissimus, qui si fulget, serenitatem portendit: si obscuratur, tempestatem annuit imminere.' repetit Isidorus

---

1 lucem B^1 || *m*agni *B* || 2 adeo *CDE* || cludes *CD* || p B^2 || fulgore* B^1 || 3 splendore *B* || se *CDE* || ipso B^1 *CDE* || hii B^1 || 4 spendore *D* || hiemmalis *B* || im*bres* *B* || 5 maria *B* || 6 comit* A^1 cometa A^2 commetes B^1 || qui *A* || effundit A^2 || 7 hi & B^1 *om.* A^1 hic *Beckerus* || motationem B^1 || 8 pestilentiâ *B* || qua *B* || *Lucanus Pharsal. I 529* || 9 et] e in B^1 et in B^2 || terras *A* || reagna* *B* || commitem *A* commete* B^1 || 10 *Verg. georg. I 488* || 11 nec *** diri totiens arsere cometes (commetes B^1) *B* nec non deerit occidens arsere com&em *A* || 12 genethliaci *CD* gentiliatici *B* genecliatici A^2 gentiliaci *E om.* A^1 || autem *om.* A^1 || oms *B* omnes *CD* || 13 com&es *A* || et *om.* B^1 || pro *A* || 14 secunda prospere uel *B* || protendere *AB* || est *om.* *B* || 15 pellant B^1 || apellata *A*

mae candorem, quod eiusmodi sit ut prae ceteris lucere uideatur. haec oriens mundum ardore nimio caloris incendit et aestu suo fructus exurit, interdum et morbo adficit corpora corrumpens aerem flagrantia ignis. ab hac enim stella dies caniculares nominantur, quoniam hi plus flagrant ardoribus quam totius aestatis tempus.

143* TONITRVA ex fragore nubium generantur. in morem exilientium de stabulis quadrigarum sonus fragoris eius ad aures nostras emittitur.

origg. III 70, 10sq. p. 77: 'Sirius stella est in medio centro caeli, ad quam cum sol accesserit, duplicatur calor ipsius et languore afficiuntur corpora humana. Sirium autem stellam uocatam putant propter flammae candorem. Latini autem illam Caniculam uocant, unde et dies caniculares dicuntur, quia quandiu sol in ipsa est, pestifera est, sed pro qualitate adiacentium commutatur. nam aut uincitur aut morbosis utitur uiribus. hinc est quod cum certo tempore oritur, non semper est noxia.' cf. Isidorus origg. III 70, 14. Isidorus l. c. 16sq.: 'Cometes stella est dicta, eo quod comas luminis ex se fundat. quod genus sideris quando apparuerit aut pestilentiam aut famem aut bella significat. cometae autem Latine crinitae appellantur, quia in modum crinium flammas spargunt, quas stoici dicunt esse ultra XXX, quarum nomina et effectus quidam astrologi scripserunt.' — Ampelius III: 'De sideribus. Praeter duodecim signa potentissima sidera in caelo: septentriones duo, maior et minor, qui numquam merguntur ideoque nauium cursus regunt, quorum alter Cynosura dicitur * * *(lacunam ego statui)* Bootes, idem Arcturus. Orion qui magnitudine sua dimidiam caeli obtinet partem. Pliades quae Latine uergiliae dicuntur. Hyades quae ab nobis Suculae dicuntur, quorum ortus et occasus a nautis et ab agricolis obseruantur. Canicula, cuius uis praecipue solstitio est.' — Plinius N. H. II 91: 'Sparguntur aliquando et errantibus stellis ceterisque crines.'

143* Isidorus de natura rerum XXVIIII: 'De tonitruo. Tonitrua autem ex ... generantur. concepti enim intra sinum nubium uentorum spiritus uersantur ibidem, cumque uehementer sese erupturos eliserint et uirtutis suae mobilitate in quamlibet partem eruperint, magno concrepant murmure et in morem ... emittitur *(ultima uidentur poetae antiqui esse quem Suetonius more suo adhibuerit)*. alias autem tonitruum uocis diuinae superna est increpatio siue clara praedicatio sanctorum, quae clamore forti per totum orbem terrarum in auribus fidelium perstrepit, per quod possit culpam suam admonitus agnoscere mundus.' Isidorus origg. XIII 8,1. Ambros. H. II 4, 16: 'Vnde et de tonitrubus, quae concepto intra sinum nubium spiritu cum se uehementer erupturus eliserit magno concrepant sonitu, ait scriptura: 'firmans tonitrua.' ex Basili hex. p. 25 d. — De re cf. Ideleri meteorolog. vet. Graec. et Roman. p. 150 sqq.

---

1 quia *B* || fit B^1 || praeter *B* pr&er *A* || cetera B^1 ceteras B^2 || lucire B^1 || 2 mundum *A corr. ead. m.* || ardorem AB^1 || incendet *B* || 3 et — exurit *om.* A^1 || datestu B^1 atestu B^2 || fructos A^2 || exuret A^2 || adfi& *A* adfecit B^1 a*f*ficit B^2 || corpori B^2 || 4 ac *A* || stilla B^1 *om.* A^1 || 5 hii *A* || 6 tutius *B* || tempus] tempus XV dies de iulio et XX de augusto *al.* || 7 flagore B^1 || ni bium A^1 || more *A*

Digitized by Google

Tonitruum sonitus tardius penetrat aures quam oculos splendor fulguris ad instar securis arborem procul caedentis, cuius quidem ante cernis ictum quam ad aures perueniat sonitus. nubium adtritu FVLMINA nascuntur; † numquam enim sereno caelo fulgura micuerunt, unde et Virgilius: 144*

non alias caelo cecidere plura sereno
fulgura.

fit enim fulmen nube imbre et uento; nam cum uentus in nubibus uehementer agitatus est, sic incalescit ut accendatur, dehinc fulgura et tonitrua simul exprimuntur; sed illud celerius uidetur, quia clarum est, hoc autem ad aures tardius peruenit. post fulminis autem ictum uentorum † erumpere uio-

144* Isidorus de natura rerum XXX: 'De fulminibus. Aiunt naturalium scrutatores causarum quod ex conlisione adque adtritu nubium fulgura generentur ad instar silicum duriorum, quos cum compulseris (*immo* conploseris) inuicem sibi, medius ex his ignis elabitur uel quemadmodum si lignum ligno teras, ignem emittit, unde et Papinium audi dicentem:

fulguraque adtritis quotiens micuere procellis.

hac itaque ratione cum nubila inuicem in se fuerint conlisa, ilico fulmina emittuntur. dehinc secuntur tonitrua, quae licet sonitu tardiora sint praecedenti concussi luminis claritate pariter tamen cum fulgure emittuntur: sed eorum sonitus tardius ... perueniat sonitus. ergo nubium adtritu ... dehinc ut praedictum est fulgura ... ferrum. in fulminibus autem sanctorum accipiuntur miracula claritate signorum ac uirtutum micantia adque ad intima cordis peruenientia. Sublimia tamen loca' e. q. s. Isidorus origg. XIII 8sq. Origenes homil. in Ierem. interpr. Hieronym. 5 tom. V pag. 797: 'aiunt naturalium causarum scrutatores, quia fulgura ex nubium collisione generentur in morem silicum duriorum, quos cum comploseris sibi medius ex his elabitur ignis: atque ita cum fulgure pariter et tonitrua mugire, tonitruo scilicet sonitum indicante concussus et fulgure excussi luminis claritatem. Servius Aen. I 42: E nubibus] 'secundum physicos, qui dicunt collisione nubium fulmen creari.' Servius Aen. VIII 429: 'Bene in materiam fulminis uertit ea ex quibus fulmen nascitur, nubem imbrem uentum. nam ut physici uolunt, cum nubes uentis agitatae sunt, sic incalescunt ut accendantur.' — Lucretius VI 160 sqq.:

fulgit item, nubes ignis cum semina multa
excussere suo concursu; ceu lapidem si
percutiat lapis aut ferrum: nam tum quoque lumen
exilit et claras scintillas dissipat ignis.
sed tonitrum fit uti post auribus accipiamus,
fulgere quam cernant oculi, quia semper ad auris
tardius adueniunt quam uisum quae moueant res.

---

1 aures *om.* A^1 || oculis A^2 || 2 fulgoris *AB* || adstar *B* || 4 fulmine *A* || 5 fulgora AB^2 || numquam — fulgura] *sententia ab Isidoro breviatore corrupta* || *Verg. georg. I 487* || 7 fulgora *AB* || 8 ex nube B_c || 9 est *om.* A^1 || 10 fulgora *AB* || expraemontur A^1 || 11 qua *A* | 12 fulminis *A* || hictum B^1 lapsu flatu A^1 lapsu flatu ictu A^2 || erumpit uiolentia *al.*

lentiam sicque furorem tempestatis quem in nubibus conclusi agebant exeuntes ad terras emittunt. Lucretius autem dicit fulmina ex minutis seminibus constare, ideo penetrabilia esse. ubicumque autem fulgura ceciderint, sulphuris odorem emittunt, ut Virgilius ait:

et late circum loca sulphure fumant.

[et Lucanus:

aetherioque nocens fumabit sulphure ferrum.]

sublimia tamen loca amplius sentire dicuntur uentorum uel fulminis iniuriam quam humilior terra, unde et Horatius:

id licet hinc etiam cognoscere. caedere si quem
ancipiti uideas ferro procul arboris auctum,
ante fit ut cernas ictum quam plaga per auris
det sonitum: sic fulgorem quoque cernimus ante
quam tonitrum accipimus, pariter qui mittitur igni
e simili causa concursu natus eodem.

Lucretius II 381 sqq.:

perfacile est tali ratione exoluere nobis
quare fulmineus multo penetralior ignis
quam noster fuat e taedis terrestribus ortus:
dicere enim possis caelestem fulminis ignem
suptilem magis e paruis constare figuris,
atque ideo transire foramina quae nequit ignis
noster hic e lignis ortu taedaque creatus.

Lucretius VI 219 sqq.:

quod super est, quali natura praedita constent
fulmina declarant ictu loca inusta, uaporis
signa notaeque grauis halantis sulpuris auras.
..... hunc tibi subtilem cum primis ignibus ignem
constituit natura minutis mobilibusque
corporibus, cui nil omnino obsistere possit.

Plutarchus P. P. III 3: *Περὶ βροντῶν ἀστραπῶν κεραυνῶν πρηστήρων καὶ τυφώνων. Ἀναξίμανδρος ἐκ τοῦ πνεύματος ταυτὶ πάντα συμβαίνειν· ὅταν γὰρ περιληφθὲν νέφει παχεῖ βιασάμενον ἐκπέσῃ τῇ λεπτομερείᾳ καὶ τῇ κουφότητι, τότε ἡ μὲν ῥῆξις τὸν ψόφον, ἡ δὲ διαστολὴ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νέφους τὸν διαυγασμὸν ἀποτελεῖ. Μητρόδωρος, ὅταν εἰς νέφος πεπηγὸς ὑπὸ πυκνότητος ἐμπέσῃ πνεῦμα, τῇ μὲν θραύσει τὸν κτύπον ἀποτελεῖ, τῇ δὲ πληγῇ καὶ τῷ σχισμῷ διαυ-*

---

1 feruorem *B* || quam *B* || conclausi *B* || 2 agant A^2 || at ras *A* a terra B^1 || lucritius B^1 || *Lucretius II 381 sq.* || 3 fulgora *A* || con *stare B* || ideo — esse *om.* A^1 || adeo BA^2 *om.* A^1 || 4 fulgora A^1 fulgor B^1 fulgur B^2 || ceciderit *B* || sulporis B^1 sulphoris *AB* || 5 hodorem B^1 ardorē A^1 || emittent *A* emittit^{nt} *B* || & B^2 *om. A* || *Verg. Aen. II 698* || 6 sulphore *B* sulphora *A* || fumat *B* || 7 et *om.* A^1 || *Lucanus Phars. VII 160* || 8 aetherioque *B* || fumauit *AB* || sulphore AB^2 solpore B^1 || 9 sublimi au *B* || sincere *A* || dicuntur *om. AB* || 10 per iniuriam *A* || terram *B* || oratius A^1 oratius dicit BA^2 || *Horat. carm. II 10, 12*

Digitized by Google

feriuntque summos
fulgura montes.

nimis autem excelsiora loca a tempestatibus esse secura ut Olympus, qui celsitudine sua nec impetus uentorum nec ictus fulminum sentit, quia nubes excedit.

ARCVS quadricolor est et ex omnibus elimentis in se rapit species: de caelo enim trahit igneum colorem, de aquis purpureum, de aere album, de terris colligit nigrum. 145*

γάζει· τῇ δ'ὀξύτητι τῆς φορᾶς προσλαμβάνον τὴν ἀπὸ τοῦ ἡλίου θερμότητα, κεραυνοβολεῖ· τοῦ δὲ κεραυνοῦ τὴν ἀσθένειαν εἰς πρηστῆρα περιίστησιν. Ἀναξαγόρας, ὅταν τὸ θερμὸν εἰς τὸ ψυχρὸν ἐμπέσῃ, τοῦτο δ'ἐστὶν αἰθέριον μέρος εἰς ἀερώδες, τῷ μὲν ψόφῳ τὴν βροντὴν ἀποτελεῖ, τῷ δὲ παρὰ τὴν μελανίαν τοῦ νεφώδους χρώματι τὴν ἀστραπήν, τῷ δὲ πλήθει καὶ μεγέθει τοῦ φωτὸς τὸν κεραυνόν, τῷ δὲ πολυσωματωτέρῳ πυρὶ τὸν τυφῶνα, τῷ δὲ νεφελοειδεῖ τὸν πρηστῆρα. Οἱ Στωικοὶ βροντὴν μὲν συγκρουσμὸν νεφῶν, ἀστραπὴν δ'ἔξαψιν ἐκ παρατρίψεως, κεραυνὸν δὲ σφοδροτέραν ἔλλαμψιν, πρηστῆρα δὲ νωχελεστέραν. Ἀριστοτέλης, ἐξ ἀναθυμιάσεως καὶ τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι τῆς ξηρᾶς· ὅταν οὖν ἐντύχῃ μὲν τῇ ὑγρᾷ, παραβιάζηται δὲ τὸν ἔξοδον, τῇ μὲν παρατρίψει καὶ τῇ ῥήξει τὸν ψόφον τῆς βροντῆς γίνεσθαι, τῇ δ' ἐξάψει τῆς ξηρότητος, τὴν ἀστραπήν· πρηστῆρας δὲ καὶ τυφῶνας τῷ πλεονασμῷ τῆς ὕλης, ἣν ἑκάτερος αὐτῶν συνεφέλκεται, θερμοτέραν μὲν ὁ πρηστήρ, παχυτέραν δὲ ὁ τυφών. cf. Ideler. l. c. p. 161 sqq.

145* Isidorus de natura rerum XXXI: 'De arcu. Clemens Romanus antistes et martyr ita scribit: Arcus enim in aere ex imagine solis hoc modo formatur. dum enim sol in nubibus rarescentibus ex aduerso refulserit radiosque suos directa linea humori nubilo transfundens impresserit, fit repercussio splendoris eius in nubibus rarescentibus ex quibus fulgor emicans arcus speciem format. sicut enim inpressa cera anuli imaginem exprimit, sic nubes e contra ex rotunditate solis figuram sumentes orbem efficiunt et arcus speciem fingunt. apparet autem hoc non semper, sed cum rarescunt nubila caeli. nam rursus cum in se coeunt nubes adque densantur, confestim arcus forma resoluitur. in nubium enim densitate arcus aerem in perfecto gyro conplectitur. denique sine sole et nubibus numquam apparet arcus, quia ex typo radii solis species eius formatur. quadricolor enim est ... nigrum. hic autem arcus pro eo quod a sole resplendet in nubibus Christi gloriam indicat in prophetis ac doctoribus refulgentem. alii ex duobus coloribus eius id est aquoso et igneo duo iudicia significari dixerunt, unum per quod dudum impii perierunt in diluuio, alterum per quod postmodum peccatores cremandi sunt in inferno.' Isidorus origg. XIII 10, 1. Clemens recogn. VIII 42: 'Ita ergo et arcus exprimitur in aere. sol enim nubibus rarescentibus radios suos imprimens et humori nubilo uelut cerae molli adfigens orbis sui typum arcus speciem reddit, et efficit hoc ipsa ut dixi repercussio splendoris solis in nubibus atque ex illis fulgorem circuli eius reddens: fit autem hoc non semper, sed cum opportunitatem sui humectae nubes rarescendo praestiterint. unde et rursus cum densantur nubes et coeunt, arcus forma re-

2 fulgora *AB* | 3 excelsiora *A* | a *om. AB* | 4 oliphus B^1 | impetus *om. A* | 5 ictjs *A om. B* | 6 quadricolor *B* | et *omissum add. cud. m, B* | 7 species *B* | trahiit *A* trait *B* | 8 purporeum AB^1 | are B^1

146* NVBES ***. Virgilius:

consurgunt uenti atque in nubes cogitur aer.

nubes autem dictae quod aethera obtegant, unde et nuptae dicuntur quod uultus suos uelent, unde et Neptunus quod nube et mari terram tegat.

147* Aquae amarissimae maris uapore subtili calore aeris suspenduntur ad instar medicinalis cucurbitae, quae calore superioris circuli humorem ut sanguinem sursum trahit. huius modi itaque ratione aquae maris per tenuissimos uapores in aere suspensae paulatim concrescunt ibique igne solis decoctae in dulcem PLVVIARVM saporem uertuntur, dehinc ingrauescente nube modo ui expressae uentorum modo solis calore dissolutae in terrae faciem sparguntur. a nubibus ergo rapiuntur aquae maris et iterum ab ipsis redduntur terris. sed sicut diximus, ut dulces possint esse in pluuiis, cocuntur igne solis. alii autem dicunt non tantummodo

soluitur et exoleseit; denique numquam sine sole et nubibus arcus apparet, sicut nec sine typo et cera et alia huius modi materia exprimitur imago.' cf. Ideler. l. c. p. 187 sqq.

146* Isidorus de natura rerum XXXII: 'De nubibus. Notandum ex libro Iob, quod cogitur aer iste nisibilis ut conglobetur, conglobatus uero in nubes uertitur. sic enim ipse dicit: Subito aer cogetur in nubes, et uentus transiens fugabit eas. et Virgilius...aer. nubes autem praedicatores intelleguntur, qui uerbi diuini pluuiam credentibus fundunt. aer autem iste inanis et tenuis uacuas hominum mentes uagasque significat, qui tamen densatus in nubes uertitur, quia conlectae ab inani uanitate infidelium mentes fide solidantur, et sicut ex inani aere fiunt nubes pluuiales, sic ad fidem de mundi uanitate colleguntur sancti praedicatores. nubes autem dictae ... tegat.' Varro L. L. V 72: 'Neptunus, quod mare terras obnubit, ut nubes caelum, ab nuptu id est opertione ut antiqui, a quo nuptiae nuptus dictae.' Isidorus origg. XIII 7.

147* Isidorus de natura rerum XXXIII: 'De pluuiis. Legitur in Amos propheta: Qui uocat aquas maris et effundit eas super faciem terrae. aquae enim amarissimae ... effundere. nubes autem apostoli significantur adque doctores, pluuiae ergo nubium eloquia sunt apostolorum.

---

2 nubibus *B* nubem *Vergili libri* ‖ agitatur *A* ‖ 3 quia *B* ‖ optegant B^1 ‖ nubte *A* ‖ 4 uoltos AB^1 ‖ nebtunus *A sed corr. cad. man.* nuptunus B^1 ‖ dicitur *add. B* ‖ qui B^1 ‖ 5 mare *B* ‖ 6 uapor *A* ‖ calo*e *B* ‖ aeris *Beckerus:* aeri *A* here B^1 heri B^2 aereo *vulgo* ‖ 7 ad *om.* B^2 ‖ cocurbitae B^1 ‖ 8 superiores B^1 ‖ ut *scripsi:* et *AB* ‖ rursus *A* ‖ trait AB^1 ‖ 9 ratione* *B* ‖ aquae] adq: A^1 ‖ 10 ubique *A* ‖ 11 uertuntur *om. B sed add. cad. man.* ‖ ingrauiscente AB^1 ‖ 12 nubem B^1 ‖ nim AB^1 ‖ 13 ab *B* ‖ 14 redduntur *B* ‖ terris *Beckerus:* in terris *A* a terris *B* ‖ 15 sed *om. A* ‖ dulcis B^1 ‖ possent *A* ‖ 16 tantumodo *B* tantum *A*

Digitized by Google

aquis maris nubes concrescere, sed etiam exhalatis terrae uaporibus NEBVLAS adolescere, quibus densatis coactisque nubes altius surgere adque isdem labentibus pluuias effundere.

NIX *** 148*

Simili quoque ratione GRANDINVM coagulatio fit. aquae 149*
enim nubium rigore uentorum stringuntur in glaciem adque durescunt. dehinc glacies ipsa partim fragore uentorum comminuta in fragmina partim solis uapore soluta frustatim ad terras delabitur. quod autem rotunda uidetur, hoc solis calor facit et mora refrenantis aeris, dum per longum spatium a nubibus usque ad terras decurrit.

VENTVS est aer commotus siue agitatus adprobante Lu- 150*
cretio:

quae quasi guttatim id est sententialiter ueniunt, sed abundantius doctrinae fecunditatem infundunt.' Ambrosius hex. III 5, 22 Isidorus origg. XIII 10, 2sqq. cf. Ideler. l. c. p. 93 sqq. 101 sqq. 103 sqq.

148* Isidorus de natura rerum XXXIIII: 'De niue. Ait Ambrosius quod plerumque glacialibus uentorum flatibus rigentes aquae solidantur in niuem et rupto aere nix funditur super faciem terrae. nix autem significat blandimentem (*fortasse* paludamentum) iustorum in die iudicii, ut est illud: Et uestimenta eius sicut nix.' Ambrosius hex. II 4, 16: 'Plerumque etiam glacialibus uentorum flatibus rigentes aquae consolidantur in niuem et rupto aere nix funditur.' ex Basili hex. pag. 30 d. cf. Ideler. l. c. p. 143 sqq.

149* Isidorus de natura rerum XXXV: 'De grandine. Similiquoque ... decurrit. figuraliter namque grando perfidiae duritia est torpore malitiae frigida; nix autem homines incredulí sunt frigidissimi et pigri et in infima torpore mentis depressi. item alio intellectu niues sunt homines dilectione frigentes, qui etiam etsi existant candidi puritate baptismatis non feruent spiritu caritatis.' — Plutarchus P. P. III 4: *Περὶ νεφῶν ὑετῶν χιόνων χαλαζῶν. Ἀναξιμένης, νέφη μὲν γίνεσθαι παχυνθέντος ὅτι πλεῖστον τοῦ ἀέρος, μᾶλλον δ' ἐπισυναχθέντος ἐκθλίβεσθαι τοὺς ὄμβρους· χιόνα δ', ἐπειδὰν τὸ καταφερόμενον ὕδωρ παγῇ· χάλαζαν δέ, ὅταν συμπεριληφθῇ τῷ ὑγρῷ πνεύματι. Μητρόδωρος, ἀπὸ τῆς ὑπωρόδου ἀναφορᾶς συνίστασθαι τὰ νέφη. Ὁ δ' Ἐπίκουρος, ἀπὸ τῶν ἀτμῶν στρογγυλαίνεσθαι δὲ τὴν χάλαζαν καὶ τὸν ὑετὸν ἀπὸ τῆς μακρᾶς καταφορᾶς ὑποπεπλασμένον.* cf. Ideler. l. c. p. 148 sqq.

150* Isidorus de natura rerum XXXVI: 'De uentis. Ventus ... nas-

1 exalatis *B* & latis *A* || 2 adoliscere *AB*^{1} || quoactisque *AB* || 3 latius *AB* || hisdem *B* || latentib; *A* lauentib; *B*^{1} || pluuiis *A* || 5 grandino *B*^{1} || coagolatio *B*^{1} quo acolatio *A* || 6 glaciem *B* || 7 glaties *B*^{1} || ipse *A* ipsam *B*^{1} || 8 fragimine *A* fracmine *B* || parte *B*^{1} || soluto *B* || frustratim *A* frust*atim *B* || *a *B* || 9 elabitur *B* || 10 ref, frenantis *A* || longum] loca *A* || 11 usque] quae *A* que *B* || decurrunt *AB* 12 siue *A* & *B* || lucritio *B*^{1} || *Lucretius VI 685*

Digitized by Google

uentus enim fit ubi est agitando percitus aer.
hoc enim in loco tranquillissimo et ab omnibus uentis quieto breui flabello adprobari potest, quo etiam muscas abigentes aerem commouemus flatumque sentimus. quod cum euenerit occultiore quodam motu caelestium uel terrenorum corporum per magnum spatium mundi, uentus uocatur ex diuersis partibus caeli nomina etiam diuersa sortitus. quidam autem aiunt eo quod ex aquis aer, ex aere uenti nascuntur.

151* Ventorum primus cardinalis SEPTENTRIO frigidus et nualis flat rectus ab axe et facit arida frigora et siccat nu-

cuntur. Clemens autem dicit: Eo quod montes excelsi certis quibusdam habeantur in locis et ex his uelut compressus et coangustatus aer ordinatione dei cogatur et exprimatur in uentos, quorum in spiramine et fructus germen concipiat aestiuusque ardor temperiem sumat, cum pliades ignitae solis ardoribus incanduerint. uenti autem interdum angelorum intelleguntur spiritus, qui a secretis dei ad salutem humani generis per uniuersum mundum mittuntur. item nonnumquam uenti incentores spiritus poni solent pro eo quod malae suggestionis flatu ad terrena desideria iniquorum corda succedunt secundum quod scriptum est: Tollet eum uentus urens.' Clemens recogn. VIII 23: 'Nam quod in terra montes excelsi certis quibusdam habeantur in locis, ut ex his uelut compressus et coangustatus aer ordinatione dei cogatur et exprimatur in uentos, ex quibus et fructus germen concipiant et aestiuus ardor temperiem sumat, cum pleiades ignitae solis ardoribus incanduerint.' Plutarchus P. P. III 7: *Περὶ ἀνέμων. Ἀναξίμανδρος, ἄνεμον εἶναι ῥύσιν ἀέρος, τῶν λεπτοτάτων ἐν αὐτῷ καὶ ὑγροτάτων ὑπὸ τοῦ ἡλίου κινουμένων ἢ τηκομένων. Οἱ Στωικοί, πᾶν πνεῦμα ἀέρος εἶναι ῥύσιν, ταῖς τῶν τοπων δὲ παραλλαγαῖς τὰς ἐπωνυμίας παραλλάττουσαν· οἷον, ἀπὸ τοῦ ζόφου καὶ τῆς δύσεως, ζέφυρον· ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς καὶ τοῦ ἡλίου, ἀπηλιώτην· τὸν δ' ἀπὸ τῶν ἄρκτων, εἶναι βορέαν· τὸν δ' ἀπὸ τῶν νοτίων, λίβα. Μητρόδωρος, ὑδατώτους ἀναθυμιάσεως διὰ τὴν ἡλιακὴν ἔκκαυσιν γίνεσθαι ὁρμὴν πνευμάτων· τοὺς δ' ἐτησίας πνεῖν, τοῦ πρὸς ταῖς ἄρκτοις παχυνθέντος ἀέρος, ὑποχωροῦντι τῷ ἡλίῳ κατὰ τὴν θερινὴν τροπὴν ἐπισυρρέοντας.* cf. Ideler. l. c. p. 55 sqq. 74 sqq.

151* Isidorus de natura rerum XXXVII: 'De nominibus uentorum. Ventorum ... stringit, unde et non immerito diaboli formam induit, quia inquitatis frigore gentilium corda constringit. secundus ... altanus.' hoc pratorum caput duo incerti poetae versibus conscripserunt: v. pag. 301 sqq. — Vegetius de re militari (ex Varronis libris navalibus) V 8: 'Veteres autem iuxta positionem cardinum tantum quattuor uentos principales a singulis caeli partibus flare credebant: sed experimento posterior aetas duodecim comprehendit. horum uocabula ad submouendam dubitationem non solum Graeca sed etiam Latina protulimus, ita ut

1 agita*tus* *B* ‖ pertitus *A* peus**sus *B* ‖ 2 hoc enim] quod etiam *B* ‖ et *om.* B^1 ‖ adab B^1 a**ab B^2 ‖ ōnibus *B* ‖ 3 breui* *B* ‖ flauello *B* ‖ quod B^1 ‖ abigentes ·/. abigentes ·/. *A* ‖ 4 comouemus *A* ‖ 5 occultiore *B* ‖ 6 ad ex B^1 at ex B^2 ‖ 7 sortitus est *B* ‖ 8 eo *om.* *B* ‖ 9 septentrion *A* septentrio*n* *B* ‖ 10 sicad *B*

Digitized by Google

bes: hic et APARCTIAS. CIRCIVS qui et THRASCIAS: hic a dextris septentrionis intonans facit niues et grandinum coagulationes. AQVILO qui et BOREAS uocatur ex alto flans gelidus adque siccus et sine pluuia, qui non discutit nubes sed stringit. secundus uentorum cardinalis SVBSOLANVS, qui et APELIOTES: hic ab ortu solis intonat et est temperatus. VVLTVRNVS qui et CAECIAS uocatur dexterior subsolani: hic

uentis principalibus declaratis eos qui ipsis dextra laeuaque iuncti sunt indicemus. a uerno itaque solstitio id est ab orientali cardine sumimus exordium, ex quo uentus oritur ἀπηλιώτης id est subsolanus. huic a dextra iungitur καικίας: a sinistra εὖρος siue uulturnus. meridianum autem cardinem possidet νότος id est auster. huic a dextra iungitur λευκόνοτος id est albus notus: a sinistra λιβόνοτος id est corus. occidentalem uero cardinem tenet ζέφυρος id est subuespertinus. huic a dextra iungitur λίψ siue Africus: a sinistra ἰάπυξ siue fauonius. septentrionalem uero cardinem sortitus est ἀπαρκτίας siue septentrio: cui adhaeret a dextra θρασκίας siue circius: a sinistra βορέας id est aquilo. horum impetu maria quae sua sponte tranquilla sunt et quieta undis aestuantibus saeuiunt. horum flatu pro natura temporum uel locorum ex procellis serenitas redditur et rursus in procellas serena mutantur. nam secundo spiramine optatos classis inuenit portus, aduerso stare uel regredi aut discrimen sustinere compellitur. et ideo difficile naufragium pertulit, qui uentorum rationem diligenter inspexit.' Ampelius (ex Nigidi Figuli libris de ventis) 5: 'De uentis. Venti fiunt ex aeris motu et inclinatione; sunt autem generales quattuor: eurus idem apeliotes idem uolturnus ab oriente: ab occidente zephyrus idem corus idem fauonius: aquilo boreas aparctias idem a septentrione: notus idem libs et auster et africus a meridie. hi sunt quattuor generales. ceteri speciales adscribuntur, ut iapyx zephyro, qui ab Iapygio Apuliae promontorio flat; leuconotus noto cum serenior flat; circius aquiloni cum uehementior Gallias perflat: item etesiae, qui statis diebus flant per aestatem.' Seneca N. Q. V 16: 'Venti quatuor sunt in ortum occasum meridiem septemtrionemque diuisi. ceteri quos uariis nominibus adpellamus his applicantur.

eurus ad Auroram Nabataeaque regna recessit
Persidaque et radiis iuga subdita matutinis.
uesper et occiduo quae litora sole tepescunt
proxima sunt zephyris. Scythiam septemque triones
horrifer inuasit boreas: contraria tellus
nubibus adsiduis pluuioque madescit ab austro.

uel si breuius illos complecti mauis, in unam tempestatem, quod nullo modo fieri potest, congregentur:

una eurusque notusque ruunt creberque procellis
Africus

---

1 apartias *A* apart*ias* *B* ‖ dicitur *add.* BA^2 ‖ tracias *A* trac*h*us *B* ‖ ad *A* had B^1 ‖ 2 dexteris *B* ‖ coacolationes A^1 coagolationes A^2 quoagulationē B^1 coagulationē B^2 ‖ 3 aquilo uentus BA^2 ‖ boreus *B* ‖ 4 discut& A^1 ‖ nubes] pluuias B^1 ‖ sed *om.* *A* ‖ 5 strinxit A^1 *sed ead. man. corr.* ‖ secundū *B* ‖ cardinal*is* *A* ‖ 6 apoliates *A* apolietas *B* ‖ orto B^1 ‖ 7 uulturnus ipse *AB:* ipse *delevi* ‖ calcias *AB* calchias '*Tranquilli versus*'

dissoluit cuncta adque desiccat. EVRVS ex sinistro latere ueniens subsolani arentem terram nubibus inrigat. tertius uentorum AVSTER plagae meridianae cardinalis, qui et NOTVS, ex humili flans humidus calidus adque fulmineus, generans largas nubes et pluuias latissimas, soluens etiam flores. EVROAVSTER calidus uentus a dextris intonans austri. AVSTROAFRICVS uentus temperatus calidus a sinistris austri spirans.

et qui locum in illa pugna non habuit aquilo. quidam illos duodecim faciunt: quatuor enim caeli partes in ternas diuidunt et singulis uentis binos subpraefectos dant. hac arte Varro uir diligens illos ordinat nec sine causa. non enim eodem loco semper sol oritur aut occidit, sed alius est ortus occasusque aequinoctialis, bis autem aequinoctium est, alius solstitialis alius hibernus. qui surgit ab oriente aequinoctiali, subsolanus apud nos dicitur, Graeci illum aphelioten uocant. ab oriente hiberno eurus exit, quem nostri uocauere uolturnum. et Liuius hoc illum nomine adpellat in illa pugna Romanorum parum prospera, in qua Hannibal et contra solem orientem exercitum nostrum et contra uentum constituit, tum uenti adiutorio ac fulgoris praestringentis oculos hostium uicit. Varro quoque hoc nomen usurpat. sed et eurus iam ciuitate donatus est et nostro sermoni non tamquam alienus interuenit. ab oriente solstitiali excitatum *καικίαν* Graeci adpellant, apud nos sine nomine est. aequinoctialis occidens fauonium mittit, quem zephyrum esse dicent tibi etiam, qui Graece nesciunt loqui. a solstitiali occidente corus uenit, qui apud quosdam argestes dicitur: mihi non uidetur, quia cori uiolenta uis est et tam euntibus communis quam redeundibus. ab occidente hiberno africus furibundus et ruens, apud Graecos lips dicitur. a septemtrionali latere summus est aquilo medius septemtrio imus thrascias: huic deest apud nos uocabulum. a meridiano axe euronotus est deinde notus latine auster. deinde leuconotus, qui apud nos sine nomine est.' 17, 5: 'Quidam sunt quorumdam locorum proprii, qui non transmittunt sed in proximum ferunt. non est illis a latere uniuersi mundi impetus: Atabulus Apuliam infestat Calabriam Iapyx Athenas Sciron Pamphyliam Cataegis Galliam Circius . . . . . infinitum est si singulos uelim persequi. nulla enim propemodum regio est, quae non habeat aliquem flatum ex se nascentem et circa se cadentem.' Plinius N. H. II 47: 'Veteres quattuor omnino seruauere per totidem mundi partis — ideo nec Homerus pluris nominat — hebeti, ut mox iudicatum est, ratione. secuta aetas octo addidit nimis subtili atque concisa. proxumis intra utramque media placuit ad breuem ex numerosa additis quattuor. sunt ergo bini in quattuor caeli partibus, ab oriente aequinoctiali subsolanus, ab oriente brumali uolturnus. illum apelioten, hunc Graeci eurum appellant. a meridie auster et ab occasu brumali Africus. no-

---

1 dissolu& *A* || dissiccat *AB*^{1} || 2 uenens *B* || arentem terram *scripsi:* orientem *A* oriente *B*^{1} orientes *B*^{2} || niaibus *B*^{1} || 3 plagae *om. A*^{1} || cardinales *A*^{1} || curo notus *A* nothus *B* || 4 fulminibus *A* || 5 florens *B*^{1} || 6 euroaustri *B*^{1} || ad *AB*^{1} || intonat *B* || 7 austroaffricus uentus teperatus *A* temperatus africus uentus *B* euronotus uel austroafricus uentus est temperatus *libri omnes Arevali* || sinistra • uspirans *A*^{1} sinistra austri • aspirans *A*^{2} sinistris austri aspirat *B*

Digitized by Google

quartus cardinalis ZEPHYRVS, qui et FAVONIVS, ab occidente interiore flans: iste hiemis rigorem gratissima uice relaxat floresque producit. AFRICVS, qui dicitur LIPS, ex zephyri dextro latere intonans: hic generat tempestates et pluuias, facit nubium conlisiones et sonitus tonitruorum et crebescentium fulgurum uisus et fulminum inpulsus. CORVS, qui et ARGESTES, ex sinistra parte fauonii spirans: eo flante in

ton et Liba nominant. ab occasu aequinoctiali fauonius, ab occasu solstitiali corus. zephyrum et argestem uocant. a septentrionibus septentrio interque eum et exortum solstitialem aquilo, aparctias et boreas dicti. numerosior ratio quattuor his interiecerat, thrascian media regione inter septentrionem et occasum solstitialem, itemque caecian media inter aquilonem et exortum aequinoctialem ab ortu solstitiali, Phoenician media regione inter ortum brumalem et meridiem, item inter Liba et noton compositum ex utroque medium inter meridiem et hibernum occidentem libonoton. nec finis. alii quippe mesen nomine etiamnum addidere inter boream et caecian, et inter eurum notumque euronoton. sunt etiam quidam peculiares quibusque gentibus uenti non ultra certum procedentes tractum, ut Atheniensibus sciron, paulo ab argeste deflexus, reliquae Graeciae ignotus. alicubi elatior idem uentus Olympias uocatur. consuetudo omnibus his nominibus argesten intellegi, et caecian aliqui uocant Hellespontian et eosdem alii aliter. idem non modo in reliquis partibus ignotus, sed ne Viennam quidem eiusdem prouinciae urbem attingens, paucis ante milibus iugi modici occursu tantus ille uentus coercitus. et austros in Aegyptum penetrare negat Fabianus. quo fit manifesta lex naturae uentis etiam et tempore et fine dicto.' Gellius N. A. II 22, 3 sqq.: 'Tum Fauorinus ita fabulatus est: Satis, inquit, notum est, limites regionesque esse caeli quatuor: exortum occasum meridiem septentriones. exortus et occasus mobilia et uaria sunt, meridies septentrionesque statu perpetuo stant et manent. oritur enim sol non indidem semper, sed aut aequinoctialis oriens dicitur, cum in circulo currit, qui appellatur *ἰσημερινὸς* aut solstitialis, quae sunt *θερινα*ί, aut brumalis, quae sunt *χειμερινα*ὶ *τροπα*ί. item cadit sol non in eundem semper locum. fit enim similiter occasus eius aut aequinoctialis aut solstitialis aut brumalis. qui uentus igitur ab oriente uerno id est aequinoctiali uenit, nominatur eurus ficto uocabulo, ut isti *ἑτυμολογικοὶ* aiunt, *ὁ ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων*. is alio quoque a Graecis nomine *ἀφηλιώτης*, Romanis nauticis subsolanus cognominatur. sed qui ab aestiua et solstitiali orientis meta uenit, Latine aquilo *βορέας* Graece dicitur, eumque proptera quidam dicunt ab Homero *αἰθρηγενέτην* appellatum; boream autem putant dictum

---

1 zephirus AB^2 zephilus B^1 || fanius B^1 || 2 interiora A || flat B || frigorem A^2 || gratissimā uici gratissima uice B || 3 quo produc& A^1 produc& A^2 || affricus A || dicitu A^1 || libs A lip B || ex *om.* B || zeppheri A ze••pher• B || 4 intonan B^1 || generans B || pluuiam A^1 || 5 & fac& B || nuuiũ B^1 || sonitus tonitruorum] sonitruorum A^1 || crebriscencium A || 6 fulgorum B || uisos A || fluminum A || chorus A 7 argestes *vulgo:* agrestis AB^2 agresti B^1 || sinextra A || par A^1 || fabonię A fauoni B || aspirans B

oriente nubila sunt, in India serena. quorum ordines et institutiones per nomina iuxta Graecos et Latinos duodecim uentorum subiecta demonstrat figura *(figura IIII)*. quosdam autem Tranquillus proprios locorum flatus certis appellat uocabulis, quo ex numero sunt: in Syria SYRVS, CARBASVS in Cilicia, in Propontide THRACIAS, in Attica SCIRON, in Gallia CIRCIVS, in Hispania SVCRONENSIS. sunt praeterea quidam

ἀπὸ τῆς βοῆς, quoniam sit uiolenti flatus et sonori. tertius uentus, qui ab oriente hiberno spirat, nolturnum Romani uocant, cum plerique Graeci mixto nomine, quod inter notum et eurum sit, εὐρόνοτον appellant. hi sunt igitur tres uenti orientales: aquilo nolturnus eurus, quorum medius eurus est. his oppositi et contrarii sunt alii tres occidui: caurus quem solent Graeci ἀργεστὴν uocare: is aduersus aquilonem flat; item alter fauonius, qui Graece ζέφυρος uocatur: is aduersus eurum flat; tertius africus, qui Graece λίψ, aduersus nolturnum facit. hae duae regiones caeli orientis occidentisque inter sese aduersae sex habere uentos uidentur. meridies autem, quoniam certo atque fixo limite est, unum meridialem uentum habet: is Latine auster Graece νότος nominatur, quoniam est nebulosus atque umectus; νοτὶς enim Graece umor nominatur. septentriones autem habent ob eandem causam unum. is obiectus directusque in austrum Latine septentrionarius Graece ἀπαρκτίας appellatus. ex his octo uentis alii quatuor uentos detrahunt atque id facere se dicunt Homero auctore, qui solos quatuor uentos nouerit: eurum austrum aquilonem fauonium, a quatuor caeli partibus, quas quasi primas nominauimus, oriente scilicet atque occidente latioribus atque simplicibus non tripertitis. partim autem sunt, qui pro octo duodecim faciant, tertios quatuor in media loca inserentes circum meridiem et septentriones eadem ratione, qua secundi quatuor intersiti sunt inter primores duos apud orientem occidentemque. sunt porro alia quaedam nomina quasi peculiarium uentorum, quae incolae in suis quisque regionibus fecerunt aut ex locorum uocabulis, in quibus colunt, aut ex alia qua causa, quae ad faciendum uocabulum acciderat. nostri namque Galli uentum ex sua terra flantem, quem saeuissimum patiuntur, circium appellant a turbine opinor eius ac uertigine. Ἰαπυγίας ipsius ore proficiscentem Apuli eodem quo ipsi sunt nomine iapygem dicunt. cum esse propemodum caurum existimo;

---

1 serena *om.* A^1 ‖ quorum — figura *om.* *B* ‖ ordines *scripsi:* ordinibus *A* ‖ institutiones *scripsi:* institucionbus *A* ‖ 3 quosdam — altanus *om.* *H* ‖ tranquillis *M* ‖ 4 propriis *AM* proprius *B del. Monac.* I^2 ‖ flatos AB^1 *latus *Mon. II*^{1} ‖ certos *AM* ‖ uocabolis B^2 ‖ 5 quod *M* ‖ nomero *D* ‖ siria *AB Mon. I II CDFKM* ‖ surus B^1 sirus AB^2 *Mon. I II CDFKM* ‖ 6 cilucia *B* cilitia *A* sicilia *CDFG* ‖ propontide *B* ‖ Thracias *Rothius:* tracias *BE* tracidas *A Mon. I II CDFGK* tracitas *M* thrascias *coni. Grialius* ‖ atica *B Mon. I II E* atticas *M* ‖ sciron *Mon. I* ciron *M* scison *K* scirotus *B* scirem *F* scirent *G* ‖ Gallia *vulgo:* gallecia *Mon. II K* M^1 gallicia AM^2 gall*ia* ** *Mon. I* galicia *EFG* galatia *CD* ‖ 7 hispania CB^2 ispania *Mon.* I^2 *DEK* spania AB^1 *Mon.* I^1 *II FGM* ‖ socronensis *CDFG* sogronensis *B* ‖ quedam *B* quędam *M* quidem *CGK*

Digitized by Google

innumerabiles ex fluminibus aut stagnis aut fontibus nominati. duo sunt tamen extra hos ubique spiritus magis quam uenti: AVRA et ALTANVS.

SIGNA TEMPESTATVM nauigantibus Tranquillus in pratis 152*
nono libro sic dicit: 'mutatio tempestatis expectanda est in asperius, cum in nocturna nauigatione scintillat ad remos

nam et est occidentalis et uidetur exaduersum eurum flare ..... est etiam uentus nomine caecias, quem Aristoteles ita flare dicit, ut nubes non procul propellat, sed ut ad sese uocet.' fere eadem leguntur apud Apuleium de mundo 13 sq. sed idem c. 11 haec habet: 'Nunc nomina exsequemur regiones uentorum. eurus oriens boreas septemtrio occidens zephyros austros medius dies mittit .. hos quattuor uentos alii plures inter fluunt. nam quamuis Eurus sit uentus orientis, idem tamen aparctias occipitur nominari, cum eum oriens aestiuo effluit. apeliotes autem uocatur, cum aequidianis exortibus procreatur. eurus est, quando hiemali ortu portis emittitur. zephyrus uero, quem Romana lingua fauonium nouit; hic cum de aestiuis occiduis partibus surgit, Iapygis cieri nomine solet. at ille qui prior est aequinoctiale plagae notus: et aquilo qui septem stellarum regione generatur, et huic uicinus est aparctias. hic propior est indidem in diem medium thrascias et argestes sunt indidem flantes. austrorum in nominibus illa est obseruata diuersitas. namque cum de abscondito polo flatus adueniunt, notus est, euronotus ille qui inter notum atque eurum medius effringit, ex alio latere Libonotus ex duobus unum facit.' Philargyrus georg. IIII 298: Quattuor] 'eos accipiendum quos Homerus notauit: eurum zephyrum boream notum. omnes autem uenti praeter enchorios i. e. regionales sunt duodecim: subsolanus eurus Phoenix notus libonotus Africus zephyrus argestes thrascias apartias boreas caecias.' Cf. praeterea rota in musco Pio-Clementino marmorea quae cum Suetonio facit, rota scholiastae Berolinensis Lucani VIIII 414 item Suetoniana, Vitruvius I 6 Isidorus origg. XIII 11. cf. Ideler. l. c. p. 63 sqq.

152* Isidorus de natura rerum XXXVIII: 'De signis tempestatum uel serenitatis. Tempestas turbo est diuini iudicii, sicut propheta ait: Deus in tempestate et turbine uiae eius; serenitas autem gaudium est lucis aeternae. signa autem tempestatum ... significare. item dominus in euangelio dicit: Si facto uespere rubicundum fuerit caelum,

---

1 fulminibus *E* ‖ aus tagnis *M* ‖ *fonti*bus *Mon. I, quam scripturam recepi: relicui libri vulgatam* finibus *exhibent* ‖ 2 tamen sunt *CFKM* ‖ extra] intra *Mon. I II* ‖ hos] horum *FG* ‖ 3 et altanus et aura *CF* ‖ altantur *E super* altanus *punctis positis* B^2 *ad marginem lectores relegat ubi extant:* alj alcanis *m. 2 scripta* ‖ altanus. De qualitate uentorum sub caeli axe liquido et aperte inueniet. si circuli similitudinem prudens lector requirat *G (sequitur figura)* ‖ 4 signum *G* ‖ in nauigantibus B^1 ‖ tranquillos B^1 tranquillis *G al.* ‖ in pratis nono libro *Beckerus:* in partes non libertjs *A* in pratis B^1CD in partis B^2HKM in partes *FG* in partibus *E* ‖ 5 dic& *A* ‖ mutatiu B^1 motatio *CDGH* ‖ spectanda *B* expecta — A^1 exspectanda est *CEK* ‖ 6 cum in] cum *B* ‖ suntillat A^1 scintellat *CBD* scentillat *K* ‖ remus *GH*

Digitized by Google

et ad gubernacula aqua. in austrum uenti mutatio est, cum lulligines hirundinesue uolant aut cum delphini totos se saltibus ostendunt aut caudis aquam feriunt: nam semper inde uentus oritur quo illi feruntur. nec mirum est muta ánimalia diuinare sub gurgite: semper enim incipientis aurae motu aquae inclinantur, quam permutationem maris primi undarum

mane serenum erit. si mane rutilat triste caelum, tempestas futura erit.' Scholiasta Germanici p. 112: 'Praeterea signa tempestatis uel et serenitatis in ea uideri posse antiqui dixerunt. Nigidius (*Nigidi verba e codd. Vrbinate et Strozziano emend. Breysig. de Nigidii fragm. p. 43*) ait luna si summo in circulo maculas nigras habuerit in primis partibus mensis, imbres fore; si in medio tunc cum plena sint in ea cornicula, serenitatem. certe si rubet quasi aurum, uentos ostendit. fit enim uentus ex aeris densitate, densitate obducta sol et luna rubescunt; item si cornua eius tecta fuerint nebula, tempestas futura est. Aratus autem dicit, si aquilonium cornu lunae est porrectius aquilonium imminere. item si cornu australe sit erectius, notum imminere. quarta autem luna index futurarum certissima habetur aurarum, unde et Virgilius:

sin ortu quarto, namque is certissimus auctor.'

Scholiasta Germanici p. 108: 'Signa enim (*immo* in eo *sc. sole*) tempestatis uel serenitatis hoc modo astrologi mundi cognoscenda esse dixerunt. Virgilius namque ait, si sol in ortu suo maculosus sit atque sub nube latens aut si dimidia pars eius apparuerit uentos futuros. item Varro ait, si exoriens concauus uidetur ita ut e medio fulgeat et radios faciat partim ad aquilonem partim ad austrum tempestatem humidam et uentosam futuram innuit. item, Si sol, inquit, rubeat in occasu, sincerus dies erit, si palleat, tempestatem significat. Nigidius quoque ait: Si pallidus sol in nigras nubes occidat, aquilonem uentum significat.' Servius cod. Guelf. georg. I 432: 'Aratus ait si cornu aquilonium sit erectius, aquilonem imminere et per eum serenum fieri. Nigidius de uentis IIII, si summum corniculum maculas nigras habuerit, in primis partibus imbres ait fore; si in imo cornu, serenitatem. rubens luna uentum denuntiat. fit enim uentus ex aeris densitate; densitas aeris inducto splendore lunae erubescit.' — Vegetius de re

---

1 iubernacula *D* g * buacula *M* ‖ aqua] atque *CD* ''qua *G* quam *F* qui *H* ‖ in *om. F* ‖ austram *F* austro B^2 ‖ cum lulligines *KM* cum lulligenes *E* cum liligiones A^1 cum luligiones A^2 coulogines *B* culignis *H* ‖ 2 erundinesue uolant *CDFGH* erundines Neuolant *M* erundines euolant *A* erundines nolant B^1K hirundines uolant B^2 ‖ delfini *libri* ‖ cum d * * * utos saltos A^1 * * * * * * totos se saltos A^2 totus se saltos B^1 totos se saltos B^2 ‖ totos] tos *M* ‖ 3 aut] et *A* ‖ caudans A^1 cauda * s A^2 ‖ aquā nam per unde ille feruntur ille uentus *A nisi quod m. 2* inde *addidit post* uentus ‖ nam] non *M* ‖ inde illu feruntur ille uentus *M* ‖ uentus inde *CD* ‖ 4 quod *E* qot *M* cum *FGH* ‖ ille *AM* ‖ mutata *F* ‖ 5 iurgite *DHM* ‖ enim *om. CDH* ‖ incipientes *ABDEGHM* ‖ aurem utaqua *B* aure mutu aquae *H* ‖ 6 incli * antur A^1 ‖ quam] quia *H* ‖ permotationem *D*

Digitized by Google

incolae sentiunt. itaque propter impetum pugnant siue metu ne deferantur in littora siue natura ne auersorum ceruices unda praecipitet. quid ergo? delphini tantum hanc iniuriam timent? immo et ceteri pisces: sed hi tantum apparent, quia exiliunt.' item Varro dicit signum esse tempestatis dum de parte aquilonis fulget et cum de parte euri intonat. Nigidius quoque ait luna si summo in corniculo maculas nigras habuerit in primis partibus mensis, imbres fore, si in media tunc cum plena sint in ea cornicula, se-

militari V 11: 'Multis quoque signis et de tranquillo procellae et de tempestatibus serena produntur, quae nelut in speculo lunae orbis ostendit. rubicundus enim color uentos, caeruleas indicat pluuias, ex utroque commixtus nimbos et furentes procellas. laetus orbis ac lucidus serenitatem nauigiis repromittit, quam gestat in uultu: praecipue si quarto ortu neque obtusis cornibus rutila neque infuso fuerit humore fuscata sol quoque exoriens uel diem condens interest utrum aequalibus gaudeat radiis an obiecta nube uarietur; utrum solido splendore fulgidus an uentis urgentibus igneus, neue pallidus uel pluuia sit impendente maculosus. aer uero et mare ipsum nubiumque magnitudo uel species sollicitos instruit nautas. aliquanta ab auibus, aliquanta a piscibus significantur. quae Virgilius in georgicis diuino paene comprehendit ingenio et Varro in naualibus libris diligenter excoluit. haec gubernatores si se scire profitentur, peritiae magis usus instituit quam altior doctrina firmauit.' exscripsit Vegetium Ioa. Saresberiensis policrat. II 2. Plinius N. H. XVIII 342 sqq.: 'primumque a sole capiemus praesagia. purus oriens atque non feruens serenum diem nuntiat, at hibernam pallidus grandinem. si et occidit pridie serenus et oritur, tanto certior fides serenitatis. concauus oriens pluuias praecedit, idem uentos, cum ante exorientem eum nubes rubescunt, quod si et nigrae rubentibus interuenerint et pluuias, cum occidentis aut orientis radii uidentur coire, pluuias. si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatem futuri diei spondent. si in exortu spargentur partim ad austrum partim ad aquilonem, pura circa

---

1 siue metu B^2 *DEGKM*^{2} sibi m& A^1*CFH* sibi m&u A^2B^1 SINE mutu M^1 || 2 n&differantur B^1 ne unde ferantur *A* ne unda ferantur *Beckerus* || littora *C* litora B^2 littore *FHKM* litore *ADEG* litura B^1 || sibe B^1 || nec B^1 || *uersora B^1 aduersorum *H* || 3 unde *FGH* || quid] & quid B^1 numquid *D* || delfini *libri* || hanc] ac *H* || iuriam A^1 iniuria *B* || 4 piscis *H* || sed tantum *AB* || hii *AB*^{1}*CDFGKM* id *H* || adparent *G* || 5 qui *D* quod *F* || 6 de *om. B* || aquaonis G^1 || fulget B^2*CDGM* fulgit B^1*E* fulgor fulget *A* || cum *AC* dum *rulgo* || eurui *G* euri id austri *AM* || 7 mū mo in A^1 in summo *L* || 8 imbres ait *CDEGM* || 9 fore *B* || si *om.* B^1 || im *M* || tunc id serenitas erit in plenitudine lune cum *A* || in plena *G* || sit *ABCDEGLM* || eo *BCDEGLM* || corniculo *ABCDEGLM* || serenitatem *scripsi:* serenitas it *L* serenas *M* serenas *EG* serena *C* serenas id fore *D* serenitas aut fore *A* serena demitate sit *B* serenitatem ait fore *Beckerus*

Digitized by Google

renitatem. certe si rubet quasi aurum uentos ostendit — fit enim uentus ex aeris densitate, (densitate) obducta sol et luna rubescunt — item si cornua eius obtecta fuerint nebula, tempestas futura est. Aratus autem dicit, si aquilonium cornu lunae sit porrectius, aquilonem inminere; item si cornu australe sit erectius, notum inminere. quarta autem luna futurarum index certissima habetur aurarum, unde et Virgilius:

sin ortu quarto, namque is certissimus auctor.

item idem Virgilius dicit, si sol in ortu suo maculosus sit

cum serenitas sit licet, pluuiam tamen uentosque significabunt. si in ortu aut in occasu contracti cernentur radii, imbrem. si in occasu eius pluet aut radii nubem in se trahent, asperam in proximum diem tempestatem significabunt. cum oriente radii non illustres eminebunt, quamuis circumdata nubes non sit, pluuiam non portendent. si ante exortum nubes globabuntur, hiemem asperam de[illegible]tiabunt. si ab ortu repellentur et ad occasum abibunt, serenitatem. si nubes solem circumcludent, quanto minus luminis relinquent tanto turbidior tempestas erit, si uero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. quod si in exortu aut in occasu fiet, ita ut rubescant nubes, maxuma ostendetur tempestas. si non ambibunt sed incumbent, a quocumque uento fuerint eum portenderint, si a meridie, et imbrem. si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se aperit expectetur uentus. si totus defluxerit aequaliter, serenitatem dabit. si in exortu longe radios per nubis porriget et medius erit inanis, pluuiam significabit. si ante ortum radii se ostendent, aquam et uentum. si circa occidentem candidus circulus erit, noctis leuem tempestatem, si nebula, uehementiorem, si candente sole uentum, si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit se uentum magnum. Proxuma sint iure lunae praesagia. quartam eam maxume obseruat Aegyptus. si splendens exorta puro nitore fulsit, serenitatem, si rubicunda, uentos, si nigra, pluuias portendere creditur. in quinta cornua eius optunsa pluuiam, erecta et infesta uentos sem-

---

1 rubit *A* ru& *B ead. man.* b *superscr.* ‖ uentus AB^2G uentis B^1 ‖ 2 ares *G* ‖ densitate, densitate obducta *GM(?)*, *Bignaeus:* densitate obducta *BE* densitate obducta dum *ACD* ‖ 3 robescunt *G* rubescunt id inminere *D* ‖ tecta *EGM* ‖ nubula A^1 nubila A^2 ‖ 4 est] erit *AM* ‖ est et cum auster uentus flauerit aestus erit *ACDG nisi quod A* aestas *AC* futura erit *et G pro* auster uentus flauerit *exhibet* auentus pluerit ‖ oratius *B* ‖ *Aratus dios.* 785 ‖ aquiloniolum B^1 ‖ 5 cornum AB^1DM ‖ luna *G* ‖ fit *A* est *G* ‖ porrectius *Schol. Germ. l. c.:* correctius *ABCDEG* correccius *M* ‖ inmenire *G* ‖ item — inminere *om. B* ‖ 6 cornua *G* ‖ australi *G* ‖ fit *A* ‖ correctius *CD* ‖ 7 certrissima *M* certissimus *D* ‖ abetur B^1 ‖ unde et uirgilius si in ortu suo sol maculosus *A reliquis omissis* ‖ 8 uerg. *DE* ‖ *Verg. georg. I 432* ‖ 9 sin *G* si in *ABCDEM* ‖ ortu fuerit quartum aũ *B* ‖ quartu *G* ‖ his *BEM* ins *G* ‖ auctor est *C* ‖ 10 idem *om. G* ‖ uerg. *D* ‖ *Verg. georg. I 441 sq.* ‖ sol sin *M* ‖ suo sol *AM*

Digitized by Google

adque sub nube latens aut si dimidia parte apparuerit, imbres futuros. item Varro ait: 'si exoriens concauus uidebitur ita ut in medio fulgeat et radios faciat partim ad austrum partim ad aquilonem, tempestatem humidam et uentosam fore significat.' item idem: 'si sol', inquid, 'rubeat (in occasu), sinceris dies erit; si palleat, tempestatem significat.' Nigidius quoque dicit, si pallidus sol in nigras nubes occidat, aquilonem uentum significare.

PESTILENTIA est morbus late uagans et contagio suo 153*

per significant, quarta tamen maxume. cornu eius septentrionale acuminatum atque rigidum illum praesagit uentum, inferius austrum, utraque recta noctem uentosam. si quartam orbis rutilus cinget, et uentos et imbres praemonebit. Apud Varronem ita est: Si quarto die luna erit directa, magnam tempestatem in mari praesagiet, nisi si coronam circa se habebit et eam sinceram, quoniam illo modo non ante plenam lunam hiematurum ostendit. si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit, si rutila uentos, nigrescens imbris. si caligo orbis nubem incluserit, uentos qua se ruperit, si gemini orbes cinxerint, maiorem tempestatem et magis, si tres erunt aut nigri, interrupti atque distracti. nascens luna si cornu superiore obatrato surget, pluuias decrescens dabit, si inferiore, ante plenilunium, si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. si plena circa se habebit orbem, ex qua parte is maxume splendebit, ex ea uentum ostendet. si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. si ante quartam non adparuerit uento fauonio flante, hiemalis toto mense erit. si XVI uehementius flammea adparuerit, asperas tempestates praesagiet. sunt et ipsius lunae VIII articuli, quotiens in angulos solis incidat, plerisque inter eos tantum obseruantibus praesagia eius, hoc est III. VII. XI. XV. XVIIII. XXIII. XXVII. et plenilunium.' 361: 'praesagiunt et animalia: delphini tranquillo mari lasciuientes flatum ex qua ueniunt parte, item spargentes aquam, iidem turbato tranquillitatem. lolligo uolitans, conchae adhaerescentes, echini adfigentes sese aut harena saburrantes tempestatis signa sunt.' e. q. s. cf. Basilius hex. pag. 53 b. c. d. e. Isidorus origg. XIII.

153* Isidorus de natura rerum XXXVIIII: 'De pestilentia. Pesti-

1 atq; *B* || dimediam *A* demedia B^1 demidia B^2 dimidiam *M* || partem *AM* || 2 futuras *AB* || ait *om. A*¹ dicit *L* || concacus A^1 concauis B^1 concauos *G* concautus M^1 || uideatur *B* || 3 ut] aut A^1 || in *om.* B^1 e *G* || media *B* || radius *G* radio A^1 || facit *A* || partem GB^1 parte B^2 || austr****ti M^1 || 4 partem *BG* || ad *om. B* || aquilonis B^2 || tempestate B^2 || umidam *CD* umidam fore *B* || uentuosam *GM* || 5 fore *om. B* || fore significat *om. EG* || inquit B^2CDL quit B^1 || rubiat *A* || in occasu *addidit Grialius e schol. Germ. l. c.* || seneeris *G* sincerissima *L* || 6 fore dies *DEG* fere dies *Griali libri* forte dies *B* dies forte *L* || pallea A^1 || tempestate *A* tempestates *G* || ait quoque *B* || 7 pallidus inquid *ADGLM* pallidus inquit *BCE* || sol | aquilonem *A reliquis omissis* || in] & *B* || 8 uentorum *G* || significat *DL* | 9 nacans *B* || et *om. B* || cotagio B^1

Digitized by Google

paene omnes polluens quos tetigerit. haec enim aegritudo non habet spatium temporis quo aut uita speretur aut mors, sed repentinus languor simul cum morte uenit. * * * Virgilius:

> corrupto caeli tractu miserandaque uenit
> arboribusque satisque lues.

item alii aiunt pestifera semina rerum multa ferri in aerem adque suspendi et in extremas caeli partes aut uentis aut nubibus transportari. deinde quaqua feruntur, aut cadunt per loca et germina cuncta ad animalium necem corrumpunt. aut suspensa manent in aere, et cum spirantes trahimus auras, illa quoque in corpus pariter absorbemus, adque inde

lentia ... uenit. quae sit uero causa huius pestilentiae nostri dixerunt: Quando pro peccatis hominum plaga et corruptio terris inicitur, tunc aliqua ex causa, id est aut siccitatis aut caloris ui aut pluuiarum intemperantia, aer corrumpitur sicque naturalis ordinis perturbata temperie inficiuntur elimenta et fit corruptio aeris, et aura pestifera oritur et corruptelae uitium in homines ceteraque animantia. unde et Virgilius ... extinguit.' Clemens recogn. VIII 45: 'Horum autem ipsorum ministerio et siquando pro peccatis hominum plaga et corruptio terris inicitur, perturbatur aer, lues animantibus, corruptio frugibus, pestilens per omnia mortalibus annus inducitur.' — Lucretius VI 1093 sqq.:

> ..... primum multarum semina rerum
> esse supra docui quae sint uitalia nobis.
> et contra quae sint morbo mortique necessest
> multa uolare: ea cum casu sunt forte coorta,
> et perturbarunt caelum, fit morbidus aer.
> atque ea uis omnis morborum pestilitasque
> aut extrinsecus ut nubes nebulaeque superne
> per caelum ueniunt, aut ipsa saepe coortae
> de terra surgunt, ubi putorem humida nactast
> intempestiuis pluuiisque et solibus icta.

1119 sqq.:

> proinde ubi se caelum quod nobis forte alienum
> commouet atque aer inimicus serpere coepit,
> ut nebula ac nubes paulatim repit et omne
> qua graditur conturbat et immutare coactat,
> fit quoque ut, in nostrum cum uenit denique caelum,
> corrumpat reddatque sui simile atque alienum.

---

1 pene omnes polluens quae te tigirit *A* paene omnes quos tetigerit polluans *B nisi quod* pene *et* polluens B^2 || 3 langor AB^2 || 4 *Verg. Aen. III 138 sq.* || 5 corruptum *B* || tractum *B* || 6 id seminibus satisq; *A* || luens AB^1 || 7 fieri B^1 ferantur *A* || 8 et *om. B* || extremis terris caeli partib; *A* extre * * * as caeli partes B^1 externas caeli partes B^2 || a uentis *A* || 9 a nubibus *A* || transportare B^1 || quaq; *A* quoq; *B* || cad•unt *B* || 10 corrumpuntur *B* || 11 8: amanent *B* || 12 illam B^1 illas B^2 || absorbimus *A*

languescens morbo corpus aut ulceribus tetris aut percussione subita exanimatur. sicut enim caeli nouitate uel aquarum temptari aduenientium corpora consuerunt adeo ut morbum concipiant, ita etiam aer corruptus ex aliis caeli partibus ueniens subita clade corpus corrumpit adque repente uitam extinguit.

Cur OCEANVS in se reciprocis AESTIBVS reuertatur ***. 154*
oceani undis ali sidera dicunt solemque de oceano aquam haurire ignibus suis et circum omnia sidera fundere, ut ea temperet, quia sunt ignea. inde dicunt, quia cum haurit

haec igitur subito clades noua pestilitasque
aut in aquas cadit aut fruges persidit in ipsas.
aut alios hominum pastus pecudumque cibatus,
aut etiam suspensa manet uis aere in ipso,
et cum spirantes mixtas hinc ducimus auras,
illa quoque in corpus pariter sorbere necessest.

154* Isidorus de natura rerum XL: 'De oceani aestu. Cur ... reuertatur, philosophi mundum, ut refert Solinus, ex quattuor elementis quasi quoddam animal esse dicunt concretum mouerique quodam spiritu et sicut in corporibus nostris respirandi habentur commercia, ita in profundis oceani esse quosdam meatus uentorum, ueluti mundi nares per quas emissi anhelitus uel retracti alterno accessu recessuque, nunc euaporante spiritu efflent maria, nunc retrahente spiritu reducant. quidam autem philosophorum nolunt, ait Ambrosius, cum augmento lunari crescere oceanum, et tamquam eius quibusdam spirationibus retrorsum trahatur et iterum eiusdem impulsu ac retractu in mensuram propriam refundatur. alii quoque oceani ... oceanus, sed utrum uentorum spiritu aquae erigantur an lunari cursu increscant an sole retrahente decrescant, hoc deo soli cognitum est, cuius et opus mundus est solique mundi ratio cognita est. oceani ... perhibetur, quod etiam Clemens discipulus apostolorum uisus est indicare cum dicit: Oceanus intransmeabilis est hominibus et hi qui ultra eum sunt mundi.' philosophi ... subterius, ideo et Lucanus (V 623 sqq.):

cum mare connoluit gentes, cum littora Thetys
noluit ulla pati caelo contenta teneri,
tunc quoque tanta malis moles creuisset in astra,
ni superum rector pressisset nubibus umbras.'

Solinus polyh. XXIII 20 sq.: 'Physici aiunt mundum animal esse eumque uariis elementorum corporibus conglobatum moueri spiritu, regi mente, quae utraque diffusa per membra omnia aeternae molis uigorem exerceant. sicut ergo in corporibus nostris commercia sunt spiritualia, ita in profundis oceani nares quasdam mundi constitutas, per

1 languiscens AB^1 || percussiones obita B^1 || 3 corpor*a* aduenientium temptari *B* (temtari B^1) || 4 alii * B^1 || 5 subitatur *A* || 7 quur *A* || otianus A^1 occeanus B^1 || receprocis B^1 || 8 otiani A^1 de oceani *B* || aestu undas *A* || alia *A om. B* || ducunt B^1 || otiano A^1 occeano B^1 || 9 aurire *AB* || 10 temperent *A* || igne *B* in || calida *A* || aurit B^2 auri B^1 aur& *A*

aquas erigit se oceanus. oceani autem magnitudo inconparabilis et intransmeabilis latitudo perhibetur. philosophi autem aiunt, quod post oceanum terra nulla sit sed solo denso aere nubium contineatur mare sicut et terra subterius.

155* Cur MARE maius non fiat ac tantis fluuiorum copiis nullatenus crescat ***. uenti rapiunt et uapor calorque so-

quas emissi anhelitus uel reducti modo inflent maria modo reuocent.' Ambrosius H. IIII 7, 30: 'Ampotis quoque quae in oceano esse perhibetur, cum reliquis diebus ordinem suum seruare dicatur, lunari exortu euidens muntationis suae fertur iudicium dare, ut mare ipsum occidentale, in quo spectatur ampotis, solito amplius accedat ac recedat et maiore aestu feratur, tamquam lunae quibusdam aspirationibus retrorsum trahatur et iterum iisdem impulsum ac retractum in mensuram propriam refundatur.' ex Basili hex. pag. 61 c. — Plutarchus P. P. III 17: *Πῶς ἀμπώτιδες γίνονται καὶ πλημμῦραι. Ἀριστοτέλης Ἡρακλείδης, ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τὰ πλεῖστα τῶν πνευμάτων κινοῦντος καὶ συμπεριφέροντος· ὑφ' ὧν ἐμβαλλόντων μὲν προωθουμένην ἀνοιδεῖν τὴν Ἀτλαντικὴν θάλασσαν καὶ παρασκευάζειν τὴν πλημμύραν, καταλιγόντων δ' ἀντιπερισπωμένην ὑποβαίνειν, ὅπερ εἶναι τὴν ἄμπωτιν. Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης, τῇ πληρώσει τῆς σελήνης τὰς πλημμύρας γινεσθαι, τῇ δε μειώσει τὰς ἀμπώτιδας. Πλάτων ἐπὶ τὴν αἰώραν φέρεται τῶν ὑδάτων· εἶναι γάρ τινα αἰώραν διά τινος τρήματος περιφέρουσαν παλίρροιαν, ὑφ' ἧς ἀντικυμαίνεσθαι τὰ πελάγη. Τίμαιος τοὺς ἐμβάλλοντας ποταμοὺς εἰς τὴν Ἀτλαντικὴν διὰ τῆς Κελτικῆς ὀρεινῆς αἰτιᾶται, προωθοῦντας μὲν ταῖς ἐφόδοις καὶ πλημμύραν ποιοῦντας, ὑφέλκοντας δὲ ταῖς ἀναπαύλαις καὶ ἀμπώτιδας κατασκευάζοντας. Σέλευκος ὁ μαθηματικός, κινὼν καὶ οὗτος τὴν γῆν, ἀντικόπτειν αὐτῆς τῇ δίνῃ φησὶ καὶ τῇ κινήσει τὴν περιστροφὴν τῆς σελήνης· τοῦ δὲ μεταξὺ ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων ἀντιπερισπωμένου πνεύματος καὶ ἐμπίπτοντος εἰς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος, κατὰ λόγον αὐτῷ συγκυκᾶσθαι τὴν θάλασσαν.*

155* Isidorus de natura rerum 41: 'Cur mare non crescat. Cur mare ... crescat, Clemens episcopus dicit eo quod naturaliter salsa aqua fluentum dulce in se receptum consumat, ut illud salsum maris elimentum quantascumque receperit copias aquarum, nihilominus exhauriat. adde etiam quod uenti ... consumi. Salomon autem dicit: Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur. unde intellegitur mare ideo non crescere, quod per quosdam occultos meatus aquae reuolutae in fontes suos refluant et solito cursu per suos amnes decurrant. mare autem propterea factum est, ut omnium cursus fluuiorum recipiat, cuius cum sit altitudo diuersa, indiscreta tamen dorsi eius aequalitas. unde et aequor appellatum creditur, quod superficies

---

1 eregit *B* || se *om. vulg.* || oceanus *scripsi:* oceanum *B* otianum *A addit* A^2 p qudam farisiorum || 2 inconparabiles A^1 || intransmeabiles A^1 || perhibitur B^1 || 3 quia *B* || occeanum *B* otianum *A fere semper* || nulla terra *B* || 4 aeri *A* || conteneatur A^1 contin&tur B^1 || et *om. B* || subterius ideo] subsidio *B* || 5 quur *AB* || hac A^1B^1 || tantis copiorum fluuiorum quo pi*tis *B nisi quod* quo piis B^2 | 6 rapiant *B* || et] ut *B*

lis absumit. denique uidemus lacus multasque lacunas paruo sub momenti spatio uentorum flatibus solisque ardore consumi. physici autem dicunt mare altius esse terris.

Aegyptus aeris calorem semperque solem habet: num- 156*
quam nubes uel imbres recipit, cuius loca NILVS fluuius aestatis tempore inundat, quo pro pluuiis utuntur. oritur enim fluuius idem inter austrum et ortum. ETESIARVM autem flatus e zephyri parte id est ab occiduo flant et habent certum tempus; nascuntur enim mense Maio. quarum flatus initio languens est sed per dies augescit; nam flant ab hora sexta in decimam. harum igitur flatu resistente oppositisque

eius aequalitas sit. physici ... terris.' Clemens recogn. VIII 24: 'Sed dicis mihi, salsa aqua naturaliter consumit fluentum dulce, quod ei fuerit infusum. et in hoc ergo manifestum est prouidentiae opus, ut salsum faceret illud elementum, in quod cursus omnium aquarum, quas ad usum hominum praestiterat, declinauit uti ne per tanta seculi spatia repletus maris alueus inundationem perniciosam terris et hominibus redderet.' Ambrosius H. III 2, 8.: 'Iussa est etiam aqua currere in congregationem: ex illo currit, fontes labuntur in fluuios, in freta currant flumina, lacus deriuantur in maria, ipsa se aqua praecedit urget et sequitur. unus est ductus, unum corpus. et cum sit altitudo diuersa, indiscreta tamen dorsi eius aequalitas. unde et aequor appellatum arbitror, quod superficies eius aequalis sit.' ex Basili hex. pag. 30 a.

156* Isidorus de natura rerum XLIII: 'De Nilo flumine. Aegyptus' e. q. s. — Plutarchus P. P. IIII 1: *Περὶ Νείλου ἀναβάσεως. Θαλῆς τοὺς ἐτησίας ἀνέμους οἴεται πνέοντας τῇ Αἰγύπτῳ ἀντιπροσώπους ἐπαίρειν τοῦ Νείλου τὸν ὄγκον, διὰ τὸ τὰς ἐκροὰς αὐτοῦ τῇ παροιδήσει τοῦ ἀντιπαρήκοντος πελάγους ἀνακόπτεσθαι. Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης, ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης γλυκείας κατ' αὐτὴν οὔσης νομίζει πληροῦσθαι τὸν ποταμόν. Ἀναξαγόρας, ἐκ τῆς χιόνος τῆς ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ, τηκομένης μὲν ἐν τῷ θέρει, ψυχομένης δὲ τῷ χειμῶνι. Δημόκριτος, τῆς χιόνος τῆς ἐν τοῖς πρὸς ἄρκτον μέρεσιν ὑπὸ θερινὰς τροπὰς ἀναλυομένης τε καὶ διαχεομένης, νέφη μὲν ἐκ τῶν ἀτμῶν πιλοῦσθαι· τούτων δ' ἀπελαυνομένων πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὴν Αἰγυπτον ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἀνέμων, ἀποτελεῖσθαι ῥαγδαίους ὄμβρους, ὑφ' ὧν ἀναπίμπλασθαι τάς τε λίμνας καὶ τὸν Νεῖλον ποταμόν. Ἡρόδοτος ὁ συγγραφεύς, ἴσον μὲν ἐκ τῶν πηγῶν φέρεσθαι χειμῶνος καὶ θέρους,*

---

1 absumit *Beckerus:* adsumit *AB* || uidemur *A* || lacos *B* locos *A* || lagunas A^2 || 2 memento spatii *A* || 3 phisici AB^2 fisici B^1 || terras *A* || 4 aeris densitate & calorem p solem *A* || calores B^1 calore B^2 || semper *B* || 5 inpreps B^1 inbres B^2 || loco B^1 || 6 temporē *A* || undat *A* || quo] quam *A* que *B* || 7 fluuiis B^1 || oritur B^2 || &haesiarum *A* &heriarum *B* || 8 ezepheri *A* ** feri B^1 a zipheri B^2 || abent B^1 || 9 madi ÷ A^1 madio A^2B^1 || 10 inicio id est modicus languens ÷ *A* initio languescit *B* || ora B^1 || 11 harum] oramd B^1 horam B^2 || resistere *A*

Digitized by Google

etiam ostiis eius quibus in mare influit arenarum cumulis Nili fluctus intumescunt ac retro reuerti coguntur sicque aquae erumpentes propelluntur in austrum, quibus congestis Nilus in Aegyptum erumpit. quiescentibus quoque etesiis ruptisque arenarum cumulis in suum alueum redit fluuius.

157* In pratis nono libro Tranquillus sic adserit dicens: EXTERNVM MARE oceanus est INTERNVM quod ex oceano fluit SVPERVM et INFERVM quibus Italia adluitur. ex his superum et ADRIATICVM dicitur et TVSCVM inferum. FRETVM angustum quasi feruens mare ut Siculum et Gaditanum. AESTVARIA † omnia per quae mare uicissim tum accedit tum recedit.

φαίνεσθαι δ' ἐλάττονα τοῦ χειμῶνος, διὰ τὸ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ πλησίον ἰόντα τὸν ἥλιον τῆς Αἰγύπτου ἐξατμίζειν τὰ νάματα. Ἔφορος ὁ ἱστοριογράφος κατὰ θέρος φησὶν ἀναχαλᾶσθαι τὴν ὅλην Αἴγυπτον, καὶ οἱονεὶ ἐξιδροῦν τὸ πολὺ νᾶμα· συνδίδωσι δ' αὐτῇ καὶ ἡ Ἀραβία καὶ ἡ Λιβύη παρὰ τὸ ἀραιὸν καὶ ὑπόψαμμον. Εὔδοξος τους ἱερεῖς φησι λέγειν τὰ ὄμβρια τῶν ὑδάτων καὶ τὴν ἀντιπερίστασιν τῶν ὡρῶν, ὅταν παρ' ἡμῖν μὲν θέρος τοῖς ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν οἰκοῦσιν, τότε τοῖς ὑπὸ τὸν χειμερινὸν τροπικὸν ἀντοίκοις χειμών ἐστιν, ἐξ ὧν τὸ πλημμυροῦν ὕδωρ καταρρήγνυται.

157* Isidorus de natura rerum XLIIII: 'De nominibus maris ac fluminum. 'In pratis ... praecipiti.' desideratur hoc caput in *BEFGHK* multisque libris. Schol. Bern. georg. II 158: 'Adriaticum superum uocatur, Tyrrhenum inferum ut Iunilius et Tranquillus dicunt, quibus adluitur Italia.' Hildebrandi gloss. p. 147 gloss. Amplon. p. 333: 'Fretum mare angustum.' Corollar. gloss. in Muelleri Festo p. 380: 'Aestuaria sunt omnia, qua mare uicissim tum accedit tum recedit.' Coroll. gloss. l. c.: 'altum proprie mare profundum.' Hildebrand. gloss. p. 288: 'naga, inbreuia.' Schol. Lucan. VIII 540: 'uada breuia.' Servius Aen. V 163: 'Litus est omne quod aqua alluitur.' Charisius p. 98: 'Ostia exitus fluminum in mare.' Servius Aen. I 100: 'Proprie ostia dicuntur exitus fluminum.' — Cod. Lips. Pauli p. 381 M.: 'Supernum mare Adriaticum,

---

1 hostiis *A* || 2 flutus A^1 || intumiscunt A^1 || hac B^1 || 4 aegyptō *A* egyptu B^1 || quiscientibus B^1 || &haesis *A* eteris *B* || 5 rediit *A* || 6 in pratis nono libro *scripsi:* in pratis in annalibus *O* in annalibus libris patrum *al.* in pratis *ACDLM* || ait *O* adseruit *CDM*^{1} || externum *Rothius:* extremum *ACDLMO* || 7 ocianus A^1D *semper* est *om. O* || internum medius quod *O* || ociano *M* || 8 supernum *CDLO* || est et *CD* || infernum *O* || ex hiis *C* et hic *O* || 9 et *om. CD* || adriacum *M* atriaticum AC^1 || thuscum *CDM* tuschum *A* || et fretum *CD* || angum *D* in angusto *coni. Langensiepen. cf. Mus. Rhen. nov. V p. 246 sqq.* || 10 ut] et *CDO* || graditanum M^1 gaditianum *O* gadianum *L* || aestuaria sunt *CDLO* estuaria s *A* || 11 omnia] stagna *coni. Langensiepen* || quē *A* quem *M* || occidit *O* || rescit recedit *L*

Digitized by Google

ALTVM proprie mare profundum. VADA quibus in mari potest stari, quae Virgilius BREVIA appellat, quae eadem Graeci *βραχέα*. SINVS maiores recessus maris dicuntur, ut Caspius Arabicus Indicus, minores autem ANGVLI ut Paestanus Amyclanus et ceteri similes. FLVSTRVM motus maris sine tempestate fluctuantis, uelut Naeuius in bello Poenico sic ait:

onerāriāe onústae stábant in flústris,

ut si diceret in salo. MOLES quae eminent et procurrunt mari, de quibus Pacuuius:

** omnes látebras, sublutá mole abstrusós sinus.

quia sit a superiore parte.' ibid. l. c.: 'naga, quae in mare stant, Virgilius breuia appellat.' ibid. l. c.: 'Sinus maiores recessus maris ut Caspius Arabicus Indicus.' — Varro L. L. VII 22: 'Dictum fretum a similitudine feruentis aquae, quod in fretum saepe concurrat aestus atque efferuescat.' Paulus Festi p. 89: 'Flustra dicuntur, quum in mari fluctus non mouentur, quam Graeci *μαλακίαν* uocant.' Servius Aen. II 305: 'Torrens fluuius, qui aestate siccatur, unde et nomen accepit.' Schol. Veron. Aen. l. c.: 'Torrens qui aestate arescens hieme attollitur.' Festus p. 352 (cf. Paulus Festi p. 354): 'Torrens principaliter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuuium in Antiopa: Flammeo uapore torrens terrae fetum exusserit. significat etiam fluuium subitis imbribus concitatum, qui alioqui siccitatibus exarescit.' hoc duce Beckerus prolegg. ad Isidor. p. XVI sq. Suetonianam sententiam ab Isidoro mutilatam ita restituit: Torrens fluuius qui plu-

---

1 mare *om. A* || profundum dicitur *CD* || Vuaga *A al.* uaga *O al.* Vuagic *in mg. m. ead.* uada *M* || uada sunt *CD* || im *M* || mare *AD*^{1} || 2 istare *A* stare *CD* || uergilius *CD* || *Verg. Aen. I 111* || breui *AM*^{1} | appellant *M* || quae — *βραχέα om. AM* || 3 brachia *CDO* || maioris *AM* | ut est *CD* || campius *D*^{1} || 4 Issicus *coni. Langs.* || minores] maiores *O* | anguli dicuntur *CDL* || paestanus matrestae *O* pertanus *DM Arevali libri* Paestanus Ligusticus *coni. Langs.* || amiclanus *CD* amiclanus fluctuantes *AM al.* || 5 similes nomina maris dixerunt *O* || flustra sunt *CLO* frustra sunt *D* || 6 fluctuantis *om. h. l. AM* || uelut *Beckerus:* uel *AM om. CDLO* || neuius *ACDLM* || poenico *Iac. Gronovius:* poni *AM* pontifico *L* pontico in inscriptione *O* punico *CD* || sic — salo *om. AM, in A spatio duodecim litterarum vacuo relicto, in M mg.* r̃ || sic] quod *O* || *Naevius bell. Poen. fragm. inc. V Vahl.* || 7 honerariae *CDOL* | honustae *CDOL* || stabunt *al.* || 8 ut] ac *O* || sola *O* || precurrunt *C* praecurrunt *D* || moles aquae eminent et prorumpunt *coni. Langs.* || 8 facubius *AL* faucubius *M* fauculius *O* || sic ait *add. L* || 9 *Pacuvius 394 Ribb.* || 10 omnes latebras subluta mole abstrusos sinus *Ribbeckius:* omnes latebras subleto molae (mole *M*) abstrusas *spatio vacuo relicto* sinus *ita ut* sinus *ad sequentia referatur AM al.* omnes latebras sub leto mole obstrusas sinus *CDL nisi quod* abstrusas *L* omnes latebras sublaetu mole abstrusas sinus *O* omnes latebras subeunt laeti mole abstrusas sinus *Muellerus* ómnes latebras súbiit

Digitized by Google

CAECVS FLVCTVS tumens necdum tamen canus, de quo Atta in togata sic ait:

* pro populo flúctus caecos fáciunt per discórdiam,

et Augustus: 'nos uenimus Neapolim fluctu quidem caeco'. LITVS quidquid aqua adluitur. FLVMEN omnis humor, quis uel modice fluit. TORRENS fluuius qui pluuia crescit, siccitate torrescit id est arescit. *** de quo Pacuuius:

flammeo uapore torrens terrae *.

OSTIA exitus fluminum in mare. TVLLI aquarum proiectus, quales sunt in Aniene flumine quam maxime praecipiti.

158* Philosophi opinantur aere denso TERRAM sustineri et

uia crescit, siccitate torrescit, id est arescit. [proprie autem torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuuium: Flammeo uapore torrens terrae fetum exusserit].' Festus p. 352: '*Tullos alii* dixerunt esse silanos alii rinos alii uehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace: Aiax misso sanguine tepido tulii efflantes uolant.' cf. Paulus Festi p. 353.

158* Isidorus de natura rerum XLV: 'De positione terrae. Qualiter terra super aerem fundata libratis credatur stare ponderibus, sic dicit Ambrosius: De terrae autem qualitate siue positione sufficiat secundum scripturam Iob sciendum: Quia suspendit terram in nihilo. philosophi quoque similiter opinantur ... alteram. Verumtamen utrum densitate aeris sustineatur an super aquam pendeat, quia scribitur: Qui fundauit terram super aquas, uel quomodo aer mollis et tenuis tantam molem possit sustentare terrenam, aut si super aquas est

---

atque molium abstrusós sinus *Langs.* omnes latebras sub lata mole obstrusas in sinu *(vel* obrutas sinu*) Arevalus* omnes latebras obiecta mole obstruas sinus *Rothius* || 1 tumens] tamen *O* || Atta *Gronovius:* atita *AM* aota *O* cato *CD* || togatas *AM* || 3 pro *om. O*, *Ribbeck.* illi in *coni. Langs.* || polo *D* || fluctos OM^1 || cecus *CD* || discordia *AM* || 4 agustus *ACDM* || inquit nos *CDL* ait nos *O* ita: 'nos *coni. Langs.* || nos *om. AM* || necapolim *CD* || fluctum *AM* || caecu M^2 || 5 quicquid *AO* quicquit *C* || alluitur *O al.* || omnes *D* || quia *AM* || 7 id est crescit *A* || pacubius *A* bacubius *M* pacuuius ait *CDO* || *cf. Pacuv. 13 Ribb.* || 9 hostiae *C* || tolli *CDO al.* tolles *al.* tollae *Arevalus* tholi *coni. idem* tullii *coni. Langs.* || aquae quarum *D* || proiectes M^2 || 10 Aniene *Gronovius:* aniense *ADLM* animensae *C* assiense *O* || quam maxime praecipiti *Rothius:* quam maxime praecipite *AM* quam se maxima praecipitio *O* quam maxima praecipitia *CD* qua se maximo praecipitio in agrum Tiburtinum demittit *coni. Müllerus* quoniam se maxime praecipitat *coni. Langs.* || 11 oppinantur *A* || sustinere *ABD* sustentari *C* || & cē in mundūm spungiae adq: *A nisi quod* mu *dum A^2 et esse in modum spongiae atque *CD* & quasi spongiam *BE*

Digitized by Google

esse in modum spongiae adque in medio aeris mole sua inmobilem pendere sicque ut aequabili motu hinc adque inde ueluti alarum subfulta remigiis ex omni parte librata propendeat nec in partem possit inclinari alteram.

Sapientes dicunt terram in modum spongiae esse, con- 159*
ceptumque uentum rotari et ire per cauernas; cumque tantum ierit quantum terra capere non possit, huc adque illuc uentus fremitum et murmura mittit, dehinc quaerentis uiam euadendi dum sustinere uim terra non possit, aut tremit aut dehiscit ut uentum egerat. inde aiunt fieri TERRAE MOTVM, dum uniuersa uentus inclusus concutit. unde et Salustius: 'uentis', inquid, 'per caua terrae praecipitatis rupti aliquod

tam inmane pondus, quomodo non demergatur, aut quomodo aequitatis libram teneat ne in alteram partem propensa incumbat, hoc nulli mortalium scire fas est nec nobis discutere adque perserutari licet tantam diuinae artis excellentiam, dum constet eam lege maiestatis dei aut super aquas aut super nubes stabilem permanere. Quis enim, inquid Salomon, sufficit narrare opera illius aut quis inuestigabit magnalia eius? ergo quod mortalium naturae secretum est, diuinae potentiae reliquendum est.' Ambrosius H. I 622: 'De terrae quoque uel qualitate uel positione tractare nihil potest ad spem futuri, cum satis sit ad scientiam, quod scripturarum diuinarum series comprehendit: Quia suspendit terram in nihilo. quid nobis discutere, utrum in aere pendeat an super aquam, ut inde nascatur controuersia, quomodo aeris natura tenuis et mollior molem possit sustentare terrenam? aut quomodo, si super aquas, non demergatur in aquam grauis ruina terrarum? aut quomodo ei maris unda non cedat, et in latera eius sese loco suo mota diffundat? multi etiam in medio aeris terram esse dixerunt et mole sua immobilem permanere, quod aequabili motu hinc atque inde propendeat.'

159* Isidorus de natura rerum XLVI: 'De terrae motu. Sapientes mundi dicunt ... existit. sic enim et Lucanus ait: Terraene dehiscent? et Virgilius: Insolitis tremuerunt motibus Alpes. terrae ... fit terrae motus. huius autem terrae commotio pertinet ad iudicium, quando peccatores et terreni homines spiritu oris dei con-

---

1 in meridie aeris *A om. E* ‖ mol••e B^1 mol••ẽ B^2 ‖ suo AB^1 suũ B^2 ‖ immouilem B^1 ‖ 2 sic quoque *A* ‖ equabili •• *B* ‖ 3 omne B^1 ‖ parte• *B* ‖ 4 pendeat *A* ‖ inclinare *B* ‖ 5 spungiae *A* spongiarum *B* ‖ 8 querentes *A* querens *B* ‖ uim *A* ui uiam *Grialius* ‖ 9 uim *scripsi:* eum *AB* ‖ poterit B^1 potuerit B^2 ‖ 10 deiscitur A^1 deicitur A^2 iscitur B^1 deiscitur B^2 ‖ e•••at B^1 ‖ algunt A^1 agunt A^2 ‖ 11 uniuersa terra *B* uniuersam *coni. Beckerus* ‖ *Sallustius histor. fragm. II 52 Kritz.* ‖ 12 uentis *e quibusdam libris in origg. XIIII 1 Otto probante Kritzio:* uenti *AB* ‖ praecipitatis *Otto:* precipitati AB^1 precipitatī B^2 ‖ irupti B^1 ‖ sunt aliquod *B*

Digitized by Google

montes tumulique sedere.' ergo ut diximus tremor terrae uel spiritu uenti per caua terrae uel ruina inferiorum motuque undae existit. terrae motum autem illic assidue fieri, ubi caua terrarum sunt, in quibus uenti ingrediuntur et faciunt terrae motum: nam ubi arenosum est aut solida est terra, non ibi fit terrae motus.

* *
*

cussi commouebuntur. item terrae commotio hominum terrenorum est ad fidem conuersio, unde scriptum est: Pedes eius steterunt et mota est terra, utique ad credendum.' Isidorus origg. XIIII 1. Servius georg. II 479: unde tremor terris] 'uariae sunt opiniones. alii dicunt uentum esse in concauis terrae, qui motus etiam terram mouet. Sallustius: Venti per caua terrae citati. Lucanus *(III 460)*: Quaerentem erumpere uentum credidit. alii aquam dicunt genitalem sub terris moueri et simul eas concutere, sicut uas aquae: ut dicit Lucretius. alii *σφογγοειδῆ* terram uolunt, cuius plerumque latentes ruinae superposita cuncta concutiunt.' — Plutarchus P. P. III 15: *Περὶ σεισμῶν γῆς. Θαλῆς μὲν καὶ Δημόκριτος ὕδατι τὴν αἰτίαν τῶν σεισμῶν προσάπτουσιν. Οἱ δὲ Στωικοί φασι, σεισμός ἐστι τὸ ἐν τῇ γῇ ὑγρὸν εἰς ἀέρα διακρινόμενον καὶ ἐκπῖπτον. Ἀναξιμένης, ξηρότητα καὶ ὑγρότητα τῆς γῆς, αἰτίαν τῶν σεισμῶν, ὧν τὴν μὲν ανχμοὶ γεννῶσι, τὴν δ' ἐπομβρίαι. Ἀναξαγόρας, ἀέρος ὑποδύσει, τῇ μὲν πυκνότητι τῆς ἐπιφανείας προσπίπτοντος, τῷ δ' ἐκκρισιν λαβεῖν μὴ δύνασθαι, τρόμῳ τὸ περιέχον κραδαίνοντος. Ἀριστοτέλης, διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ πανταχόθεν ἀντιπερίστασιν, κάτωθεν καὶ ἄνωθεν αὐτῇ περιστάντος· τὸ γὰρ θερμὸν ἀνωτέρω γενέσθαι σπεύδει, ἅτε δὴ κοῦφον ὄν· διὰ τοῦτο ἐν ἀπολήψει γινομένης τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως, τῇ σφηνώσει καὶ τοῖς ἀντελιγμοῖς διαταράττεσθαι. Μητρόδωρος, μηδὲν ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ σῶμα κινεῖσθαι, εἰ μή τις προώσειεν, ἢ καθελκύσειε κατ' ἐνέργειαν· διὸ μηδὲ τὴν γῆν, ἅτε δὴ κειμένην φυσικῶς, κινεῖσθαι, τόπους δέ τινας αὐτῆς νοσεῖν τοῖς ἄλλοις. Παρμενίδης Δημόκριτος, διὰ τὸ πανταχόθεν ἴσον ἀφεστῶσαν μένειν ἐπὶ τῆς ἰσορροπίας, οὐκ ἔχουσαν αἰτίαν, δι' ἣν δεῦρο μᾶλλον ἢ ἐκεῖσε ῥέψειεν ἄν· διὰ τοῦτο μόνον μὲν κραδαίνεσθαι, μὴ κινεῖσθαι δέ. Ἀναξιμένης, διὰ τὸ πλάτος ἐποχεῖσθαι τῷ ἀέρι. Οἱ δέ φασιν, ἐφ' ὕδατος, καθάπερ τὰ πλατανώδη καὶ σανιδώδη ἐπὶ τῶν ὑδάτων, διὰ τοῦτο κινεῖσθαι. Πλάτων, πάσης μὲν κινήσεως ἓξ εἶναι περιστάσεις, ἄνω κάτω ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ θάτερα ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν· κατ' οὐδεμίαν δὲ τούτων ἐνδέχεσθαι τὴν γῆν κινεῖσθαι, ἐν τῷ πανταχόθεν κατωτάτην κειμένην· μένειν μὲν οὖν ἀκίνητον, μηδὲν ἔχουσαν ἐξαίρετον εἰς τὸ ῥέπειν μᾶλλον * *, τόπους δ' αὐτῆς κατ' ἀραιότητα .σαλεύεσθαι. Ἐπίκουρος, ἐνδέχεσθαι μὲν ὑπὸ πάχους τοῦ ἀέρος ὑποκειμένου, ὑδατώδους ὄντος, ἀνακρουομένην αὐτὴν καὶ οἷον ὑποτυπτομένην κινεῖσθαι· ἐνδέχεσθαι δὲ καὶ σηραγγώδη τοῖς κατωτέρω μέρεσι καθεστῶσαν ὑπὸ τοῦ διασπειπομένου πνεύματος εἰς τὰς ἀντροειδεῖς κοιλότητας ἐμπίπτοντος σαλεύεσθαι.*

---

1 montis *antea omissum super versum addidit B* || seder& *B* || 2 inferiorum per caua *A* || 3 illuc *A* || terre B^1 || 5 aut] & *A* || solidata *A*

Digitized by Google

Physici dicunt, quo tempore hiemps hic, aestatem sub terris et uice uersa: ut Lucretius ostendit, putealem aquam aestate frigidissimam, hieme uero tepediorem. 160*

X

DE NATVRIS ANIMANTIVM

Leonum est fremere uel rugire. tigridum rancare. pardorum felire. pantherarum caurire. ursorum uncare uel sae- 161

160* Schol. Bern. georg. III 51: Pulsam hiemem] 'nunc secundum physicos dicit, qui dicunt ... tepediorem. hoc sentit *(immo* Suetonius*)* et Iunilius dicit.' Servius l. c.: 'secundum physicos, qui dicunt, quo tempore hic hiems est, aestatem esse sub terris et uersa uice, cum hic aestas, illic hiemem. quod etiam Lucretius exequitur et trahit in argumentum putealem aquam, quae aestate frigidissima est, hieme uero calidissima.' — Lucretius VI 840 sqq.

frigidior porro in puteis aestate fit umor,
rarescit quia terra calore, et semina si quae
forte uaporis habet proprii, dimittit in auras.
quo magis est igitur tellus effeta calore,
fit quoque frigidior qui in terrast abditus umor.
λύρας ap. Non. p. 81 Servius georg. III 82 Festus s. v. petilam p. 205 Gellius N. A. II 26 III 9. 61: 'In animantibus bigenera dicuntur, quae ex diuersis nascuntur: ut mulus ex equa et asino, burdo ex equo et asina, hibridae ex apris et porcis, tityrus ex oue et hirco, musimo ex capra et ariete, est autem dux gregis.' cf. Varro de re rustica II 8 Servius eclog. I 28 georg. III 446. Nonius s. v. musimones p. 137. 2. 'De bestiis.' 7 sqq.: 'Tigris uocata propter uolucrem fugam. ita enim nominant Persae et Medi sagittam. est enim bestia uariis distincta maculis, uirtute et uelocitate mirabilis, ex cuius nomine flumen Tigris appellatur, quod is rapidissimus sit omnium fluuiorum. has magis Hyrcania gignit. Panther dictus, siue quod omnium animalium amicus sit, excepto dracone, siue quia et sui generis societate gaudet et ad eandem similitudinem quidquid accipit reddit ... haec semel omnino parturit, cuius causae ratio manifesta est. nam cum in utero matris coaluere catuli maturisque ad nascendum uiribus pollent, odiunt temporum moras. itaque oneratum fetibus uulnam tamquam obstantem partui unguibus lacerant, effundit illa partum seu potius dimittit dolore cogente. ita postea corruptis et cicatricosis sedibus genitale semen infusum non haeret acceptum, sed irritum resilit ... pardus secundus post pantherem est, genus uarium et uelocissimum et praeceps ad sanguinem. saltu enim ad mortem ruit. leopardus ex adulterio leaenae et pardi nascitur, et tertiam originem efficit, sicut et Plinius in naturali historia dicit, leonem cum parda, aut pardum cum leaena concumbere, et ex utroque coitu degeneres partus creari, ut mulus et burdo.' 12 sq.: 'Rhinoceros a Graecis uocatus Latine interpretatur in nare cornu. idem et monoceros id est unicornis, ideo quod unum cornu in media fronte habeat pedum quattuor, ita acutum et ualidum, ut quidquid inpetierit, aut uentilet aut perforet. nam et cum elephante saepe certamen habet et in uentre uulneratum prosternit. tantae autem est fortitudinis, ut nulla uenantium uirtute capiatur, sed sicut asserunt, qui naturas animalium scripserunt, uirgo puella proponitur, quae uenienti sinum aperit, in quo ille omni ferocitate deposita caput ponit sicque soporatus uelut inermis capitur.' Cf. Montfauc. suppl. ant. III 1, 9, qui imaginem ex gemma puellae aperto sinu unicornem amplectentis exhibet, Solinus 52. 14 sqq.: 'Elephantem Graeci a magnitudine corporis uocatum putant, quod formam montis praeferat. graece enim mons λόφος. apud Indos autem a uoce barrus uocatur. unde et uox eius barritus dicitur et dentes ebur. rostrum autem proboscis dicitur, quoniam illa pabulum ori admouet et est angui similis, uallo munitus eburno. hos boues lucas dictos ab antiquis Romanis *(cf. Varro L. L. VII 39 sq. Plinius VIII 16)*: boues, quia nullum animal grandius uidebant, lucas, quia in Lucania illos primus Pyrrhus in praelio obiecit Romanis. nam hoc genus animantis in rebus bellicis aptum est. in eis enim Persae et Indi ligneis turribus collocatis tamquam de muro iaculis dimicant. intellectu autem et memoria multa uigent. gregatim incedunt, motu quo ualent salutant, murem fugiunt, auersi coeunt, quando autem parturiunt, in aquis uel insulis dimittunt foetus propter dracones, quia inimici sunt et ab eis implicati necantur. biennio autem portant fetus nec amplius quam semel gignunt nec plures sed tantum unum. uiuunt autem annos trecentos. apud solam Africam et Indiam elephanti prius nascebantur, nunc sola eos India gignit.' 29: 'Vulpes dicta quasi uolipes. est enim uolubilis pedibus.' cf. Varro L. L. V 101. 38 sqq.: 'Musio appellatus quod muribus infestus sit. hunc uulgus catum a captura uocat. alii dicunt quod catat id est uidet; nam tanto acute uidet, ut fulgore luminis noctis tenebras superet. unde a Graeco uenit catus id est ingeniosus ἀπὸ τοῦ κάεσθαι. furo a furuo dictus, unde et fur. tenebrosos enim et occultos cuniculos effodit et eiicit praedam quam inuenerit. melo, quod sit rotundissimo membro, uel quod fauos

Digitized by Google

petat et assidue mella captet.' 3. 'De minutis animantibus.' 4. 'De serpentibus.' 13: 'Dipsas genus aspidis, quae Latine situla dicitur, quia quem momorderit siti perit.' 22: 'Hydros aquatilis serpens a quo icti obturgescunt. cuius quidam morbum boam dicunt eo quod fimo bouis remedietur.' cf. Paulus Festi s. v. boua p. 30. 24: 'Chelydros serpens, qui et chersydros dicitur, quia et in aquis et in terris moratur. nam *χέρσον* dicunt Graeci terram, *ὕδωρ* aquam *ex Seruio georg. III 415.* hic per quam labitur terram fumare facit, quem sic Macer describit:

seu terga expirant spumantia uirus,
seu terrae fumant, qua teter labitur anguis.

25: 'Natrix serpens aquam ueneno inficiens. in quocumque enim fonte fuerit, cum ueneno immiscet.' 26: Cenchris serpens inflexuosus qui semper iter rectum efficit. ... nam si se torserit, dum currit, statim crepat.' 27: 'Parias serpens qui semper in cauda ambulat et sulcum facere uidetur.' 33: 'Salpuga serpens est quae non uidetur. caecula dicta propter quod parua sit et non habeat oculos. centupeda a multitudine pedum dicta.' 34 sqq.: 'Lacertus reptile genus est uocatus ita quod brachia habeat. genera lacertorum plura ut botrax salamandra saura stellio. botrax dicta quod ranae habeat faciem; nam Graeci ranam *βάτραχον* uocant. salamandra nocata, quod contra incendia ualeat, cuius inter omnia uenenata maxima uis est. cetera enim singulos feriunt; haec plurimos pariter interimit. nam si arbori irrepserit, omnia poma inficit ueneno, et eos qui ederint occidit, quin etiam si uel in puteum cadat, uis ueneni eius potantes interficit. ista contra incendia repugnans ignes sola animalium extinguit. uiuit enim in mediis flammis sine dolore et consumptione, et non solum quia non uritur sed extinguit incendium. saura lacertus, qui quando senescit, caecantur oculi eius, et intrat in foramen parietis aspicientis contra orientem et orto sole intendit et illuminatur. stellio de colore inditum nomen habet. est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. de quo Ouidius *(met. V 461)*:

aptumque colori
nomen habet, uariis stellata corpora guttis.'

cf. Festus p. 313: 'Stelionem *genus aiunt lacertae quod* stillet cibo *potius quam ut putant a*li a stellarum *similitudine*, *quia* uarium est.' 39 sqq.: 'Omnes autem serpentes natura sua frigidae sunt nec percutiunt, nisi quando calescunt: nam quando sunt frigidae, nullum tangunt. unde et uenena earum plus die quam nocte nocent. torpent enim noctis algore et merito, quia frigidae sunt nocturno rore. in se enim adducunt uaporem gelidae pestes et naturae frigidae. unde et hieme in nodos torpent, aestate soluuntur. inde est, quod dum quicumque serpentium ueneno percutitur, primum obstupescit: et postea, ubi in illo calefactum ipsum uirus exarserit, statim hominem extinguit.' 42: 'Omne autem uenenum frigidum est et ideo anima quae ignea est fugit uenenum frigidum. in naturalibus bonis, quae nobis et irrationalibus animantibus uidemus esse communia, uiuacitate quadam sensus serpens excellit.' 44: Nullum autem animal in tanta celeritate linguam mouet ut serpens, adeo ut triplicem linguam habere uideatur, cum una sit.' 45 sqq.: 'Vestigia serpentium talia sunt, ut cum pedibus carere uideantur, costis tamen et squammarum nisibus repant, quas a summo gutture usque ad imam aluum parili modo dispositas habent. squammis enim quasi unguibus, costis quasi cruribus innituntur. unde si in qualibet corporis parte ab aluo usque ad caput ictu aliquo collidatur, debilis reddita cursum habere non possit, quia ubicumque ictus ille inciderit, spinam soluit per quam costarum pedes et motus corporis agebantur. serpentes autem diu uiuere dicuntur, adeo ut deposita

Digitized by Google

uetere tunica senectutem deponere atque in iuuentam redire perhibeantur. tunicae serpentum exuuiae nuncupantur, eo quod iis quando senescunt sese exuunt, quibus exuti in iuuentam redeunt. dicuntur autem exuuiae et induuiae, quia exuuntur et induuntur.' 5. 'De uermibus.' 1: 'Vermis est animal, quod plerumque de carne uel de ligno uel de quacumque re terrena sine ullo concubitu gignitur, licet nonnumquam et de ouis nascantur ut scorpio. sunt autem uermes aut terrae aut aquae aut aeris aut carnium aut frondium aut lignorum aut uestimentorum.' 2: 'Aranea uermis aeris ab aeris nutrimento cognominata, quae exiguo corpore longa fila deducit: et telae semper intenta numquam desinit laborare, perpetuum sustinens in sua arte suspendium.' 3: 'Sanguisuga uermis aquatilis dicta quia sanguinem sugit. potantibus enim insidiatur, cumque illabitur faucibus uel ibi uspiam adhaerescit, sanguinem haurit: et cum nimio cruore maduerit, id euomit quod hausit, ut recentiorem denuo sugat.' 4: 'Scorpio ... animal armatum aculeo, et ex eo graece uocatum, quod cauda figat et arcuato uulnere uenena diffundat. proprium autem est scorpioni, quod manus palmam non feriat.' 5: 'Cantharida uermis terrenus, qui humano corpori statim ut fuerit applicatus sui adustione uesicas efficit plenas humore.' 6: 'Multipes uermis terrenus ex multitudine pedum uocatus, qui contactus in globum complicatur. nascitur sub petris ex humore et terra.' 7: 'Limax uermis limi dictus, quod in limo uel de limo nascatur, unde et sordidus semper et immundus habetur.' 8: 'Bombyx frondium uermis, ex cuius textura bombycinum conficitur. appellatur autem hoc nomine ab eo quod euacuetur, dum fila generat et aer solus in eo remanent.' 9: 'Eruca frondium uermis in oleribus uel pampino inuoluta, ab erodendo dicta, de qua meminit Plautus: Imitatus nequam bestiam et maleficam inuolutam in pampino *(cistell. IIII 6, 62)*. implicat se eadem nec aduolat ut locusta, ut huc illucque discurrens semipasta dimittat; sed permanet perituris frugibus et tardo lapsu pigrisque morsibus uniuersa consumit.' 10: 'Teredonas Graeci uocant lignorum uermes, quod terendo edant. hos nos termites dicimus.' 11: 'Tinea uestimentorum uermis, dicta quod teneat et eo usque insideat, quoad erodat. inde pertinax dicitur eo quod in eandem rem identidem urgeat.' 12 sqq.: 'Vermes carnium: hemicranius lumbricus ascaridae costi pediculi pulices lendes tarmus ricinus usia cimex. hemicranius uermis capitis uocatur. lumbricus uermis intestinorum dictus quasi lubricus, quia labitur uel quod in lumbis sit. ... pediculi uermes cutis a pedibus dicti. unde et pediculosi dicuntur, quibus pediculi in corpore efferuescunt. pulices uero uocati quod ex puluere magis nutriantur. ... tarmus uermis est lardi. ricinus uermis est canis uocatus eo quod haeret in auribus canum. *κύων* enim graece canis est. usia uermis est porci, appellata quia urit. nam ubi momorderit, adeo locus ardet, ut statim ibi uesicae fiant. cimex de similitudine cuiusdam herbae uocatus, cuius fetorem habet.' 18: 'Proprie autem uermis in carne putri nascitur tinea in uestimentis eruca in olere teredo in ligno tarmus in lardo.' 19: 'Vermis non ut serpens apertis passibus uel squammarum nisibus repit, quia non est illi spinae rigor, ut colubro, sed in directum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas, motum explicat, sicque agitatus perlabitur.' 6. 'De piscibus.' 4: 'Piscium uero postea paulatim cognitis generibus nomina instituta sunt aut ex similitudine terrestrium animalium, aut ex specie propria siue moribus seu colore uel figura aut sexu.' cf. Ambros. hex. V 2. 5: 'Ex similitudine terrestrium ut ranae leones et uituli et nigri merulae et paui diuerso colore, collo et dorso picti et turdi albouarii et cetera quae sibi iuxta species terrestrium animalium nomina uindicarunt. ex moribus terrestrium, ut canes in mari a terrenis canibus nuncupati, quod mordeant, et lupi, quod

improba ferocitate alios persequantur *(ex Ambros. l. c.)*. a colore ut umbrae, quia colore umbrae sunt, et auratae quia in capite auri colorem habent: et uarii a uarietate, quos uulgo tructas uocat. a figura ut orbis, quia rotundus est totusque in capite constat ut solea quod sit instar calciamentorum soleis. a sexu ut musculus quod sit balenae musculus: eius enim coitu concipere haec bellua perhibetur. hinc et musculi cochlearum, quorum lacte concipiunt ostreae.' 11: 'Delphines certum habent uocabulum, quod uoces hominum sequantur uel quod ad symphoniam gregatim conueniant. nihil in mari uelocius istis: nam plerumque salientes naues transuolant. quando autem praeludunt in fluctibus et undarum se molibus saltu praecipiti ferunt, tempestates significare uidentur: hi proprie simones nominantur. *cf. fragm. 152**. est et delphinum genus in Nilo dorso serrato, qui crocodilos tenera uentrium secantes interimunt.' 22: 'Pagrum, quem Graeci *φάγρον* ideo nuncupant, quod duros dentes habeat ita ut ostreis in mari alatur.' ubi Grialius adnotat: Gloss. *φάγρος ἰχθὺς* dentatus. 48 sqq.: 'Conchae et cochleae hac ex causa uocatae, quia deficiente luna cauantur id est euacuantur. omnium enim clausorum maris animalium atque concharum incremento lunae membra turgescunt defectu euacuantur *(cf. Ambrosius hex. IIII 7, 29)*. luna enim cum in augmento fuerit, auget humorem; cum uero in defectum uenerit, humores minuuntur: hoc enim physici dicunt. conchae autem primae positionis nomen, cochleae uero per diminutionem, quasi conchulae. concharum multa genera sunt, inter quas et margaritiferae, quae celoe dicuntur, in quarum carne pretiosus calculus solidatur. de quibus tradunt ii qui de animantium naturis scripserunt, quod nocturno tempore littora appetunt, et ex caelesti rore margaritum concipiunt, unde et celoe nominantur.' 58 sq.: 'Ex iis *(ranis)* quaedam aquaticae dicuntur, quaedam palustres, quaedam rubetae ob id quia in uepribus uiuunt grandiores cunctarum, aliae calamites uocantur, quoniam inter arundines fruticesque uiuunt, minimae omnium et uiridissimae, mutae et sine uoce sunt. agredulae ranae paruae in sicco uel agris morantes, unde et nuncupatae. negant quidam canes latrare, quibus in offa rana uiua fuerit data.' 60 sqq.: 'Spongia a fingere id est nitidare et extergere dicta. Afranius: Accedo ad te, ut tibi ceruicem fingam linteo, id est extergam. Cicero: Effingebatur spongiis sanguis, id est extergebatur *(cf. Servius Aen. VIII 634)*. animal autem esse docetur cruore inhaerente petris. unde et dum abscinditur, sanguinem remittit. nam alia sunt uiuentia in aquis et discurrunt ut pisces, aliae stant fixae ut ostreae echini spongiae. ex his alias mares dici, eo quod tenui sunt fistula spissioresque, alias feminas, quae maioribus fistulis sunt ac perpetuis, alias duriores, quos Graeci appellant *τραγους* et nos hircosas dicere possumus ob asperitatem sui. mollissimum genus earum penicilli uocantur, eo quod aptae sint ad oculorum tumores et ad extergendas lippitudines utiles. candidae spongiae cura fiunt; per aestatem enim ad solem sternuntur et sicut cera punica candorem bibunt.' 63: 'Animalium omnium in aquis uiuentium nomina CXLIIII Plinius ait, diuisa in generibus belluarum serpentium communium terrae et aquae, cancrorum concharum locustarum peloridum polyporum solearum lacertorum et lulliginum et his similia, ex quibus multa quodam naturae intellectu temporum suorum ordinem agnoscunt, quaedam uero in suis locis sine mutatione uagantur.' 64: 'In piscibus autem feminis aliae commixtione masculi concipiunt et pariunt catulos, aliae ponunt oua sine masculi commixtione suscepta, quae idem insequens sui seminis iactu perfundit, et quae hoc munere fuerint afflata, fiunt generabilia, quae uero perfusa non fuerint, sterilia perseuerant aut putrescunt.' 7. 'De auibus.' 19: 'Ferunt in Hyperboreis partibus praecinentibus citharoedis olores plurimos aduolare apteque admodum concinere. olores autem latinum nomen est: nam graece

cygni dicuntur. nautae uero sibi hunc bonam prognosim facere dicunt, sicut ait Aemilius:

cygnus in auspiciis semper laetissimus ales.
hunc optant nautae, quia se non mergit in undas.'

cf. Servius Aen. I 397. 35: 'Monedula quasi monetula, quae cum aurum inuenit aufert et occultat. Cicero pro Valerio Flacco *(31, 76)*: Non plus aurum tibi quam monedulae committendum.' 37: 'Luscinia auis inde nomen sumpsit, quodcantu suo significare solet diei surgentis exortum quasi lucinia. eadem et acredula, de qua Cicero in prognosticis:

et matutinos exercet acredula cantus.'

39: 'Bubo a sono uocis compositum nomen habet, auis feralis onusta quidem plumis sed graui semper detenta pigritie; in sepulcris die noctuque uersatur et semper commorans in cauernis; de qua Ouidius:

foedaque fit uolucris uenturi nuntia luctus
ignauus bubo, dirum mortalibus omen.

denique apud augures malum portendere fertur: nam cum in urbe uisa fuerit, solitudinem significari dicunt.' 44: 'Cornix annosa auis apud Latinos graeco nomine appellatur, quam aiunt augures hominum curas significationibus augere, insidiarum uias monstrare, futura praedicere ... huic inter multa auspicia tribuunt etiam pluuias portendere uocibus: unde est illud *(Verg. georg. I 388)*: Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce.' 47: 'Picus a Pico Saturni filio nomen sumpsit, eo quod ea in auspiciis utebatur. nam ferunt hanc auem quiddam habere diuinum, illo indicio quod in quacumque arbore nidificauerit, clauus uel quidquid aliud fixum fuerit diu haerere non possit, quin statim excidat, ubi ea insederit. iste est picus Martius; nam alia est pica.' 51: 'Anas ab assiduitate natandi aptum nomen accepit. ex quo genere quaedam germanae dicuntur, quod plus ceteris nutriant.' cf. Varro L. L. V 78. 60 sq.: 'Turtur de uoce uocatur, auis pudica et semper in montium iugis et in desertis solitudinibus commorans. tecta enim hominum et conuersationem fugit, et commoratur in siluis. quae etiam hieme deplumata in truncis arborum concauis habitare perhibetur. cuius e contrario columba hospitia humana diligit semper domorum blanda habitatrix. columbae dictae, quod earum colla ad singulas conuersiones colores mutent, aues mansuetae et in hominum multitudine conuersantes, ac sine felle, quas antiqui uenerias nuncupabant, eo quod nidos frequentent et osculo amorem concipiant.' 69: 'Merula antiquitus medula uocabatur, eo quod moduletur. alii merulam uocatam aiunt, quia sola uolat, quasi mera uolaus. haec cum in omnibus locis nigra sit, in Achaia candida est.' cf. Varro L. L. V 76 Paulus Festi s. v. merum p. 84 Quintil. I 6, 38. 75: 'Augures autem dicunt et in gestu et in motu et in uolatu et in uoce auium signa esse constituta. oscines aues uocant, quae ore cantuque auspicium faciunt, ut coruus cornix picus. alites, quae uolatu ostendere futura uidentur, quae si aduersae sunt, inebrae dicuntur, quod inhibeant id est uetent; si prosperae, praepetes, et ideo praepetes, quia omnes aues priora petunt uolantes. tertiam faciunt speciem auguriorum in auibus, quam communem uocant, ex utroque permixtam, id est cum aues ex ore et uolatu auguria faciunt; sed fidem non habet.' cf. Festus s. v. oscines p. 197 Paulus Festi s. v. inebrae p. 109 Festus s. v. praepetes p. 205. 245 Gellius N. A. VI 3 Servius Aen. III 246. 8. 'De minutis uolatilibus.' 16: 'Bibiones sunt qui in uino nascuntur, quos uulgo mustiones a musto appellant, unde et Afranius: Ad me cum spectas fabularique incipis, ex ore in oculos tuos bibiones inuolant.'

Digitized by Google

INCERTI PRATORVM LIBRI

LIBER DE GENERE VESTIVM

[περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδέας ἐσθημάτων καὶ ὑποδημάτων καὶ τῶν ἄλλων οἷς τις ἀμφιέννυται]

165 Suetonius in libro de genere uestium dicit tria esse genera TRABEARVM: unum dis sacratum, quod est tantum de purpura: aliud regum, quod est purpureum, habet tamen album aliquid: tertium augurale de purpura et cocco.

166 *Νουμᾶς ὁ καὶ Πομπήλιος δεξάμενος πρεσβευτὰς ἐκ τῆς χώρας τῶν λεγομένων Πελασγῶν φοροῦντας χλαμύδας ἐχού-*

165 Servius Aen. VII 612: Ipse Quirinali trabea] 'aut regali, aut qua usus est Romulus intellige; Horatius: Trabeati iure Quirini. Suetonius ... cocco. Quirinali ergo regali.' Cinctuque Gabino] Gabinus cinctus est toga sic in tergum reiecta ut una eius lacinia reuocata hominem cingat. hoc autem uestimenti genere ueteres Latini cum necdum arma haberent praecinctis togis bellabant, unde etiam milites in procinctu esse dicuntur. hoc rursus utebatur consul bella indicturus ideo cum Gabii Campaniae ciuitas sacris operaretur, bellum subito euenit. tunc ciues cincti togis suis ab aris ad bella profecti sunt et adepti uictoriam. propter quod omen tali habitu semper utebantur in bellis. unde hic ortus est mos.' Servius Aen. VII 188: succinctus trabea] 'toga est augurum de purpura et cocco.' Servius Aen. VII 190: 'Nam ancile et trabea communia sunt cum Diali uel Martiali sacerdotibus.' Servius Aen. XI 334: 'Romanorum enim imperatorum insigne fuit sella curulis et trabea. nam diadema ut aliarum gentium reges non habebant.' Isidorus origg. XVIII 24, 8: 'Trabea erat togae species ex purpura et cocco, qua operti Romanorum reges initio procedebant. hanc primum Romulus adinuenisse perhibetur ad discretionem regii habitus. trabea autem dicta, quod in maiori gloria hominem transbearet hoc est ultra et in posterum ampliori dignitate honoris beatum faceret.' cf. Schol. Pers. III 28.

166 Ioannes Malalas p. 33: *Νουμᾶς δὲ ὁ καὶ ... ἐσθῆτος, καθὼς ὁ σοφώτατος Τράγκυλλος Ῥωμαίων ἱστορικὸς ταῦτα συνεγράψατο.* Chronicon paschale I p. 217: *Οὗτος Νουμᾶς ὁ καὶ ... ἐσθῆτος,*

---

1 Sitonius *Daniel* || genera esse *Regin. 1674 Paris. 7929 Lipsiensis* || 2 est — tamen *om. Parisinus 7959 s. X* || 3 aliquid album mixtum purpure *Paris. 7959* || 4 cocco *Daniel, Reginensis 1495 s. XI* cocco mixtum *vulgo* || 5 *Νουμᾶς Suidas, Cedrenus Νουμμᾶς Malalas, Chron. pasch.* || *Πομπήλιος Chron. pasch. Πομπηιανός Malalas* || 6 *φοροῦντας Malalas, Cedrenus φορούντων Chron. pasch.*

Digitized by Google

σας ταβλία ῥούσεα, καθάπερ οἱ ἀπὸ τῆς τῶν Ἰσαύρων χώρας, καὶ τερφθεὶς τοῦ σχήματος, πρῶτος ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπενόησε χλαμύδας φορεῖσθαι, τὰς μὲν βασιλικὰς πορφυρᾶς ἐχούσας ταβλία χρυσᾶ, τὰς δὲ τῶν συγκλητικῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ἐν ἀξίαις καὶ στρατείαις χλαμύδας ἐχούσας σήμαντρον τῆς βασιλικῆς φορεσίας ταβλία πορφυρᾶ, δηλοῦντα ἀξίαν Ῥωμαϊκῆς πολιτείας καὶ ὑποταγήν, κελεύσας μηδένα συγχωρεῖσθαι εἰσελθεῖν εἰς τὸ παλάτιον πρὸς αὐτὸν δίχα τοῦ σχήματος τῆς αὐτῆς χλαμύδος· καὶ οὐ συνεχώρουν τινὰ εἰσελθεῖν οἱ φυλάττοντες τὸ παλάτιον, εἰ μὴ ἐφόρει χλαμύδα ἔχουσαν φιλοτιμίαν βασιλικῆς ἐσθῆτος.

LAENA amictus rotundus duplex, ut ait Iulius † Suauis. 167
Suetonius uero ait: toga duplex, qua infibulati flamines sacrificant. huius uestis inuentor Laenas appellatus est.

καθὼς ὁ σοφώτατος Σουετώνιος Στραγκύαλος (i. e. Τράγκυλλος) Ῥωμαίων ἱστοριόγραφος συνεγράψατο. Georgius Cedrenus I p. 31: Μετὰ δὲ Ῥέμον καὶ Ῥώμυλον Νουμᾶς βασίλευσας Ῥωμαίων καὶ δεξάμενος πρεσβευτὰς ... ἄνευ τοῦ σχήματος τῆς τοιαύτης χλαμύδος. cf. p. 260. Suidas s. v. χλαμύς: Νουμᾶς ὁ πρῶτος (μετὰ Ῥώμυλον interciderunt) Ῥωμαίων βασιλεὺς πρεσβείαν Ἰσαύρων δεξάμενος καὶ τὸ σχῆμα τῆς φορεσίας αὐτῶν καταμαθών, ἑαυτῶν λαβὼν ἐφεῦρε τῆς χλαμύδος στολήν, ἑνώσας τὴν βασίλειαν τῇ συγκλήτῳ, οὐκ ἔξωθεν ἐπιθεὶς ἀλλ' ἔσωθεν ἐμβαλὼν τὴν τῆς πορφύρας βαφήν, ὥστε ἐξ ἑκατέρου τούτων ἓν ἀποτελεσθῆναι σῶμα, καὶ ἐν τοῖς τῶν βουλευτῶν ὑποδήμασιν ἀποσημαίνεσθαι τὸ Ῥωμαϊκὸν κάππα.

167 Glossarium Vaticanum (Mai. class. auct. VII p. 566): 'Laena' e. q. s. Servius Aen. III 262: 'Laena genus uestis. est autem proprie toga duplex, amictus auguralis. alii amictum rotundum alii togam duplicem in qua flamines sacrificant infibulati. quidam tradunt bene filio Veneris habitum laenae datum, quia hunc sibi amictum genus Veneris uindicauit. unde Popilii Laenates propter hunc habitum, qui se de Veneris genere ortos uolebant. alii inuentorem huius uestis ab hac ipsa ueste Laenatem appellatum tradunt. quidam muliebrem uestem quasi amatori aptam uolunt. quidam pontificalem ritum hoc loco expositum putant. ueteri enim religione pontificum praecipie-

---

1 ῥούσεα *Malalas* ῥούσια *Cedrenus* ῥούσαια *Chron. pasch.* || τῆς τῶν Ἰσαύρων χώρας *Malalas* τῆς Ἰσαυρίας χώρας *Chron. pasch., Cedrenus* || 2 πρῶτος ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπενόησε *Malalas* ἐπενόησε πρῶτος ἐν τῇ Ῥώμῃ *Cedrenus* ἐπενόησεν πρῶτος ἐν Ῥώμῃ *Chron. pasch.* || 4 αὐτοῦ *om. Chron. pasch., Cedrenus* || καὶ τῶν *Malalas* καὶ τῶν ἄλλων τῶν *Chron. pasch.* καὶ τὰς τῶν *Cedrenus* || 5 ἐχούσας *om. Chron. pasch.* || 6 ἀξίαν δηλοῦντα *Chron. pasch.* || 7 ὑποταγὴν διαγωγήν *Cedrenus* || 8 αὐτοῦ παλάτιον *Chron. pasch., Cedrenus* || τῆς τοιαύτης χλαμύδος *Cedrenus, qui relicua omittit* || 9 τινί *Chron. pasch.* || 13 infibulati *scripsi:* inflabulati *Maius*

168 Suetonius tria genera PILEORVM dixit, quibus sacerdotes utuntur: APICEM TVTVLVM GALERVM. sed apicem pileum sutile circa medium uirga eminente, tutulum pileum lanatum metae figura, galerum pileum ex pelle hostiae caesae.

169* *Νουμᾶς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἐν τοῖς ὑποδήμασι Ῥω-*
μαίων τῶν πατρικίων τυποῦσθαι τὸ Ῥωμαϊκὸν κάππα, ὃ παρὰ
τοῖς Ἕλλησιν ἐστὶ ῥώ, οἳ διὰ τῶν κοινῶν ἐπιμελεῖσθαι πα-

batur inaugurato flamini uestem quae laena dicebatur a flaminica texi oportere, quam uestem cum cultro quae secespita appellabatur uti debere.' Varro L. L. V 133: 'Laena quod de lana multa; duarum etiam (*immo* enim) togarum instar ut antiquissimum mulierum ricinium sic hoc duplex uirorum.' — Paulus Festi s. v. p. 117: 'Laena uestimenti genus habitu duplicis. quidam appellatam existimant Tusce, quidam Graece, quam *χλανίδα* dicunt.' Paulus Festi s. v. infibulati p. 113: 'infibulati sacrificabant flamines propter usum aeris antiquissimum aeris fibulis.' — Nonius cap. XIIII 'De genere uestimentorum.' p. 541: 'Laena uestimentum militare, quod supra omnia uestimenta sumitur. Virg. Aen. IIII: Tyrioque ardebat murice laenae.'

168 Servius Aen. II 683: Fundere lumen apex] 'Suetonius ... caesae. apex proprie dicitur in summo flaminis pileo uirga lanata, hoc est, in cuius extremitate modica lana est: quod primum constat apud Albam Ascanius statuisse.' Isidorus origg. XVIIII 30, 5: 'Apex est pileum sutile quo sacerdotes gentiles utebantur, appellatus ab apiendo id est a ligando. nam uirgula quae in pileo erat conectebatur filo, quod fiebat ex lana hostiae. galerum pileum ex pelle caesae hostiae factum. pileum autem dictum a pelle hostiae unde fiebat.' — Varro L. L. VII 44: 'Tutulati dicti ii qui in sacris in capitibus habere solent ut metam: id tutulus appellatus ab eo quod matres familias crines conuolutos ad uerticem capitis quos habent uitta uelatos, dicebantur tutuli; siue ab eo quod id tuendi causa capilli fiebat, siue ab eo quod, altissimum in urbe quod est, arx tutissimum uocatur.' Paulus Festi p. 18: 'Apex qui est sacerdotum insigne dictus est ab eo quod comprehendere antiqui uinculo apere dicebant.' Festus p. 355: 'Tutulum uocari aiunt flaminicarum capitis ornamentum, quod fiat uitta purpurea innixa crinibus, et extructum in altitudinem. quidam pileum lanatum forma metali figuratum, quo flamines ac pontifices utantur, eodem nomine uocari. Ennius: Libaque fictores argaeos et tutulatos.'

169* Ioannes Antiochenus exc. Salmas. p. 392 Müller. frgm. hist. graec. p. 555. 33: *Νουμᾶς ὁ βασιλεύς* e. q. s. Suidas s. v. *χλαμύς*: *Νουμᾶς ὁ πρῶτος* ... (cf. adnotationem ad frg. 166) *καὶ ἐν τοῖς τῶν βουλευτῶν ὑποδήμασιν ἀποσημαίνεσθαι τὸ Ῥωμαϊκὸν κάππα* Isidorus origg. XVIIII 34, 4: 'Calceis reges utebantur et Caesares. forma eorum *. patricios calceos Romulus reperit quattuor corrigiarum assutaque luna. iis soli patricii utebantur. luna autem in eis non sideris

---

1 Suetonius — caesae *om. Casselanus* || Sytonius *Fuldensis Danielis (= Paris. 1750 s. X vel XI, secundum G. Thilonem)* || 2 tutullum *Fuld.* || galere *Fuld.* || apice *Fuld.* || pilleum *Fuld.* || 3 tutullum *Fuld.* || pilleum *Fuld.* || 4 figurae *Fuld.* || galere *Fuld.* || pilleum est *Fuld.*

Digitized by Google

τέρων ἔσχον ἐπωνυμίαν. ἐφόρουν οὖν οἱ πατρίκιοι τα καπάγια.

formam, sed notam centenarii numeri significabat, quod initio patricii senatores centum fuerint.'

SVPPLEMENTA LIBRI DE GENERE VESTIVM

Isidorus origg. XVIIII 'De nauibus aedificiis et uestibus.' 21. 'De ueste sacerdotali in lege.' 22. 'De nominibus uestium ceterarum.' 1 sqq.: 'Diuersitas uestimentorum tegmen tegumen indumentum uestimentum et reliqua. tegmen dictum eo quod tegat membra, sicut tegumen tecta quae tegunt corpora. indumentum, quod intus ad corpus induitur, quasi intumentum. uestimentum uero est, quod usque ad uestigium protenditur, quasi uestigimentum, ut est tunica talaris, sed et haec consuetudo sermonis auctorum confundit. discernitur autem uestitus a cultu, quoniam lautior intelligitur cultus. item cultus ab habitu; nam habitus ad naturam pertinet, cultus ad homines. pleraeque autem uestium aut a tempore quo maxime in usu sunt appellantur aut a locis ubi uel primum confectae uel maxime uenditantur, aut a genere coloris aut a nomine repertorum.' 6: 'Tunica uestis antiquissima appellata, quia in motu incedentis sonum facit. tonus enim sonus est.' 7 sqq.: 'Talaris tunica dicta eo quod ad talos usque descendat et ad pedes defluat, sicut pectoralis, quia apud antiquos breuis erat, ut tantum pectus operiret, licet nunc profusior sit. manuleata tunica id est manicata, eo quod habeat manicas quam *χειριδωτὸν* Graeci uocant. Dalmatica uestis primum in Dalmatia prouincia Graeciae texta est . . . candida cum clauis ex purpura. russata quam Graeci phoeniceam uocant nos coccineam reperta a Lacedaemoniis ad celandum coloris similitudine sanguinem, quoties quis in acie uulneraretur, ne contemplanti aduersario animus augesceret. hac sub consulibus Romani usi sunt milites, unde etiam russati uocabantur. solebat etiam pridie, quam dimicandum esset, ante principia proponi, quasi admonitio et indicium futurae pugnae. laculata est, quae lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos aut additos acu. hyacinthina uestis est aerio colore resplendens. molochinia quae maluarum stamine conficitur, quam alii molocinam alii maluellam uocant. bombycina est a bombyce uermiculo, qui longissima ex se fila generat, quorum textura bombycinum dicitur, conficiturque in insula Coo. apocalama. serica a serico dicta, uel quod eam Seres primi miserunt. holoserica tota serica: *ὅλον* enim totum. tramoserica stamine lineo: trama ex serico. holoporphyra tota ex purpura. byssina candida confecta ex quodam genere lini grossioris. sunt et qui genus quoddam lini byssum esse existiment. fibrina tramam de fibri lana habens. aprina. masticina. mena. linea quae ex solo lino fit. linostema uestis est ex lana linoque contexta. et dicta linostema, quia in stamine linum, in trama lanam habet. recta dicitur uestis, quam sursum uersum stantesque texunt. segmentata zonis quibusdam et quasi praecisamentis ornata. nam et particulas cuicumque materiae abscissas praesegmina uocant. leuidensis quod raro filo sit leuiterque densata. pauitensis contraria leuidensi, dicta quod grauiter pressa atque calcata sit. citrosa quasi concrispa ad similitudinem citri. Naeuius: Pulchramque ex auro uestemque citrosam. uelensis tunica est, quae affertur ex insulis. exotica uestis est peregrina de foris ueniens. . . . polymita multicoloris; polymitus enim textus multorum colorum est. acupicta uestis acu textilis uel acu ornata. eadem et Phrygia; huius enim artis periti Phrygii omnes dicuntur, siue quia in Phrygia inuenta est. unde

Digitized by Google

et artifices qui id faciunt Phrygiones dicuntur. Virgilius: Phrygiam chlamydem. trilicis a tribus liciis quia est simplex et biplex. ralla quae uulgo rasilis dicitur. interpola uestis illa uocatur, quae dum sit uetus ad nouam speciem recuratur. pannucia nuncupata, quod sit diuersis pannis obsita. colobium dictum, quia longum est et sine manicis. antiqui enim magis hoc utebantur.' 23. 'De uestibus quarundam gentium.' 1 sqq.: 'Quibusdam autem nationibus sua cuique propria uestis est, ut Parthis sarabara Gallis lenae Germanis rhenones Hispanis stringes Sardis mastrucae. sarabara sunt fluxa ac sinuosa uestimenta. . . . Publilius: Vt quid ergo in uentre tuo Parthi sarabara suspenderunt? apud quosdam autem sarabara quaedam capitum tegmina nuncupantur, qualia uidemus in capite magorum picta. lenae saga quadra et mollia sunt. de quibus Plautus: Laena cooperta est textrina Gallica. rhenones sunt uelamina humerorum et pectoris usque ad umbilicum atque intortis uillis adeo hispida, ut imbres respuant, quos uulgo reptos uocant eo quod longitudo uillerum quasi reptat, de quibus Sallustius: Germani intectum rhenonibus corpus tegunt. dicti autem rhenones a Rheno Germaniae flumine, ubi iis frequenter utuntur. mastruca uestis Sarda ex pelliculis ferarum, de qua Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit? mastruca autem dicta quasi monstruosa, eo quod qui ea induuntur quasi in ferarum habitum transformentur.' c. q. s. 24. 'De palliis uirorum.' 1: 'Pallium est, quo ministrantium scapulae conteguntur, ut dum ministrant expediti discurrant. Plautus: Si quid facturus es, appende in humeris pallium et pergat quantum ualet tuorum pedum pernicitas.' 9: 'Paludamentum erat insigne pallium imperatorum cocco purpuraque et auro distinctum. de quo Sallustius: Togam, inquit, paludamento mutauit.' 12: 'est autem uestis militaris *(sc. sagum)*, cuius usus gallicis primum expeditionibus coepit e praeda hostili. de qua est uox illa senatus:

togís depósitís Quirítes íte ad sága [conuersi fuerunt].

13: 'sagum autem nomen gallicum est.' 25. 'De palliis feminarum.' 1: 'Regillum est praelautum reginarum amiculum . . . peplum matronale pallium ex purpura signatum, cuius fimbriae aureis staminis summitate resplendent.' 3 sq.: 'Stola matronale operimentum, quod cooperto capite et scapula a dextro latere in laeuum humerum mittitur. stola autem Graece uocatur, quod supermittatur. eadem et ricinium latine nomine appellatum, eo quod dimidia eius pars retro eiicitur, quod uulgo mauortem dicunt. uocatam autem dicunt mauortem quasi martem. signum enim maritalis dignitatis et potestatis in eo est. caput enim mulieris uir est, inde et super caput mulieris est.' 26. 'De stratu et reliquis quae in usu habentur.' 5: 'Tapeta dicta quod pedibus primum sternerentur quasi tapedia. psila tapeta ex una parte uillosa . . . amphitapa ex utraque parte uillosa tapeta. Lucilius: Psilae atque amphitapae uillis ingentibus molles.' 27. 'De lanis.' 28. 'De coloribus uestium.' 29. 'De instrumentis uestium.' 30. 'De ornamentis.' 1 sqq.: 'Hactenus de ueste; dehinc ad ceterum cultum ueniamus. ornamenta dicta, quod eorum cultu ora multusque decorentur. primum ornamentum corona insigne uictoriae siue regii honoris signum: quae in capite regum ponitur, ad significandos circumfusos in orbe populos, quibus accinctus quasi caput suum (corona) coronatur. haec a Lucilio corolla ab Homero *στεφάνη* dicta est. huius principium a Libero quodam gentiles existimant, quod is in potando mota uino capita uincire fasciolis instituerit; idcirco olim linei et lanei generis corona fuit, sicut erat in sacerdotibus gentilium. nomen coronae hac ex causa nocatum, quod initio circum aras curreretur, atque ad imaginem circuitus uel chori est formata et nominata corona *(cf. Paulus Festi p. 37. 63)*. imperatores Romani et reges quidam gentium aureis coronis

Digitized by Google

utuntur. Persae tiaras gerunt, sed reges rectas satrapae incuruas. reperta autem tiara a Semiramide Assyriorum regina. quod genus ornamenti exinde usque hodie gens ipsa retinet. Athenienses autem cicadas aureas gerebant partim in uertice, nonnulli in fronte. non enim eadem sunt insignia omnium regnorum. gentilium uates infula apice pileo sine galero utebantur. infula est fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, a qua uittae ab utraque parte dependent, quae infulam uinciunt. unde et uittae dictae sunt quod uinciant. infula autem plerumque tortilis plerumque lata erat de albo et cocco.' 31. 'De ornamentis capitis feminarum.' 1 sqq.: 'Ornamenta capitis feminarum: diadema nimbus capitulum et mitra. diadema est ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis contextum, quod in se circumactis extremitatibus retro astringitur, et exinde dictum Graece, quod praeligetur. nimbus est fasciola transuersa ex auro assuta in linteo, quod est in fronte feminarum. Plautus: Quo magis eam aspicio, tam magis nimbata est. . . . capitulum est quod uulgo capitulare dicunt. idem et cappa, uel quod duos apices, ut cappa littera habeat, uel quia capitis ornamentum est. mitra est pileum Phrygium caput protegens *(cf. Seruius Aen. IIII 216)*. sed pileum uirorum est, mitrae autem feminarum. redimicula autem sunt quibus mitra alligatur. pileum autem ut praediximus a pelle erat. nam mitra ex lana est. ricula est mitra uirginalis capitis.' e. q. s. 32. 'De anulis.' 1 sqq.: 'Primus Prometheus fertur circulum ferreum incluso lapide digito circumdedisse. qua consuetudine homines usi anulos habere coeperunt. anuli autem per diminutionem dicti a circulis et anis, qui sunt circa brachia et circum crura. unde et signa eorum per diminutionem sigilla. . . . anulos primum homines gestare coeperunt quarto a pollice digito, quod eo uena quaedam usque ad cor pertingat, quam notandam ornandamque aliquo insigni ueteres putauerunt. apud Romanos anuli de publico dabantur et non sine discrimine. nam dignitate praecipuis uiris gemmati dabantur, ceteris solidi. anulum aureum neque seruus neque libertinus gestabat in publico: sed anulo aureo liberi utebantur libertini argenteo serui ferreo, licet et multi honestissimi anulo ferreo utebantur. apud ueteres ultra unum anulum uti infame habitum uiro. Gracchus in Maenium: Considerate Quirites sinistram eius, en cuius auctoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem ut mulier est ornatus. Crassus, qui apud Parthos periit, in senectute duos habuit anulos causam praeferens, quod pecunia ei immensa creuisset. multi etiam Romanorum pro grauitate anulum gestare in digito abstinuerunt. feminae non usae anulis, nisi quos uirgini sponsus miserat, neque amplius quam binos anulos aureos in digitis habere solebant. . . . inter genera anulorum sunt ungulus samothracius thynnius. ungulus est gemmatus uocatusque hoc nomine, quia sicut ungula carni, ita gemma anuli auro accingitur. samothracius aureus est quidem, sed capitulo ferreo, a locoita uocatus. thynnius purus est, primum in Bithynia fabricatus, quam olim Thynnam uocabant. † Flaccus:

lucentes mea uita nec smaragdos,
berillos mihi Flacce nec nitentes,
nec percandida margarita quaero,
nec quos thynnica lima perpoliuit
anellos, neque iaspios lapillos.'

33. 'De cingulis.' 3: 'Zona graecum est, quam illi *ζωνάριον* nos cingulum nuncupamus. strophium est cingulum aureum cum gemmis, de quo ait Cinna: Strophio lactanteis cincta papillas.' 4: 'Limus est cinctus, quem publici habebant serui.' 34. 'De calciamentis.'

Digitized by Google

LIBER DE VITIIS CORPORALIBVS

170 ARVINA pingue durum, quod est inter cutem et uiscus. alii aruinae nomine laridum dicunt.

171 HIRQVI oculorum anguli.

172 VLNA secundum alios utriusque manus extensio est secundum alios cubitus: quod magis uerum est, quia Graece ὠλένη dicitur cubitus, unde et λευκώλενος Ἥρη.

170 Seruius Aen. VII 627: 'Secundum Suetonium in libro de uitiis corporalibus aruina est pingue durum' e. q. s. Isidorus origg. XI 1 ('de homine et partibus eius'), 81: 'Aruina est pinguedo cuti adhaerens.' — Paulus Festi p. 20: 'Arbilla aruina, id est pinguedo corporis.' Placidus gloss. p. 428 Mai.: 'arbilla pinguedo.' Gloss. Labb. p. 201: 'aruina λίπος ἄνευ σαρκός, ὀξύγγιον.' p. 200: 'arbina ὀξύγγιον. — Hesychius: ἀρβίννη· κρέας, Σικελοί.

171 Seruius eclog. III 8: Transuersa tuentibus hircis] 'hircos i. e. capros libidinosa constat esse animalia. unde Horatius: Libidinosus immolabitur caper et agna tempestatibus. quod etiam Plinius Secundus dicit: Hirci si casu aliquo coeuntes uident, adeo indignantur, ut in eos paene impetum faciant. hinc est: Transuersa tuentibus hircis i. e. uestram turpitudinem indignantibus. alii hoc improbant et legunt hirquis. hirqui autem sunt oculorum anguli secundum Suetonium Tranquillum in uitiis corporalibus, ut sit sensus: Nouimus qui te corruperit hirquis transuersa tuentibus; et est hypallage pro: oculis in hirquos retortis, quam rem solet libido perficere. unde Iuuenalis: Oculosque in fine trementis. Persius: Patranti fractus ocello.' Isidorus origg. XII 1, 14: 'Hircus lasciuum animal et petulcum et feruens semper ad coitum: cuius oculi ad libidinem in transuersum aspiciunt, unde et nomen traxit. nam hirci sunt oculorum anguli secundum Suetonium. cuius natura adeo calidissima est, ut adamantem lapidem, quem nec ignis nec ferri ualet domare materia, solus huius cruor dissoluat. maiores hirci Cinyphii dicuntur a fluuio Cinyphe in Libya, ubi grandes nascuntur.'

172 Seruius georg. III 355: Septem assurgit in ulnas] 'crescit in septem ulnas. ulna autem ut diximus secundum alios' e. q. s. Seruius eclog. III 105: Tris pateat coeli spatium non amplius ulnas] 'ulna proprie est spatium, in quantum utraque extenditur manus. dicta ulna ἀπὸ τῶν ὠλενῶν i. e. a brachiis, unde et λευκώλενος Ἥρη dicitur. licet Suetonius ulnam (unum *Dantel*) cubitum uelit esse tantummodo.' Isidorus origg. XI 1, 64: 'Vlna secundum quosdam utriusque manus extensio est, secundum alios cubitus, quod magis uerum est, quia Graece ὦλενος cubitus dicitur.'

---

ceia

1 uiscus *Lips.* || 3 anguli oculorum *Regin. 1495* || 6 ὠλένη] ολκοc *Paris. 7959* olenos *Vat. 3317 s. XI* || et *scripsi:* est *libri* || λειχώλενος. h. p. h. *Paris. 7959* ακγκααεκοc hph. *Vat. 3317*

Digitized by Google

Inter natium * Graeci *ἱερὸν ὀστοῦν*, Suetonius Tranquil- 173
lus SPINAM SACRAM appellat.

Περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη

Παρὰ τοῖς παλαιοῖς ῥήτορσι ἀρχολίπαρος ὁ λιπαρῶν 174
ἵνα ἀρχῆς τύχῃ ἢ ὁ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενος. ὁ καὶ ἀρ-
χογλυπτάδης, ἤγουν ὡσπερεὶ γλύφων τὰς ἀρχάς. ὅτι δὲ
ἄρχος καὶ κρύφιόν τι σώματος μέρος ἐκλήθη παρὰ τοῖς ὕστε-
ρον, δῆλον ἐκ τῶν γραψάντων, ἀφ' οὗ καί τις χιλίαρχος
οὐκ ἀγλαφύρως ἐσκώφθη.

Τῶν τις παλαιῶν ἔθετο παραδείγματα βλασφημιῶν τῶν 175*
ἀπὸ ἀριθμοῦ, οἷον τρισεξώλης ὁ πάνυ ἑξώλης καὶ τριπέδων
ὁ πολλάκις πεδηθεὶς κακοῦργος δοῦλος, ὃς καὶ πέδων πέδω-
νος ἐν ἁπλότητι λέγεται, καὶ στίγων εἴτουν στιγματίας. φέ-

173 Fronto ad amicos I 17 ed. Rom. p. 288: 'Grauiter oculos dolui * * nullus dolor * * aut interis * * * aut internati oriebantur inter... appellat. ego me neque graecum neque latinum uocabulum ullius membri nosse mallem, dum istius doloris expers uitam degerem * * * .' Isidorus origg. XI 1, 95 sq.: 'Spina est iunctura dorsi, dicta eo quod habeat radiolos acutos, cuius iuncturae spondilia appellantur, propter partem cerebri, quae fertur per eos longo tractu ad ceteras corporis partes. sacra spina est ima perpetuae spinae, quam Graeci *ἱερὸν ὀστοῦν* uocant, quoniam primum infante concepto nascitur. ideoque ex hostia id primum a gentilibus diis suis dabatur, unde et sacra spina dicitur.' Hieronymus in Ecclesiast. 12 tom. III p. 490 Vall.: 'Florem amygdali, quem nos pro canis posuimus, quidam sacram spinam interpretantur, quod decrescentibus natium carnibus spina succrescat et floreat.' — Gloss. Labb.: 'Spina *ἄκανθα καὶ ἱερὸν ὀστοῦν, ἡ ῥαχίς. τρίβολος ἄκανθα.*'

174 Etymologicum Magnum s. v.: *Ἀρχολίπαρος, ὁ λιπαρῶν ἵνα ἀρχῆς τύχῃ· ἢ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενος. οὕτω Τραγκύλλων (immo Τράγκυλλος) περὶ βλασφήμων (immo βλασφημιῶν). οὕτω τ. π. β.* om. Vossianus. Eustathius ad Iliad. II 231: *Ἰστέον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ Ὁμηρικοῦ ἀρχοῦ ἢ ἐκ τοῦ ἄρχειν σύγκειται παρὰ τοῖς παλαιοῖς ῥήτορσι καὶ ἀρχολίπαρος ὁ λιπαρῶν, φασίν, ἵνα* e. q. s. Eustathius ad Odyss. II 4: *Ἰστέον δὲ ὅτι κατά τινα ὁμοιότητα τῶν ἐκ τρυφῆς λιπαρῶν ποδῶν λέγονται παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀρχολίπαροι οὐ μόνον οἱ λιπαροῦντες ἵνα ἄρξωσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ λιπαινόμενοι ἐκ τοῦ ἄρχειν.* Etymologicum Magnum: *Ἀρχογλυπτάδης, ὁ ὡσπερεὶ γλύπτων τὰς ἀρχάς.* — Papias s. v.: 'Podex secretior pars corporis.' — Hesychius s. v.: *ἀρχολίπαροι· οἱ λιπαροῦντες ἵνα ἄρξωσιν ἢ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενοι.*

175* Eustathius ad Iliad. VIII 488: *Ἰστέον δὲ ὡς ἐπεὶ τὰ τρία καὶ πολλά εἰσιν, εἰ καὶ μὴ ἀντιστρέφει ὁ λόγος, διὰ τοῦτο τὸ τρίλιστον καλῶς καὶ πολύλιστον λέγεται, ὡς ἐν Ὀδυσσείᾳ κεῖται. οὕτω δὲ καὶ*

1 inter natium * *scripsi:* inter natiuum *Maius* || ieron oston *Maius* || Seetonius *cod.*

Digitized by Google

ρει δὲ καὶ ἀπὸ χρήσεως τοῦ κωμικοῦ τό· παλίμβολος τρίπρατος καὶ πολλάκις ἀπημπολημένος. Σοφοκλῆς δὲ τρίδουλον τὸν ἐκ προγόνων δοῦλον ἔφη, Ἀνακρέων δὲ τρισκεκορημένον τὸν πολλάκις ἐκσεσαρωμένον, Ἀρχίλοχος δὲ τρισοιζυρὴν πόλιν ἔφη τὴν Θάσον, Ἱππῶναξ δὲ τὸν τρία ὑπερανα-
βὰς ἀριθμὸν ἑπτάδουλον ἔφη τινά.

176 VERBORVM DIFFERENTIAE

* * *

IRAM et IRACVNDIAM] ira ex causa nascitur, iracundia perpetuum uitium mentis [et peccatoris] est.

IVVENTAM IVVENTVTEM et IVVENTATEM] iuuentus est mul-

τὴν τριγλώχινα τοῦ Ποσειδῶνος τρίαιναν πολυγλώχινά τις λέγει ποιητής· καὶ τρισάθλιος δὲ τῷ αὐτῷ λόγῳ ὁ κατὰ πολὺ ἄθλιος· καὶ τρισμάκαρες δὲ Δαναοὶ οἱ λίαν μακάριοι. τοιαῦτα δὲ καὶ ἅπερ τῶν τις παλαιῶν ἔθετο παραδείγματα βλασφημιῶν e. q. s. cf. Eustathius Od. V 306.

176 Differentiae sermonum. edidit primus D'Orville e cod. Montepessulano H. 30. b (= *M*) in Miscell. observ. crit. nov. tom. VIIII Amstelaed. 1749. p. 977—998, deinde Rothius in editione Suetoni Teubneriana 1858 e descriptione codicis a Dübnero in Ritscheli usum facta. eadem et mihi praesto erat. initio earum haec leguntur: 'Incipivnt differentiae sermonum Remi Palemonis ex libro Suetonii.' secuntur differentiae primum alphabetico ordine non digestae, quas cur omiserim, in Quaestionibus exposui. differentiae autem ad litteras dispositae initio mutilatae a littera I incipiunt: Iram et iracundiam ... ab specie.' In ea quae sequitur adnotatione his notis usus sum: G = excerpta differentiarum e codice Bongarsiano ed. Dionysius Gothofredus auct. lat. ling. Genevae 1622 in fine p. 79 sqq. Arevalus in Isidoro tom. VII p. 426 sqq. appendice 23. paginas Gothofredi, numeros Arenali citavi. H = libellus de differentiis vocum. ed. Haud. Ienae 1848 (progr.) ex eodem illo codice Montepessulano. I = Isidori differentiarum lib. I. R = differentiae Suetonianis antepositae. F = Frontonis qui fertur liber de differentiis uocabulorum.

Iram et iracundiam] H. p. 16: 'Inter iram et iracundiam hoc interest, quod ira ex causa nascitur, iracundia perpetuum uitium est.' G p. 91 n. 25: 'Inter iram et iracundiam hoc interest, quod ira ad tempus, iracundia continetur in corde.' I 301: 'Inter iram et iracundiam. ira praesens est et ex causa nascitur; iracundia autem uitium naturale et perpetuum est. item iratus pro tempore concitatur, iracundus autem frequenter irascitur, et ad leuem sermonis auram quasi a uento folium commouetur.' Donatus heauton tim. IIII 6: 'ira de causa est, iracundia de uitio multum irascentis.' — F p. 358: 'Iratum et iracundum. iratus ex offensa est, iracundus natura.' — Cf. Cicero Tuscul. IIII 12, quem Nonius p. 444 exscripsit; Suetonius Claud. 38.

Iuuentam iuuentutem et iuuentatem] G p. 93 n. 49: 'iuuentus dicitur multitudo iuuenum, iuuenta unius aetas uel etiam dea iuuentutis.'

---

1 τοῦ κωμικοῦ] *Meinek. III p. 201. 626* || 2 Σοφοκλῆς] *Oed. T. 1063* || 3 Ἀνακρέων] *5 Bergk.* || 4 Ἀρχίλοχος] *128 Bergk.* | 5 Ἱππῶναξ] *75 Bergk.* || 9 et peccatoris *seclusi* et pectoris *Rothius*

Digitized by Google

titudo iuuenum, Iuuenta dea iuuenibus praesidens, iuuentas ipsa aetas.

IMMOLARE et MACTARE] immolari dicitur hostia, cum mola salsa in caput adiecta est; mactatum autem quasi magis auctum, id est ampliatum.

ITER et ITINER] iter quo quid agitur, itiner uia dicitur.

INITIVM et PRINCIPIVM hoc differt: principium totius operis cuiuscumque (unum est), quasi primum operis caput; initium frequentius intellegimus, et toties accipimus quoties

H p. 17: 'iuuentus multitudo iuuenum, iuuentas aetas: iuuentutem a iuuentatus.' Servius Aen. I 590: 'Iuuentus est multitudo iuuenum ut: Rebus spectata iuuentus. Iuuentas dea ipsa, sicut Libertas. Tullius: Iuuentate pocula ministrante. iuuenta uero aetas, unde: Et membra decora iuuentae. sed haec a poetis confunduntur plerumque.' Idem Aen. IIII 32: 'Iuuenta dea illius aetatis est, iuuentas aetas ipsa iuuenilis, iuuentus Iuuenum multitudo.' I 310: Iuuentus est iuuenum multitudo, iuuenta autem hominum est aetas, iuuentus uero decus iuuentutis. sed auctores in plerisque locis aliter posuerunt.' Caper de verbis dubiis p. 2249 P: 'Iuuentus multitudo, iuuenta dea, at iuuentas aetas.' Agroetius p. 2274 P: 'Iuuentus multi iuuenes dicuntur, iuuentas unius hominis est aetas, iuuenta dea ipsa ut Graeci dicunt aut poetae, Iunonis filia, uxor Herculis, a qua Iunium mensem appellatum in libris fastorum legimus.' Appendix ad Probi artem minorem p. 447 n. 53: 'Inter iuuentatem et iuuentutem hoc interest, quod iuuentatem deam iuuentae significet, iuuentam autem aetatem designet, iuuentutem uero multitudinem iuuenum esse demonstret.' — Nonius p. 433: 'Iuuentus et iuuenta et iuuenilitas differunt hoc: iuuentus iuuenes, iuuenta aetas ipsa, iuuenilitas quod ormen uel phathos uocant Greci. Virg. georg. lib. III: Et patiens operis paruoque adsueta iuuentus. Sallustius in Catilinae bello: Ibique iuuentutem suam exercuit. idem in Catilina: Scio fuisse nonnullos, qui ita existumarent, iuuentutem quae domum Catilinae frequentabant. Virg. georg. lib. III: Interea, superat gregibus cum laeta iuuentus, Solue mares. Varro Titone (*i. e.* Tithono) *περὶ γήρως*: Quam dereliquit multicupida iuuenilitas.'

Immolare et mactare] G p. 101 n. 181: 'Immolare dicitur, cum mola (moles salsa *Gothofr.*) in caput iniecta (adiecta *Gothofr.*) est, mactatum hoc factum, quasi magis auctum.' Servius Aen. IIII 57: Mactant] 'uerbum sacrorum, *κατ' ἐνφημισμὸν* dictum, quasi magis auctum, unde et magmentum dicebant, quasi maius augmentum. olim enim hostiae immolatae dicebantur mola salsa tactae: cum uero ictae et aliquid ex illis in aram datum mactatae dicebantur per laudationem, per boni ominis significationem, ut adolere. nam mactare est proprie magis augere.'

Iter et itiner] G p. 101 n. 185: 'Iter quo imus, itiner a uia dicitur.' — Caper de verbis dubiis p. 2249 P: 'Itiner in ratione, iter in consuetudine.'

Initium et principium] G p. 106 n. 251: 'Principium totius operis cuiuscumque unum est quasi primum operis caput; initium, quod frequentius intellegimus et toties accipimus, quoties aut persona mutatur,

1 dea *Rothius:* de ea *M* || 4 falsa *M* || 6 iter et itiner *Rothius:* inter et itener. *M* || quo quid *Rothius:* quod qui *M* || 8 unum est *addidit Rothius* || 9 toties *M*

Digitized by Google

persona aut res mutatur, quasi initus in alteram rem. et principium semel, initium saepius: principium ut 'arma uirumque cano', initium 'musa mihi causas memora'. inueniuntur tamen principia, quae natura sui carent et speciem initii habent, ut 'at regina graui iam dudum saucia cura' et 'sic fatur lacrimans classique immittit habenas.'

INVIVM DEVIVM AVIVM PERVIVM] inuium sine uia, auium flexuosum, deuium desertus locus, peruium per quod commeatur.

INNOCENS INNOXIVS] innocens est nemini nocens, innoxius culpa cuiuslibet criminis uacuus.

INDVCIAS FOEDVS et PACEM hoc interest, quod induciae numero dierum finiuntur, quod et sequestram pacem appellant ut 'pace sequestra Bis senos pepigere dies'; foedus in perpetuum aut in annorum certum numerum feritur; pax cum eo populo conponitur, qui imbecillior est altero praevalente, qui existimet tutius esse sibi descendere in conditiones pacis quam dubiam belli fortunam experiri.

quasi intus in alteram rem: et principium semel, initium saepius. principium: Arma uirumque cano. initium: Musa mihi causas memora. inueniuntur tamen principia, quae natura sui carent et specie initia habent ut: At regina graui iamdudum saucia cura. et: Sic fatur lacrymans, classique immittit habenas.' G p. 93 n. 58: 'Principium totius corporis est, initium quasi primum.' H p. 1: 'Principium totius corporis, initium rei.' Appendix ad Probi artem minorem p. 450 sq. n. 105: 'Inter principium et initium hoc interest, quod principium primam partem carminis significat, initium uero uniuscuiusque rei incidentis coeptum esse demonstrat.' I 289: 'Initium est rerum, a quo quid incipit, ut fundamenta domus, carina nauis; principium autem uerborum exordium est.' I 475: 'Principium prima pars, initium uniuscuiusque rei incipientis coeptum.'

Inuium deuium auium peruium] G p. 104 n. 221: 'Inuium est sine uia, secretum; deuium desertus locus; auium extra uiam; peruium per quod commeatur.'

Innocens inhoxius] G p. 80 n. 9: 'Innocens sanctitate morum intelligitur, innocuus qui non habet nocendi uoluntatem.' R p. 314: ('Innocentem et innocuum. innocens sanctitate morum) intellegitur, innocuus qui non habet uim nocendi.' I 293: 'Innocuus est cui non nocetur,

2 ut *M* || arma] *Verg. Aen. I 1* || 3 uiroque M^1 || musa] *Verg. Aen. I 8* || inuenitur *M* || 4 initiaque *M* || naturam *M* || '*fortasse* tamen principia *et* speciem initii' *Rothius:* tamen initia *et* speciem principii *M* || 5 at] *Verg. Aen. IIII 1* || 6 sic] *Verg. Aen. VI 1* || fatus *M* || immitet abaenę as *M* || 11 inducias *Rothius:* inducia *M* || inducie *M* || 12 numero *Rothius:* nomine nomero *M* || 13 pacem *M* || pace] *cf. Verg. Aen. XI 135* || sequestrabis *M* || pepigere *Rothius:* pepigessem *M* || 14 ut in *M* || feritur *scripsi:* fertur *M* || 15 imbecillior est *Rothius:* imbecilliorem *M* || 16 esset *M*

Digitized by Google

LANIAT LANCINAT LACERAT hoc differt, quod laniat lanius, cum membratim discerpit; lacerat qui partibus suis membra destituit; lancinat qui inutiliter membra discerpit.

LVSTRA PRODVCTE et LVSTRA CORREPTE hoc interest, quod lustra certa tempora sunt, lustra latibula ferarum uel turpium hominum receptacula.

LEGATVM et ORATOREM] legatus legitur ad officium a ciuitate; orator ad orandum missus, uti oris ratione exponat id quod petit.

LIBEROS et FILIOS] filii masculino genere ponuntur, liberi in utroque sexu; et quod filii in numero singulari uocari possunt, liberi non possunt — nemo enim dicit qui habet unum filium: 'unum liberum habeo' — item quod filii omnis

innoxius qui non nouit nocere.' — Seruius Aen. X 302: 'Innocuus est cui non nocetur, innoxius qui non nouit nocere; sed hoc poetae plerumque confundunt.' Nonius p. 444: 'Innocens et innocuum hoc distat, quod sit innocens non nocens, innocuum inlaesum. Virgilius lib. X: Et sedere carinae Omnes innocuae.'

Laniat lancinat lacerat] G p. 94 n. 76: 'Laniat, qui membratim distendit, lacerat qui partibus suis membra destituit, lancinat qui inutiliter membra decerpit.' H p. 20: 'Laniat cum membratim discerpit, lacerat qui partibus membra destituit, lanciat, qui mutilat membra discerpit.' R p. 313: 'Inter laniat lacerat lancinat et scindit] lacerat membra, unde etiam lacernae uestes, quod sunt extrema sui parte laceratae; laniat qui membra in proprias diuidit partes, inde lanius dicitur, etiam laniat capillos. quidam putauerunt, lanciat uestem quasi laniciat quod ab laniciis dicatur; alii laniciat quoad lanuginem, quod ex lana sit confectum.' — Paulus Festi p. 117: 'Lacerare diuidere comminuere est; ex quo dictus est lanius, qui discindendo lacerat pecora; lacinia quod pars uestimenti est; lacerna quod minus capitio sit; lacer quod auribus curtatis est et lacerum, quodcunque est in corpore imminutum.'

Lustra producte et lustra correpte] G p. 79 n. 4: 'Lustra sunt certa tempora, lustra latibula ferarum uel turpium hominum receptacula.' eadem H p. 8, nisi quod pro 'turpium' perperam 'turpia' praebet. — Paulus Festi p. 120: 'Lustra significant lacunas lutosas, quae sunt in siluis aprorum cubilia. a qua similitudine hi, qui in locis abditis et sordidis uentri et desidiae operam dant, dicuntur in lustris uitam agere. et quum eiusdem uocabuli prima syllaba producitur, significat nunc tempus quinquennale nunc populi lustrationem.'

Legatum et oratorem] G p. 93 n. 45: 'Legatus electus est ad officium a ciuitate et est sacrosanctus; orator ad orandum missus, ut oris ratione exponat quod petit.' H p. 16: 'Legatus electus est ad officium a ciuitate id est senatu; orator ad orandum missus, ut oris rationem in quo petit agnoscatur.'

Liberos et filios] G p. 101 n. 188: 'Filii masculino genere ponuntur,

---

2 membra decerpit *M* || 4 producte *M* || correptae *M* || 8 oratur *M* || ioris ratione *M* || 9 id *Handius l. supra c.:* in id *M* || 11 in numerum singularem *Rothius* || uocari *scripsi:* reuocari *M* || 13 fili *M* | oms conditiones *M*

Digitized by Google

conditionis intelleguntur, tam serui quam ingenui, liberi autem non dicuntur nisi qui ab ingenuis nascuntur.

LEGES et IVRA hoc differt, quod iura reperta sunt ab honesta consuetudine — unde etiam ius et iustitia pari ratione dicuntur ab unius cuiusque iure — leges, quod electae sint uel sententias artius ligent seu alligent.

LEGIONEM et DILECTVM] legio dicitur uirorum electio fortium uel certus militum numerus, id est V. DC; dilectos maxime diligimus, ut filios parentes [cognatos uel] fratres.

LVDIBRIVM et LVDICRVM] ludibrium in alterius iniuriam; ludicrum quo ipsi delectamur sine cuiusquam contumelia.

MI et MIHI hoc differt: mi pronomen est uocatiui casus et uenit a nominatiuo meus; mihi compositum pronomen datiui casus; et mi aliquando ponitur pro aduerbio adfatiuo ut 'uale mi frater carissime mihi.'

liberi in utroque sexu, et quod filii in utroque sexu uocari possunt; nemo enim dicit, qui habet filium: Vnum liberum habeo. item quod filii promiscue omnis conditionis intelliguntur, tam ingenui quam serui; liberi non dicuntur nisi ingenui.'

Leges et iura] G p. 104 n. 223: 'Iura reperta sunt ab honesta consuetudine, leges ex iis quae inter nos probanda facimus; et iura ab uniuscuiusque iustitia dicitur, leges quod legantur.' I 338: 'Ius dicitur lex scribitur. unde et Virgilius: Iura dabat legesque uiris. item leges humanae, iura diuina sunt. ideoque et iuramentum dicitur id est sacramentum in deo. hinc et Virgilius: Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura.' — Servius Aen. I 507: Iura dabat legesque] 'ius generale est, sed lex iuris est species. non est ergo iteratio: ius non ad scripta etiam pertinet: leges ad ius scriptum.'

Legionem et dilectum] G p. 104 n. 230: 'Legio dicitur ab eo quod legantur uiri fortes et utiles militiae; dilecta quae maxime diligimus ut filii uel cognatio patris.'

Ludibrium et ludicrum] G p. 105 n. 237: 'Ludibrium in alterius iniuria: ludicrum autem, quod ipso delectamur sine cuiusquam iniuria.'

Mi et mihi] G p. 91 n. 23: 'Mi pronomen est simplex, mihi compositum; uel mi uox adfectus et casum uocatiuum semper desiderat.' H p. 15: 'Mi pronomen simplex est, mihi compositum.' R p. 311: 'utrumque pronomen est, sed alterum inuocantis alterum poscentis; dicimus enim o mi pater, cum inuocamus, et dicimus da mihi cum poscimus.' Flavius Caper de orthographia p. 2242: 'Mihi datiuus est mi uocatiuus.' eadem I 370. Charisius p. 111: 'Mi et mihi pronomina sunt; sed mihi

3 iura *Rothius:* iuraque *M* || 4 iusticia *M* || 6 ligent *Rothius:* legent *M* || 7 *olim fuisse puto:* Delectum, legionem et dilectum] delectus dicitur uirorum electio fortium, legio certus militum numerus, id est VI. DC; dilectos maxime diligimus, ut filios parentes fratres. || 8 id est *Rothius:* idet *M* || VI. DC *coni. Rothius* || 9 maxime *M* || filio *M* || cognato *M* || cognatos uel *seclusi* || 10 ludricum *M* || 11 ludricum *M* || quo *Rothius:* quod *M* || contumeliam *M*

Digitized by Google

MISERATVS et MISERTVS] quod miserari calamitatis et fortunae alterius ** ut 'me liceat casum miserari insontis amici' et 'extincto miseratus *** agrestis'; misereri autem † opus si ipsius hominis est, ut 'Turne, in te suprema salus, miserere tuorum!'

METVM TIMOREM et PAVOREM] metus futura prospicit; timor subita mentis consternatio; pauor animi motus, unde etiam pauida iumenta dicuntur.

datiuus casus est, ut: Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? mi uocatiuus, ut o mi puer uel o mi senex; nam uenit a nominatiuo meus, nec aliud significat in masculino o mi quam in feminino o mea. denique in omnibus fere comoediis mi ad masculinum dicitur, ad femininum numquam. quod si interiectio esset, etiam diuerso sexui communis esset. dixerunt tamen mi pro mihi.'

Miseratus et misertus] G p. 92 n. 42: 'Miseremur cum eodem tempore et de alicuius casu dolet nobis et subuenimus laboranti; miserari est consolari tantum et intra affectum doloris esse.' H p. 13: 'Miseremur cum eodem tempore et dolet nobis de alicuius causa et subuenimus laboranti. miserari consolari tantum est intra affectum doloris.' I 350: 'Inter misericordiam et miserationem. bene uelle misericordiae est, bene facere miserationis. dicitur enim miseratio quasi misericordiae actio. nam misericordia affectus tantum cordis est quo compellimur ut miseris subueniamus. quapropter misericordia condolere misero nouit etsi non sit unde tribuatur; miseratio autem ex opere comprobatur.' — Paulus Festi p. 123: 'Miseratur is qui conqueritur aliena incommoda, miseretur is qui miserum subleuat.' Nonius p. 445: 'Miserari et misereri ceteri his sensibus esse noluerunt, ut sit miserari flere et lamentari, misereri miserationem alienis casibus exhibere; et actiuo ad primum affectum, passiuo ad secundum. Accius Eurysace: Ei mihi, ut etiam haec erumna haec mihi luctum addit luctibus! alia persona: Quid miserari id me Eurysacem tuam solitatem memoras, formidas tibi? te conmiserabam magis quam miserabar mei. et multis talia et aliquando uexata generibus.'

Metum timorem et pauorem] G p. 93 n. 52: 'Metus futura prospicit, timor subita mentis consternatio est, pauor autem motus. inde etiam pauida iumenta dicimus.' R p. 312: ' * *| * instans periculum efficit, quod aut uidet aut metuit; item metus est motus animi ex periculo certo; pauor est subita mentis consternatio quae facit trepidos saepe sine causa, ut puta in silua subitus auium motus facit pauidos, etiam equus dicitur pauidus qui tactu subito exhorrescit; formido rei nomen est quae aspectu oculorum terret animos, ut in circo positae bestiae terrent spectantes.' — F p. 353: 'Metus motus est animi, timor tumor, formido fert interdum rationem, pauor puerilis est.' cf. Cicero Tusculan. V 18, quem Nonius p. 444 exscripsit.

---

1 miseratur *M* || 2 alterius tantum affectum * ut Me liceat casum miserari insontis amici *Rothius:* alterius ut melice at casum miserari tantum affectum infontis amicitiâ *M* || me] *Verg. Aen. V 350* || 3 extincto miseratus agrestis] *'mutilati versus Verg. georg. I 466 et 41' Rothius* | 4 Turne] *Verg. Aen. XII 653* || 6 frustra *M*

Digitized by Google

MONSTRARE et DEMONSTRARE] monstramus semel, demonstramus saepius.

MATRONAM et MATREM FAMILIAS] matrona filios ampliat; mater familias quae patri familiae nupsit.

Mŏnstrare et demonstrare] G p. 89 n. 14: 'Monstramus semel demonstramus saepius.' eadem H p. 13.

Matronam et matrem familias] Paulus Festi p. 125: 'Materfamilias non ante dicebatur quam uir eius paterfamilias dictus esset; nec possunt hoc nomine plures in una familia praeter unam appellari. sed nec uidua hoc nomine nec quae sine filiis est appellari potest.' Gellius XVIII 6: 'Aelius Melissus in nostra memoria fuit Romae summi quidem loci inter grammaticos id temporis, sed maiore in literis erat iactantia et *σοφιστείᾳ* quam opera. is praeter alia quae scripsit complura librum composuit, ut tum uidebatur cum est editus doctrinae inclutae. ei libro titulus est ingentis cuiusdam inlecebrae ad legendum; scriptus quippe est: De loquendi proprietate. quis adeo existimet loqui se recte atque proprie posse, nisi illas Melissi proprietates perdidicerit? ex eo libro uerba haec sunt: Matrona est, quae semel peperit, quae saepius, mater familias; sicuti sus quae semel peperit porcetra, quae saepius scrofa. utrum autem hoc de matrona ac de matrefamilias Melissus excogitauerit ipse et coniectauerit, an scriptum ab alio quo legerit, ariolis profecto est opus. nam de porcetra habet sane auctorem Pomponium in Atellania quae hoc eodem uocabulo inscripta est; sed matronam non esse appellatam nisi quae semel peperit, neque matremfamilias, nisi quae saepius, nullius ueterum scriptorum auctoritatibus confirmari potest. enimuero illud impendio probabilius est, quod idonei uocum antiquarum enarratores tradiderunt, matronam dictam esse proprie, quae in matrimonio cum uiro conuenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi liberi nondum nati forent, dictamque ita esse a matris nomine, non adepto iam sed cum spe et omine mox adipiscendo, unde ipsum quoque matrimonium dicitur, matrem autem familias appellatam esse eam solam, quae in mariti manu mancipioque aut in eius, in cuius maritus, manu mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum sed in familiam quoque mariti et in sui heredis locum uenisset.' excripserunt Nonius p. 442 et I 375. Servius Aen. XI 476: Matronae] 'nunc feminae. quidam sane arbitrantur, inter matronam et matremfamilias hoc interesse, quod matrona dicatur prima pueri mater, materfamilias quae plures peperit. alii hoc putant rectius, matronam dici quae in matrimonium cum uiro conuenerit et in eo matrimonio manserit, etiam si liberi nondum fuerint: dictam matris nomine spe atque omine, unde et matrimonium dictum; matrem uero familias eam esse quae in mariti manu mancipioque, aut in eius, in cuius maritus, manu mancipioque esset, quoniam in familiam quoque mariti et sui heredis locum uenisset. alii matronas uirgines nobiles dicunt, matresfamilias uero illas quae in matrimonium per coemptionem conuenerunt. nam per quandam iuris solennitatem in familiam migrant mariti. inter matrem uero et matrem familias hoc interest, quod mater est, praeter illam significationem quae est ad aliquid, quae tantum conuenit in matrimonium, quod alii matrifamilias, sicut hoc loco dictum est, applicauerunt; materfamilias uero, quae conuenit ut iam diximus per coemptionem.' cf. Servius Aen. XI 581. Servium excripsit idem I l. c.

---

4 matri *M* || que *M*

Digitized by Google

MOENIA et MVROS] moenia publicorum sunt operum, muri aedificiorum priuatorum.

MERET et MERETVR] mereo meret quis mercedem uel poenam: mereor meretur autem qui ex alterius iudicio parem beneficiis gratiam expectat.

MERGOS et MERGAS hoc differt: mergi sunt aues marinae quae se in aquam mergunt; mergae sunt fustes deducti quibus metitur in aquis profundi quantitas.

NVLLVM et NEMINEM] nullus ad uniuersa potest referri, nemo ad hominem, uelut ne homo quidem.

NOCTV et NOCTE] noctu sic dicimus quomodo interdiu, et significat aliquam partem noctis, (ut interdiu) diei; nocte autem totam noctem intellegimus.

Moenia et † aedificia] G p. 102 n. 205: 'Inter moenia et aedificia hoc interest, quod moenia publicorum sunt operum aedificia priuatorum.'

Mer[illegible] et meretur] G p. 104 n. 232: 'Inter moeret et meretur hoc interest, quod qui moeret tristis est, meretur autem qui ex alterius iudicio parem beneficio gratiam expectat.' G p. 100 n. 171: 'Inter mereo et mereor hoc interest quod mereo pro merito seruitii, mereor pro opere mercedis; sic rumino ruminor et his similia.' I 365: 'Inter meretur et moeret. qui meretur dignus est aliquo beneficio, qui moeret tristis est.' Caper de verbis dubiis p. 2249: 'Mereor de te, mereo aera. F p. 350: 'Meret pretium, meretur gratiam. itaque illud uectigale, hoc honoratum est.'

Mergi et mergae] Caper de verbis dubiis p. 2249: 'Mergentes mersorum, mergi aues.'

Nullum et neminem] G p. 79 n. 2: 'Nullus potest ad aliquid referri, nemo ad hominem: et est nemo quasi nec homo.' H p. 8: 'Nullum quasi ad neminem referri hominem, nemo quasi nec homo.' R p. 312: 'Nemo ad personam pertinet praesentem, at nullus in utroque genere, id est nullus equus nullus homo.' I 387: 'Neminem ad hominem referimus, nullum ad omnia.' F p. 358: 'Nullus est tam in re quam in persona. nemo in persona dicitur, id est nemo homo.'

Noctu et nocte] G p. 91 n. 26: 'Noctu sic dicimus quomodo interdiu, et significat aliquam partem noctis, nocte autem totam noctem intelligimus.' H p. 16: 'Noctu aliqua pars noctis, quomodo interdiu significat aliquam diei partem; nocte autem totam noctem intelligimus.' Flavius Caper de orthographia p. 2242 P: 'Noctu temporis est aduerbium, nocte nomen est: noctu, dicimus, coenaui; hac nocte nihil breuius.'

---

1 muros *scripsi:* aedificia *M* || opera *M* || muri aedificiorum *scripsi:* aedificia *M* || 4 alterius *Rothius:* alterio *M* || 6 mergos *scripsi:* mergi *M* || mergas *scripsi:* mergae *M* || differunt *Rothius* || 7 diducti *susp. O. Iahnius* || 8 quantitas *Rothius:* quantitatis *M* || 10 homo *Rothius:* hominem *M* || 11 noctae *M* || 12 ut interdiu *addidit Bondamus*

Digitized by Google

NESCIRE et IGNORARE] qui nescit, omnium notitia caret; qui ignorat, aliquid nescit.

NATVM et GNATVM] natus participialiter dicitur a uerbo quod est nasci; gnatus a generatione filius dicitur.

NEFARIVM et NEFANDVM] nefarius in uerbis intellegitur, nefandus in opere.

NVTRIT et NVTRICAT] nutrit mulier, nutricat masculus.

NEQVIQVAM et NEQVAQVAM] nequiquam frustra, nequaquam nullo modo significat.

OLEAM et OLIVAM et (OLIVETVM et) OLIVVM] olea fructus est, oliua arbor, multitudo uero dicitur oliuetum, ut querquetum pinetum; oliuum liquorem appellant. uerum sine discrimine et oleam et oliuam pro fructu saepe multi posuerunt

Nescire et ignorare] G p. 92 n. 44 = H p. 16: 'Qui nescit omnium notitia caret, qui ignorat aliquid nescit.'

Natum et gnatum] G p. 93 n. 47: 'Natus particulariter a uerbo nasci, gnatus dicitur filius a generatione.' R p. 306: 'Gnatus est qui ex aliquo genere efficit aliquem parentem ipse nascendo, natus est in saltu equus, fructus, alicuius rei; ita alterum ad parentes pertinet et ad ius liberorum, alterum ad possessionis fructum.' F p. 355: 'Gnatus filius, natus pullus.'

Nefarium et nefandum] G p. 94 n. 73: 'Nefarius a praeteritis intelligitur, nefandus in opere.' H p. 19: 'Nefarius a praeteritis intelligitur, nefandum opere.' I 423: 'Profanum et nefandum et nefarium. nefarius ut Varro existimat non dignus farre; quo primo cibi genere uita hominum sustentabatur. nefandus id est nec nominandus quidem. profanus autem, cui sacris non licet interesse. de quo Sallustius: Sacra polluet profanus. profanus ergo porro id est longe a fano.' cf. Asconius Verr. I 2, 6.

Nutrit et nutricat] G p. 94 n. 74: 'Mulier nutrit, nutricat nutricius.' H p. 19: 'Nutrit mulier, nutricat nutricius.'

Nequiquam et nequaquam] G p. 101 n. 184: 'Nequidquam frustra, nequaquam non significat.'

Oleam et oliuam et oliuum] G p. 94 n. 71: 'Oliuas ipsum fructum dicimus, unde fit oleum. oleas arbores dicimus, unde fiunt oliueta.' H p. 19: 'Oleas ipsum fructum dicimus, unde fit oleum, oliuas arbores sunt, unde fiunt oliueta.' I 410: 'Inter oleam et oliuam auctores ita distinguunt, ut olea sit fructus, oliua arbor, quia multitudo dicitur oliuetum ut quercetum et pometum. enimuero sine discrimine poetae et

---

1 omniam noticiam *M* || 2 aliquis scit *M* || 3 participaliter *M* || 5 nefarius *M* || uebis *M* || 8 nequique *M* || 10 oliua *M* || oliuetum et *add di* || oliuum *Rothius:* olium *M* || olea *Rothius:* et uola *M* || 11 oliuetum ut querquetum, pruetum; unde oliuum liquorem appellant *Rothius:* oliuetum unde oliuum liquorem appellant ut querq;tū pynetum *M* || 12 pinetum *scripsi* || unde *eicci* || 13 fructus *M*

Digitized by Google

nec refugerunt quominus utramque rem utroque nomine dixerint.

OVARE et TRIVMPHARE hoc differt, quod triumphans quadrigis uehitur et coronatus laurea corona subsequitur pompam; qui autem ouat, aut † super equum tripudiat aut mirtea corona cinctus pompam praecedit.

OMNES CVNCTOS et VNIVERSOS] omnes quorum mentio est; cuncti qui ubique sunt; universi tamquam in unum uersi.

ORARE (ROGARE) et PRECARI] orare dicitur quem oris ratio ducit, et qui orat etiam precatur ut 'exorat pacem'; at qui rogat non utique orat, sed deprecatur, quod etiam imperiti ad deprecandum descendunt.

OMNE et TOTVM] omne uniuersitatem significat, totum soliditatem.

oleam et oliuam pro fructu saepe posuerunt. sed consuetudo obtinuit oliuam fructum dicere, nec uetat, quominus et arboris et fructus idem nomen sit.' Servius georg. II 63: 'sane olea est arbor ipsa, unde deriuatio est oleum; oliua uero fructus ipse unde oliuum dicitur. legimus tamen oliuam et de arbore, ut: Incumbens tereti Damon sic coepit oliuae.' Flavius Caper de orthographia p. 2242 P: 'Olea arbor est, olina fetus, oleum liquor.'

Omnes cunctos et uniuersos] G p. 93 n. 53: 'Omnes quorum mentio est, cuncti qui ubique sunt, uniuersi qui in uno loco uersi.' F. p. 358: 'Omnes nullum excipit, ut omnes homines, ita et res. cuncti itaque in personarum numero nominantur, prisco dicti uerbo. uniuersi in unam sententiam conuersi dicendi quid siue faciendi.'

Orare * et precari] G p. 92 n. 43: 'Orare dicitur quoniam oris ratio dicitur, et qui orat etiam precatur, qui rogat deprecatur; non utique qui precatur orat, quia etiam imperiti ad preces descendunt.' H p. 16: 'Orare oris ratio est et qui orat etiam precatur: at qui rogat deprecatur, et qui orat, etiam imperiti ad preces descendunt.'

Omne et totum] G p. 103 n. 206: 'Omne numerositate constat, totum ad partes dicitur.' I 402: 'Omne ad multitudinem et ad numerum pertinet: ad numerum ut omnes homines, ad multitudinem ut omnis familia omnis exercitus omne pecus dicimus. totum uero ad magnitudinem pertinet, ut totum corpus tota terra totum coelum. ergo totus homo si ad corpus referamus, omnis homo, si de uniuersis. proinde omne in diuersis partibus ponitur, totum autem sine partibus debet esse.' — Servius Aen. I 185: 'Inter totum et omne hoc interest, quod totum dicimus unius corporis plenitudinem, omne de uniuersis dicimus, ut puta: Totum auditorium habet scholasticos, hoc est: plenum est auditorium scholasticis;

---

1 refugerunt *scripsi:* refugit *M* || 5 ouata ⁓ *M* || aequum *M* || 6 praecedet *M* || 9 rogare *addidi* || quem *scripsi:* quam *M* quoniam *Rothius* || 10 qui orat *Rothius:* quo rat *M* || ut *Rothius:* aut *M* || 13 omnem *M*

Digitized by Google

OSTENTVM MONSTRVM et PRODIGIVM] ostentum sine corpore solido nobis se ostendit et oculis et auribus obicitur, ut interdiu tenebrae, nocte lux; prodigium quod solidis corporibus conspicitur, ut in caelo cometae stella aut fax; monstrum quod contra naturam (est aut naturam) cognitam egreditur, (ut) serpens cum pedibus, auis cum IIII alis.

omne auditorium habet scholasticos, i. e. omnia auditoria. usurpant tamen poetae et ista confundunt, ut hoc loco tota pro omnibus posuit, et contra pro toto omnem posuit, ut est: Omnemque reuerti per Troiam. Statius: Et totos in poenam ordire nepotes, i. e. omnes.' Nonius p. 445 sq.: 'Omne atque totum uolunt quidam esse seiunctum, ut ab omni plus esse totum putent, cum indiscretis inter frequenter positum legerimus, et utrumque cum significantia uniuersitatis. Lucretius lib. I: Totum uideo per inane geri res. Virg. in bucolicis: Omnia uincit amor. et idem georg. lib. III: Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque, et genus aequoreum, pecudes pictaeque uolucres, in furias ignemque ruunt, amor omnibus idem. idem Aen. lib. VI: Totamque infusa per artus Mens agitat molem et magno se corpore miscet. quid quod totum, quod plus putatur, non pro cuncto alicubi accipi potest? Virg. georg. lib. III: Totasque Aduoluere focis ulmos ignique dedere; ut sit totas integras non omnes, quae in mundo sunt, ulmos.'

Ostentum monstrum et prodigium] G p. 103 n. 214: 'Ostentum sine corpore solidum nouum se ostendit et oculis et auribus; prodigium uero quod solidis corporibus prospicitur, ut in caelo cometes aut stella et in nocte lux, interdiu tenebrae; monstrum uero contra naturam cognitum egreditur, ut serpens cum pedibus aut cum quattuor alis.' I 459: 'Inter portentum et ostentum. portentum nascitur et in sua permanet qualitate, ostentum uero subito offertur oculis et subducitur. sic portentum dicitur a portendendo id est porro ostendendo, sicut et prodigium, quod porro dicat, id est futura de longe praedicat. monstrum sane a monitu uel monstrando dictum, quod aliquid significando demonstret et statim. quinque sunt autem genera prodigiorum ut Varro dicit, id est: portentum ostentum prodigium miraculum et monstrum.' I 457: 'Inter portentum et monstrum. portentum est quod ex formis diuersis proponitur, monstrum, quod extra naturam nascitur, uel nimis grande uel nimis breue.' Appendix ad Probi artem minorem p. 447 n. 48: 'Inter ostentum et monstrum et prodigium et portentum hoc interest, quod ostentum et monstrum praesentia ostentent, prodigium autem et portentum futura significent.' — F p. 348: 'Ostentum quod praeter consuetudinem offertur, ut puta si uideatur terra ardere uel caelum uel mare. portentum quod porro et diutius manet, futuramque postmodum aliquid significat. monstrum est contra naturam, ut est Minotaurus. prodigium, quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur. itaque qui prodigia faciunt prodigi uocantur. in ostento raritas admirationem facit. in monstro rectus ordo naturae uincitur. in portento differtur euentus.

---

2 oculi *M* || 3 interdiu tenebrae, nocte *Rothius:* interdum tenebrae, nox *M* || 4 conspicitur ut in caelo *Rothius:* in caelo conspicitur ut *M* || cometae *scripsi:* comeete *M* cometes *Rothius* || 5 contra naturam est aut naturam cognitam *scripsi:* contra naturam cognitu *M* [contra] naturam cognitam *Rothius. idem:* '*fortasse* modum naturae cognitae' contra naturam cognitam esse creditur *O. Iahnius* || 6 ut *addidit Rothius* || auis *Rothius:* aut *M*

Digitized by Google

PROPERARE et FESTINARE] properat qui unum quodque mature transigit; festinat qui simul multa incipit nec perficit.

in prodigio detrimentum significatur.' Nonius p. 429 sq.: 'Monstra et ostenta similiter intelleguntur, quod inminentia monstrent et ostendant. omen uero uotum est mentis et uocis; unde sacrificantibus dicitur: Bona omina habete, id est ut circumstantes et mente recta uelint et bona oribus proferant. portentum non solum quod portendat, sed quod etiam adportet et faciat ex his significationibus quae in auspiciis auguriis extispiciis ostenduntur. prodigium autem semper pessimum est, dictum quasi porro adigendum. Virgilius lib. III: Sola nouum dictuque nefas Harpyia Celaeno Prodigium canit et tristes denuntiat iras.' Nonius p. 435 sq.: 'Monstra et prodigia et portenta hoc distant, quod sunt monstra ostenta et monita deorum. Virgilius lib. III: Primumque parentem Monstra deum refero. prodigia deorum minae uel irae. Virg. Aen. lib. III: Sola nouum dictuque nefas Harpyia Celeno Prodigium canit. et lib. VI: Prodigiis acti caelestibus ossa piabunt. portenta ostenta, quae aliquid inminere significant. Lucilius lib. XXVI: Nisi portenta anguisque uolucres ac pinnatos scribitis.' Festus p. 138: 'Monstrum ut Aelius Stilo interpretatur a monendo dictum est uelut monestrum. item Sinnius Capito quod monstret futurum et moneat uoluntatem deorum. quod etiam prodigium uelut praedictum † et quasi praedictum, quod praedicat eadem, et portentum, quod portendat et significet. inde dici apparet id quartum, quod mihi uisum est adiciendum, praesertim cum ex eadem significatione pendeat et in promptu sit omnibus, id est ostentum, quod item ab ostendendo dictum est apud auctores.' Paulus Festi p. 140: 'Monstrum dictum uelut monestrum, quod moneat aliquid futurum, prodigium uelut praedicium, quod praedicat, portentum quod portendat, ostentum quod ostendat.'

Properare et festinare] Gellius XVI 14: 'Festinare et properare idem significare atque in eandem rem dici uidentur. sed M. Cato id differre existimat eaque hoc modo diuisa — uerba sunt ipsius ex oratione quam de suis uirtutibus habuit —: Aliud est properare aliud festinare; qui unum quid mature transigit is properat, qui multa incipit neque perficit is festinat. Verrius Flaccus rationem dicere uolens differentiae huius: Festinat, inquit, a fando dicitur, quoniam isti ignauiores, qui nihil perficere possunt, plus uerborum quam operae habent. sed id nimis coactum atque absurdum uidetur neque tanti esse momenti potest prima in utroque uerbo litera, ut propter eam unam tam diuersa uerba festinare et fari eadem uideri debeant. commodius autem propiusque uisum est, festinare esse quasi fessum esse. nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is iam non properat set festinat.' Nonius p. 441: 'Festinare et properare ueteres uoluerunt habere distantiam. Cato oratione quam de suis uirtutibus scribsit: Aliud est properare aliud festinare: qui unum quid mature transigit is properat, qui multa simul incipit neque perficit festinat. uerum utrorumque uerborum ratio sub hac significantia proxuma est ueritati, ut sit saepe animi properare studiose ad res aliquas contendentis, festinare corpore necessitatibus obsequendi. Virg. lib. IIII: Et mediis properas aquilonibus ire per altum. idem Aen. lib. II: Festinate uiri. nam quae tam sera moratur Segnities?' I 440: 'Marcus Cato sic distinguit dicens: Qui unumquodque mature transigit is properat; qui multa simul incipit neque perficit is festinat: ego unumquodque quod adortus eram transigebam.' — Festus p. 234: '* * * apud Catonem in ea quae est contra Thermum de suis uirtutibus: Aliud est properare aliud festinare; qui

2 transsigit *M*

Digitized by Google

POLLICERI et PROMITTERE] promittimus rogati, pollicemur ultro.

PECVDES et PECORA] pecudes oues tantum accipimus, pecora autem mixtura omnium animalium est.

PALAM et CORAM] palam omnium praesentiam notat, coram personam accipere desiderat.

PATRIVM et PATERNVM] patrium a patria uenit, paternum a patre.

POMARIA et POMETA] pomaria uasa dicimus, sicut olearia; pometa sicut oliueta et ficeta, maleta.

PRIOR VENIT et ANTE VENIT] prior ad dignitatem, ante ad tempus refertur.

unum quodque mature transigit is properat, qui multa simul incipit neque perficit, is festinat.' Paulus Festi p. 235: 'Properare aliud est aliud festinare; qui unum quid mature transigit is properat, qui multa simul incipit neque perficit is festinat.' — F p. 355: 'Qui properat apparet non esse fessum: qui festinat uidetur esse defatigatus.' cf. Gellius l. c.

Polliceri et promittere] G p. 79 n. 1 = H p. 8: 'Promittimus rogati pollicemur ultro.' I p. 439: 'Polliceri dicimur quod sponte promittimus nec rogati, promittere quod petitur. ergo promittimus rogati, pollicemur ultro. item pollicemur scriptura promittimus uerbo.' — Servius Aen. I 237: 'Pollicemur sponte rogati promittimus.'

Pecudes et pecora] G p. 80 n. 13 = H p. 13: 'Pecudes tantum oues accipimus, pecora autem mixtura omnium animalium est.'

Palam et coram] G p. 80 n. 16: 'Palam hominum praesentiam notat, coram personam accipere desiderat.' H p. 14: 'Palam hominum praesentium notat, coram personam desiderat.' — Flavius Caper de orthographia p. 2242 P: 'Coram illo dicendum est non palam illo: nam palam ad multos refertur, palam factum de multis habet significationem, etiam si hoc ueteres uariauerunt.'

Patrium et paternum] G p. 94 n. 64 = H p. 18: 'Patrium a patria uenit, paternum a patre.' I 453: 'Paternum est quod patris fuit ut fundus paternus; patrius dicitur patri similis, ut patrius amor.' — Flavius Caper de orthographia p. 2243 P: 'A patria patrium dices, a patre paternum.'

Pomaria et pometa] G p. 94 n. 65 = H p. 18: 'Pomaria uaga dicimus sicut olearia et ficaria, pometa quasi maleta ficeta oliueta.' G p. 99 n. 158: 'Pometa ubi poma nascuntur, pomaria in quo seruantur.' R p. 307: 'Pometum est ubi poma nascuntur, pomarium ubi poma reponuntur, item pomerium locus circa muros est sacer dictus.' I 465: 'Pomarium est ubi poma ponuntur, pometum ubi poma nascuntur, pomerium ubi poma inueniuntur (*al.* ipse locus arborum). — Charisius p. 109: 'Pometa dicuntur ubi poma nascuntur ut oliueta, pomaria autem ubi seruantur ut penaria.'

Prior uenit et ante uenit] G p. 94 n. 67: 'Prior ad dignitatem, ante ad tempus refertur.' H p. 18: 'Prior a dignitate, antea tempus.'

---

c

3 pecuder *M* || pecora *M* || 4 peccora *M* || 5 praesentium nota *M* || 9 pomarici *M* || vasa *Handius:* bacha *M* || 10 maleta *Rothius:* amaleta *M*

Digitized by Google

PRIMVM et PRIOREM] prior alterum praecedit, primus omnes.

PROPRIVS et PROPIVS] proprius domini, propius est loci.

PARET et APPARET] paret imperio, apparet uidentibus.

PVTAT EXISTIMAT OPINATVR ARBITRATVR et SVSPICATVR id differt: putat qui dubitat, existimat qui ea quae acta sunt perpendit, opinatur qui opinioni aut suae aut alterius credit, arbitratur qui dubiae rei (finem inponit, suspicatur qui latentis rei) prospicit formam.

PROHIBERE et INHIBERE] prohibere est porro habere, inhibere nautae in usu habent; et quod prohibemus iure, inhibemus imperio.

PLENITVDINEM et PLENITATEM] plenitudo corporum est, plenitas rerum; ita plenitudinem obesorum corporum, plenitatem quarumlibet dicimus rerum.

PRECARI et DEPRECARI] precamur deos, deprecamur homines.

Primum et priorem] G p. 102 n. 87: 'Primus e multis, prior ex duobus. sic inter postremum et posteriorem obseruabis.' I 441: 'primus e multis, prior e duobus, primarius a dignitate.' — Flavius Caper de orthographia p. 2244 P: 'Primus de multis, prior de duobus dicitur.' Agroetius de orthographia et proprietate et differentia sermonis p. 2265 sq. P: 'Primus e multis et prior ex duobus: ita postremus de multis, posterior e duobus.'

Proprius et propius] G p. 101 n. 186: 'Proprium dominii est, propius autem loci.' I 454: 'Proprius est nomen, propius uero iuxta me.'

Paret et apparet] G p. 103 n. 210: 'Paret imperio, apparet uidentibus.' cf. Agroetius p. 2267 P: 'Apparet qui uidetur, adparet qui obsequitur: non regulae ratione sed discernendi intellectus gratia est.'

Putat existimat opinatur arbitratur et suspicatur] G p. 103 n. 212: 'Putat qui dubitat, aestimat qui existimaturo quae acta sunt dicit, opinatur qui opinioni aut suae aut alterius credit, arbitratur qui dubiae rei finem imponit, suspicatur qui latentis rei prospicit formam.' — F p. 348: 'Qui putant, omni genere errant; qui suspicantur, aliquo modo praeuident.'

Prohibere et inhibere] G p. 103 n. 213: 'Prohibere est iure non habere, inhibere ui dicitur. et quod inhibemus iure prohibemus imperio.'

Plenitudinem et plenitatem] G p. 104 n. 233: 'Plenitudo corporis est, plenitas rei: ita plenitudinem obesorum hominum, plenitatem uariae rei cuiuslibet dicimus.'

Precari et deprecari] G p. 105 n. 234: 'Precâmur Deum, deprecâmur homines.'

---

3 domini *Rothius:* dominus *M* || proprius *M* || loci *Rothius:* locus *M* || 5 oppinatur *M* || spicatur *M* || 7 perpendet *M* || 8 dubiae rei prospicit forāmā; spicatur *M: emendavit Rothius G l. c. duce* || 10 prohiberet et *M* || habere *Rothius:* iubere *M* || 14 oboesorem *M* || 16 depcari *M* || pcamus *M* || deos *scripsi:* dñs *M*

Digitized by Google

REGIVM et REGALEM] regius puer est regis, regalis rex qui regit regnum.

RELICTVM (et) DESERTVM hoc differt, quod relinquimur sponte, deserimur inuiti.

RELIQVOS et CETEROS] reliquos dicimus relictos ex omnibus, ceteros quos excipimus.

RECIDIVVM et REDIVIVVM] recidiuum quod renascitur semel in anno, rediuiuum quod saepe reuiuescit.

ROGVM et PYRAM] pyra (paratur) sacrificiis, rogus defunctis.

mur homines.' I 437: 'Precari est rogare, imprecari est optare, deprecari est excusare uel expurgare. Cicero: Quid, inquit, faciat Hortensius? auaritiaene crimina frugalitatis laudibus deprecetur?' Agroetius p. 2266 P: 'Precari autem est rogare, imprecari maledicere, deprecari excusare et purgare se. Virgilius: Equidem merui nec deprecor. Cicero: Quid faciet Hortensius? auaritiaene crimina frugalitatis laudibus deprecabitur?'

Regium et regalem] G p. 80 n. 10: 'Regius puer regalis est, rex qui regit regnum.' H p. 10: 'Regis puer regalis est, rex qui regit regnum.' I 491: 'Regium est ipsius regis, regale dignum rege. sic et regia et regalis. regia domus in qua est, regalis rege digna.' — F p. 356: 'Regium quod regis, regale quod rege dignum est.'

Relictum et desertum] G p. 92 n. 41: 'Relinquimus uoluntate, deserimus inuiti.' H p. 12: 'Relinquimus uoluntarie, deserimus inuiti.'

Reliquos et ceteros] G p. 94 n. 62: 'Reliquos dicimus relictos ex omnibus, ceteros quos nescimus.' H p. 18: 'Reliquos relictos ex omnibus, ceteros quos nescimus.'

† Redibium per b et rediuium per u litteram] G p. 94 n. 63: 'Redibidum est quod nascitur, rediuiuum quod reuiuiscit.' H p. 18: 'Redibiuum quod nascitur, rediuiuum quod reuiuiscit.' — Charisius p. 99: 'Rediuiua dicimus quae post interitum redeunt, recidiua quae ex suo casu restituuntur. unde Vergilius: Recidiua manu posuissem Pergama uictis.' cf. Servius Aen. IIII 344: Recidiua] 'post casum restituta. alii recidiuum proprie dicunt, quod excisum denuo nascitur.' Glossae antiquae apud Maium auct. class. VII p. 576: 'Recidiua uel recidua ex ruinis nascentia uel restaurata ex ruinis, renouata. rediuiua crescendo et pullulando.'

Rogum et pyram] G p. 102 n. 194: 'Rogus defunctis paratur, pyra sacrificiis.' I 444: 'Pyra est constructio lignorum, antequam ignis admotus est, rogus est dum ardet, bustum uero posteaquam arsit.' Servius Aen. III 22: 'Terrae congestio super ossa tumulus dicitur. sane apparatus mortuorum funus dici solet, extructio lignorum rogus, subiectio ignis pyra, crematio cadaueris bustum, locus ustrina, operis extructio sepulcrum, nomen inscriptum monumentum.'

---

1 regale *M* || 2 reget *M* || 3 et *addidit Rothius* || 5 relinquos *M* | dicimus olea fructus est oliua arbor multitudo dicitur *M cf. p. 282, 10 sq.* || 7 'recidiuum et rediuiuum *olim fuit' Rothius:* Redibium p b et rediuium p ū literis *M* || redibium *M* || renascitur *scripsi:* nascitur *M super versum* || 8 rediuium *M* || 9 pyra sacrificiis; rogus de fructis *M; emendavit Rothius G l. c. duce*

Digitized by Google

SEMPITERNVM et PERPETVVM] Nigidius in libro quarto ** ait: 'sempiternum inmortalium rerum, perpetuum mortalium est; perpetuitas enim in nostra natura est, quae perpeti accidentia potest, sempiternitas infinita est, eo quod semper.'

SEDVLVM et SERIVM] sedulus sine dolo est et strenuus, serius quasi seuerus et asper. [serias etiam dictas res a barbaris qui Seres appellantur, asperrimi et austerrimi.]

SCELERATVM SCELEROSVM et SCELESTVM id differt: sceleratus est suo aliquo scelere contaminatus uel aliqua contagione pollutus et infamis; (scelestus) autem scelerum cogitator et conmissor; scelerosus uero quasi insidiosus, periculosus propter assiduitatem scelerum.

SILERE et TACERE] qui silet desinit loqui, tacet autem qui nondum coepit.

CONSEQVI ASSEQVI INSEQVI] consequimur praecedentem, assequimur studio, insequimur inimicum.

Sempiternum et perpetuum] cf. I 496: 'Inter sempiternum et perpetuum hoc distat, quod sempiternitas ad deum pertinet, perpetuitas ad angelos uel ad animas hominum. primum enim semper fuit nec umquam esse desinit; alterum esse coepit, sed esse perpetuum non desinit.'

Sceleratum scelerosum et scelestum] G p. 94 n. 61: 'Sceleratus suo scelere uel alieno contaminatus, scelestus scelerum cogitator, scelerosus quasi insidiosus, periculosus uel totus dies uel animus propter arduitatem.' H p. 17: 'Sceleratus suo uel alieno die contaminatur, scelestus scelerum cogitator, scelerosus quasi insidiosus.' — I 507: 'Grammatici dicunt sceleratum illum esse in quo fit scelus; ut Cicero: O te scelerate, qui subactus et prostitutus est. scelestum autem per quem fit; ut Terentius: Scelesta, ouem lupo commisisti. scelerosus qui facit; ut idem: Ego illum scelerosum misera nolens pertuli. sed haec auctores non usquequaque custodiunt.' Donatus eunuch. IIII 3: 'Scelerosus est multorum, scelestus uel unius, scelerosus proprie auctor sceleris, sceleratus in quo scelus sit commissum uel constitutum.'

Silere et tacere] G p. 94 n. 55: 'Qui desinit loqui silet et qui non coepit tacet.' — F p. 352: 'silet cuius loquentis sermo comprimitur ab ipsa significatione litterae S, tacet qui ne loqui quidem coepit.'

Consequi assequi insequi] G p. 93 n. 57: 'Amicum consequimur praecedentem, insequimur inimicum.' H p. 7: 'Consequimur praecedentem, insequimur inimicum.' G p. 98 n. 132: 'Inter consequi et assequi hoc interest quod sequimur pedibus, assequimur studio.' Agroetius p. 2272 P: 'Consequimur studio, obsequimur officio, persequimur iniuria, prosequimur ordine, assequimur uoto.'

---

1 lobro *M* || *titulus libri intercidit* || 6 seuerus *Rothius:* seruus *M* || iasper *M* || serias — austerrimi *seclusi* || 9 autem est *M* || contaminat *M* || 10 pollutur *M* || scelestus *addidit Rothius* || scerum *M* || 13 desini *M*

Digitized by Google

SIMVLARE et DISSIMVLARE] simulamus quae nescimus, dissimulamus quae scimus.

SERVITIVM et SERVITVTEM] seruitus est necessitas seruiendi, seruitium seruientium numerus.

SENSVM et INTELLECTVM] sensus naturalis est, intellectus (exercetur) in rebus obscuris.

SANGVINEM CRVOREM et SANIEM hoc differt: sanguis dicitur cum intra corpus est, eo quod nos sanciat, id est contineat; cruor cum funditur, dictus ab eo quod nos corruere cogat; sanies cruor putridus.

Simulare, dissimulare] G p. 93 n. 59: 'Simulamus quod nescimus et negamus nescire, dissimulamus quae scimus.' H p. 7: 'Simulamus quae nescimus et negamus nescire, dissimulamus quae scimus.' I 515: 'Dissimulamus nota, simulamus ignota. qui enim fingit se scire quod nescit, simulat, qui autem quod scit nescire se dicit, dissimulat. unde et Sallustius: Ille simulator incerti ac certi dissimulator erat.' Servius Aen. I 516: 'Dissimulamus nota, simulamus ignota, ut Sallustius: Cuiuslibet rei simulator ac dissimulator.' Nonius p. 439: 'Simulare et dissimulare hanc habent distantiam: simulare est fingere scire quae nescias, dissimulare fingere nescire quae scias. Sallustius in Catilinae bello: Cuius rei libet simulator ac dissimulator.' — F p. 356: 'Qui insimulat, uel arguit uel fingit; qui simulat, probare nult quod non est.'

Seruitium et seruitutem] G p. 79 n. 5 — H p. 8: 'Seruitus necessitas seruiendi, seruitium dicimus numerum seruorum.' I 526: 'Seruitus est conditio seruiendi, seruitus numerus seruientium.' F p. 357: 'Seruitus est sub domino, serui patientia seruitium facit.' Charisius p. 71: 'Seruitium multitudo est seruorum, seruitus condicio seruiendi; sed ueteres indifferenter seruitium et pro seruitute posuerunt: Seruitio enixae tulimus Vergilius in III.'

Sensum et intellectum] G p. 91 n. 18: 'Sensus naturale est, intellectus a re obscura.' H p. 14: 'Sensus naturalis est, intellectus a re obscura.' I 497: 'Sensus ad naturam refertur, intellectus ad artem.'

Sanguinem, cruorem et sanguinem] G p. 91 n. 21: 'Sanguis dicitur, cum intra corpus est, dictus quod sanciat id est contineat, cruor confusus ideo dictus, quod corruere cogat; sanies corpus putre.' H p. 15: 'Sanguis dicitur, cum intra corpus est, dictus quod nos sanciat id est contineat, cruor conscius est dictus, quod corruere cogat; sanies cruor putris.' I 529: 'Sanguis est cum in corpore manet, effusus uero cruor fit; cruor autem a cruditate nocatur, unde et crudelitas dicta et crudus. alii dicunt cruorem nictimarum esse, sanguinem hominum, ut Virgilius: Sanguine placastis uentos et uirgine caesa, id est sanguine uirginis occisae.' Schol. Veron. Aen. VIII 106: 'Asp. cruor proprie: nam quam diu in corpore est, sanguis est, quin fluit cruor, quin exiit tabus est.' Servius ad h. l.: 'frustra quidam cruorem pecorum, sanguinem hominum uolunt.' — Flavius Caper de orthographia p. 2243 P: 'Cruor dum manat sanguis est, effusus uero cruor fit.'

---

1 similare *M* || dissimilare *M* || que *M* || 2 que *M* || 3 seruitatem *M* || 6 exercetur *addidi* || 7 cruhorem *M secundum Dorvillium* crutiorem *M secundum Duebnerum*

Digitized by Google

SCELVS et FACINVS] scelus crimen est, facinus etiam in laude ponitur.

SOLVM VNICVM SOLITARIVM et VNVM] solus a ceteris relictus, unus initium multorum, solitarius sine ceteris, unicus qui propter inopiam aliorum id ipsum est quod solus.

SOLOECISMVM et BARBARISMVM] soloecismus in sensu fit, barbarismus in uoce.

SVPER et SVPRA] super superior inferiore, supra quod substratum aliquid habet aut quod supra quid imminet.

SIMVL et SIMITV] simul una pariterque res (fieri) declarat, ut simul legimus uel scribimus; simitu loci recipit significationem, tamquam simul itu.

SAEVVM et CRVDELEM] saeuus circa uerba est, crudelis monstratur sanguine.

Scelus et facinus] G p. 92 n. 32: 'Scelus crimen est, facinus etiam in laude recte dicitur; Sallustius dicit bonum facinus.' H p. 11: 'Scelus criminis est, facinus etiam in laude ponitur.'

Solum unicum solitarium et unum] G p. 92 n. 38: 'Solus qui a ceteris relictus, unus initium multorum, agit solitarius qui semper sine ceteris uiuit, unicus habetur solus propter inopiam aliorum.' H p. 12: 'Vnus initio multorum agit, solitarius solus semper uiuit, sine ceteris unicus habetur, solus propter impiam aliorum desolationem qui remanet.' I 584: 'Vnus ex multis, unicus solus est. solus itaque unus numeratur, unicus intra numerum finitur.' I 585: 'Vnus ad numerum pertinet, solus e multus intelligitur.

Soloecismum et barbarismum] G p. 92 n. 40 = H p. 12: 'Soloecismus in sensu fit, barbarismus in uoce.'

Super et supra] G p. 93 n. 51: 'Super est quod eminet, supra quod aliquid substratum habet.' H p. 17: 'Super est supra superior inferiori.' I 509: 'Super est quod imminet, supra quod substratum aliquid habet. item super interdum aut nimium aut satis accipimus.' — Agroetius p. 2273 P: 'Super est quod eminet, supra quod substratum aliquid habet.'

Simul et simitu] G p. 94 n. 60: 'Simul ut una res (una pariter quae res *Gothofr.*) pariter clareat, ut simul legimus, simul scribimus. simitum lucri recipit significationem, quasi simulitum.'

Saeuum et crudelem] G p. 102 n. 200: 'Saeuus circa uerba est, crudelis monstratur sanguine.' I 501: 'Saeuus in ira crudelis in sanguine.'

---

3 relinctus *M* || 4 solitarius inceteris *M* || 5 aliorum *Rothius:* multorum *M* || 6 solocismum *M* || solocismus *M* || sensus *M* || 8 oc *M* || 9 substractum *M* || imminet *Rothius:* immineat *M* || 10 simitu *Arevalus:* similitum *M* || fieri *addidi* || 11 ut] ita *Dorvillius* || similitum *M* || 12 simul itu *Rothius:* similitum *M* || 13 seuum *M* || seuus *M* || uerba *scripsi:* uerbera *M* || 14 monstratur sanguine *Rothius:* monstrator sanguinis *M*

Digitized by Google

SIC et ITA] sic qui dicit ostendit exemplum, ita ad rationem refertur.

STILLAM et GVTTAM] gutta imbrium est, stilla olei uel aceti.

TERMINVM et FINEM] terminus nonnisi manu ponitur, finis sermonis uel uoluptatis aut alicuius rei intellegi potest.

TERGA et TERGORA] terga hominum, tergora animalium; et in numero singulari tergum hominis dicimus, tergus animalis.

Sic et ita] G p. 103 n. 208: 'Sic qui dicit ostendit exempla, ita ad rationem refertur.'

Stillam et guttam] G p. 105 n. 238: 'Gutta imbrium, stilla situlae uel aceti.' — Hieronymus chron. Ol. 200,4: 'Palaemon Vicetinus insignis grammaticus Romae habetur: qui quondam interrogatus, quid inter stillam et guttam interesset: Gutta, inquid, stat, stilla cadit.' I 534: 'Palaemon grammaticus ita distinguit: Gutta, inquit, stat, stilla cadit.' — G p. 91 n. 78: 'Inter guttam et stillam hoc interest, quod stilla cadit, gutta stat.' F p. 355: 'Gutta manet, stilla cadit.'

Terminum et finem] G p. 79 n. 6: 'Terminus non sine manu ponitur, finis uel sermonis uel uoluntatis uel cuiusque rei intelligi potest.' H p. 8: 'Terminus nonnisi quod manu ponitur, finis uel sermonis uel uoluntatis uel cuiuscumque alterius rei intelligi potest.' R p. 308: 'Terminus est loci, finis rei; et terminus dictus ab eo quod quasi terram minuat, finis potest esse etiam ultra terminum.' R p. 312: 'finis tollit labores, finis est officii muneris potestatis, et terrae finis dicitur; terminus ab eo quod terram minuat et terrae finis statuat; meta est quae incoat spatium et reuocat et citra quam labor est et ultra quam non est.'

Terga et tergora] G p. 91 n. 22: 'Terga hominum sunt, tergora animalium. numero singulari hominis tergum dicimus, animalis tergus.' H p. 15: 'Terga hominum sunt, tergora animalium; nam singularis hominis tergum, animalis tergus dicimus.' I 562: 'terga sunt hominis quod singulariter tergum facit; tergus uero quadrupedum est; unde pluraliter tergora coria dicuntur.' Charisius p. 71: 'Tergum dorsum est et declinatur sic: hoc tergum tergi tergo, pluraliter haec terga tergōrum; tergus autem pellis huius tergoris facit, pluraliter tergora et genetiuo tergŏrum correpte. sed contrario Vergilius Tergo bouum dicit et in VIII:

hinc raptas fugientibus ingerit hastas
in tergus.

quidam nolunt tergum hominis esse, tergus uero pecoris.' Servius Aen. I 211: 'Tergus tergoris, unde et tergora, corium significat; tergum uero tergi ut templum templi dorsum significat. ut Sallustius: Scilicet quia tergis abstinetur. sed hoc a ueteribus confundebatur, ut: Taurino quantum possent circumdare tergo. item in VIIII: Ingerit hastas In tergus.' — Flavius Caper de orthographia p. 2242 P: 'Terga hominis

---

1 qui dicit *Rothius:* qui quod dicit *M* || 3 ymbrium *M* || 6 uoluptatis *Rothius:* uoluntatis *M* || 7 tergora — hominis *om. Duebnerus* || 8 innumeros singulis *M* || terga animalis *Dorvillius* et terga animalis *Duebnerus*

Digitized by Google

TVM et TVNC] tum ordinis (habet) significationem, tunc temporis.

TENERE et SVMERE et ACCIPERE] tenemus quae sunt in nostra potestate, sumimus posita, accipimus data [vel ab alio accepta]; uel tenemus et sumimus a nobis, accipimus ab alio.

TARDVM PIGRVM INERTEM et SEGNEM] tardus dicitur qui trahit tempus, iners sine arte et nullius officii capax, piger per omnia aegro similis, segnis semotus a calore [sciendi].

TVOR et TVEOR] tuor uideo, tueor custodio.

TVRPEM et DEFORMEM] turpis uita, deformis specie intellegitur.

tantum tergum singulariter facit. quadrupedum erit tergus pluraliter tergora id est coria. tergus quoque inuenio dici et esse eius plurale tergora.'

Tum et tunc] G p. 91 n. 24: 'Tum ordinis habet significationem, tunc temporis.' H p. 16: 'Tum ordinis habet significationem, tunc temporis significationem.' I 557: 'Tum temporis est futuri tunc praeteriti.' Flavius Caper de orthographia p. 2241: 'Tunc temporis aduerbium, tum ordinis est.'

Tenere et sumere et accipere] G p. 91 n. 28: 'Tenemus quae sunt in nostra potestate, sumimus posita, accipimus data.' H p. 10: 'Quod tenemus, in nostra potestate; sumimus posita; accipimus data.' I 512: 'Sumimus ipsi, accipimus ab alio. cum enim damus, dicendum est: Accipe; cum permittimus ipsi tollere, dicimus: Sume. item sumimus per nos, accipimus a uolentibus, tollimus a nolentibus. item auferimus iure quidquid dedimus, assumimus iussu, eripimus ui.' R p. 312: Accipi qui dicit, aliquid tradit; qui dicit tene, ammonet; sume qui dicit, permittit.' F p. 353: 'Sumimus quae posita sunt: accipimus, quae porriguntur.' Flavius Caper de orthographia p. 2243 P: 'Sumimus ipsi, accipimus ab alio. sic cum dabimus dicendum est: Accipe; cum permittimus ipsi tollere, dicendum: Sume.'

Tardum, pigrum et inertem] G p. 93 n. 46: 'Tardus dicitur qui trahit tempus; iners sine arte, nullius officii capax; piger per omnia aegro similis; segnis semotus est a calore.' H p. 17: 'Tardus qui trahit tempus; iners sine arte, nullius officii capax; piger per omnia aegro similis; segnis semotus a calore.' cf. Paulus Festi p. 338: 'Segnitia dicitur quod sit sine nitendo quod utile aut honestum.'

Tuor et tueor] G p. 105 n. 236: 'Tuor custodio, tueor uideo.' Festus p. 355: '*Tuor* uideo; tueor defendo *in usu olim fuit.* sed iam promiscue utuntur, *et ponitur tueor* pro uideo et contueor *pro conspicio.*' Paulus Festi p. 354: 'Tuor uideo, tueor defendo.'

---

1 tunc *Rothius:* tur *M* || ordinis signf. *M* || tunc *Rothius:* c̄ *M* || 3 sūmere *M* || 4 sūmimus *M* || uel ab alio accepta *seclusi* || 5 a nobis *Rothius:* an b *M* || 9 egro *M* || sciendi *seclusit Rothius*

VADEM ac SPONSOREM et PRAEDEM] uas uadis qui ipsum se aut aliut quodlibet pro alio tradit, sponsor qui alium sponsione sua suscipit, praes praedis qui pro se alium praesens praesenti dicit id est dat.

VESTEM et VESTIMENTA] uestis proprie feminarum est, uestimentum uirorum.

VVIDVM HVMIDVM VDVM et MADIDVM] uuidum penitus infectum est, madidum ex una parte, humidum quod ad medium usque peruenit, udum summum tactum tantum cuiusque rei.

VETVS et VETVSTVM] uetus nouo comparatur ex contrario, uetustum ad antiquitatem refertur.

VIM VIRES et VIRTVTEM] uis iniuriae est, uires corporis, uirtus animi.

VLTOREM et VINDICEM] ulciscimur nos accepta iniuria, uindicamus ne accipiamus.

VEREOR et REVEREOR] uereor ad metum refertur, reuereor ad affectum.

Vestem et uestimenta] G p. 92 n. 34: 'Vestes feminarum dicuntur, uestimenta uirorum.' H p. 11: 'Vestes feminarum dicuntur, uestimentum uirorum.'

Vuidum humidum udum et madidum] G p. 92 n. 35: 'Humidum omnino permaduit, uuidum quod ad medium usque peruenit.' H p. 11: uuidum penitus permaduit, humidum quod usque ad medium peruenit.'

Vetus et uetustum] G p. 92 n. 36: 'Vetus nouo comparatur e contrario (id est contrario *Gothofr.*), uetustum ad antiquitatem refertur.' H p. 12: 'Vetus nouo comparatur id est contrario, uetustum ad antiquitatem refertur.'

Vim, uires et uirtutem] G p. 101 n. 176: 'Vires corporis sunt, uirtutes animi.' G p. 102 n. 199: 'Vis impetu et iniuria constat, uires ad bonum et fortitudinem corporis referuntur; ita uis facit uiolentiam, uires uitiosum.'

Vltorem et uindicem] G p. 101 n. 179: 'Vlciscimur nos accepta iniuria, uindicamus ne accipiamus.' H p. 21: 'Vlciscimur nos accepta iniuria, uindicemus nec accipiamus.' I 580: 'Vleiscimur iniuriam factam, uindicamus ne fiat.' F p. 347: 'Vltio uindicat factum: uindicatio futura prohibet, ideo Mars ultor non uindex dicitur.'

Vereor et reuereor] G p. 101 n. 187: 'Vereor ad metum refertur, reuereor ad effectum.'

---

1 uade *M* || sponsore *M* || uas uadis qui ipsum *scripsi:* uades qui uas ipsum *M* uas qui ipsum *Rothius* || 2 tardit *M* || 3 praes praedis *scripsi:* praedes *M* praes *Rothius* || 4 dicit id est *Rothius:* du.et idem *M* || 7 uuidum penitus infectum est *Rothius:* umidum ponitur infectum et *M* || 8 quodamedium *M* || 13 uim *Rothius:* uis *M* || 17 uerecor *M* || reuerecor *M* || uerecor *M* || reuerecor *M*

Digitized by Google

VLCVS VVLNVS et PLAGAM] ulcus per se exiit aut fit intrinsecus ex se, uulnus ex ferro fit, plaga planus ictus est; et quod ulcus leuitatis est, uulnus grauitatis, plaga etiam uerbera uocantur.

VOLVNTATEM et VOLVPTATEM] uoluntas animi est, uoluptas corporis.

VIRVM et MASCVLVM] uir specie intellegitur, masculus genere; et quod uir tribus modis accipitur, natura nuptiis uirtute; masculus etiam ab homine segregatur.

VVLTVM et FACIEM hoc differt: quod uultus animi indicium est, facies oris positio; et uultus interdum mutatur, facies manet. [licet una res pro alia saepe commutetur in genere ab specie.] EXPLICIT PRAESCRIPTAE VERBORVM DIF-

Vlcus uulnus et plagam] G p. 103 n. 207: 'Vlcus per se exit, uulnus ferro, plaga potest esse planus ictus: sic quod ulcus leuitatis est, uulnus grauitatis, plagae etiam uerbera uocantur.' I 577: 'Vulnus ad animum refertur, ulcus ad corporis iniuriam. item uulnus corporis recens plaga, ulcus uero inueteratum uulnus.' Nonius p. 434 sq.: 'Vlcus et uulnus hoc distant, quod ulcus tecta et clausa est malignitas. Virg. georg. lib. III: Quam si quis ferro potuit rescindere summum Vlceris os. alitur uitium uinitque tegendo. uulnus hians et patens. Virg. lib. VIIII: Produxi pressiue oculos, aut uulnera laui ueste tegens.' Agroetius p. 2271 P: 'Vlcus est quod nascitur, uulnus quod ab alio infertur.'

Voluntatem et uoluptatem] G p. 106 n. 249: 'Voluntas animi, uoluptas corporis.' I 574: 'Voluntas est desiderium nondum adeptae rei, uoluptas uero rei adeptae delectatio uel bonae uel malae.' F p. 350: 'Voluntas facto gaudet, uoluptas fieri cupit.'

Virum et masculum] G p. 102 n. 196: 'Vir specie intelligitur, masculus genere, et quod uir tribus modis intelligitur, natura uirtute et nuptiis, masculus etiam ab homine segregatur, ut in animalibus.' Schol. Veron. Aen. I 1: 'Vir tribus modis ad intellegentiam datur. ponitur enim natura uirtute adfinitate: nat*ura: Bella uiri pacem*que gerant; accipitur pro uirtute: Haeret pede pes densusque uiro uir; adfinitate: O digno *coniuncta uiro.*'

Vultum et faciem] I 589: 'Facies est naturalis oris habitus immutabilis, uultus uero pro rerum ac temporum qualitate uarius et mutabilis et secundum affectionem animi modo laetus modo tristis. unde et uultuosi dicuntur qui uultum saepe commutant. itaque Lucilius haec quasi distinguens ait: Quae facies, qui uultus uiro. dicimus autem et uultum caeli et uultum maris, quia et mare saepe in uarios motus uentorum flatibus mutatur, et caeli uultus ex luce in tenebras et ex sereno

1 plaga *M* || 3 plagae *Rothius* || 5 uoluntatem et uoluptatem *Rothius:* uoluptatem et uolupitatem *M* || uoluntas *M* || 7 specię *M* || 8 uir tribus *Rothius:* uirtutibus *M* || 9 uirtęte *M* || 10 differtur *M* || 11 posicio *M* || 12 licet — specie *additamentum est ad praecedentem differentiam* || licet *scripsi:* licet et *M* || per alia *M* || cum mutetur *M* || 13 specię *M*

Digitized by Google

FERENTIAE EX LIBRO SVETONI TRANQVILLI QVI INSCRIBITVR PRATVM

in nubilum commutatur, sicut et hominum cum mentibus uultus.' Nonius p. 426 sq.: 'Vultus et facies hoc distant: uultus est uoluntas, quae pro motu animi in facie ostenditur, facies ipsa oris species. Sallustius in Catilina: Prorsus in facie uultuque uecordia inerat. Lucilius satirarum lib. I: Vultus item ut facies mors citer morbus uenenum. M. Tullius de officiis lib. I: Praeclaraque est aequabilitas in omni uita et idem semper uultus eademque frons.' Servius Aen. I 683: Tu faciem illius] 'faciem pro uultu posuit. nullus enim faciem alterius potest accipere, sed uultum, qui pro mentis facultate formatur.' — Flavius Caper de orthographia p. 2243: 'Vultus mutatur, facies manet.'

---

1 TRANQVILLINI *M* ‖ 2 PRATŸ *M*

CAPITA PRATORVM ET SIMILIA VERSIBVS CONSCRIPTA

117 a

DE NOMINIBVS SEPTEM DIERVM

Nomina quae septem uertentibus apta diebus
annus habet, totidem errantes fecere planetae.
quos indefessa uoluens uertigine mundus
signorum obliqua iubet in statione uagari.
primum supremumque diem radiatus habet sol.
proxima fraternae succedit luna coronae.
tertius assequitur Titania lumina Mauors.
Mercurius quarti sibi uindicat astra diei.
inlustrant quintam Iouis aurea sidera zonam.
sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem.
cuncta supergrediens Saturni septima lux est.
octauum instaurat reuolubilis orbita solem.

117 b

DE DIEBVS

Prima dies Phoebi sacrato nomine fulget.
uindicat at lucens feriam sibi Luna secundam.
inde dies rutilat iam tertia Martis honore.

---

117 a Ausonius ed. Vinet. idyll. XV. — *'titulus est in exemplari:* INCIPIT ECLOGARVM DE NOMINIBVS SEPTEM DIERVM.' *Vinetus* || *117 b Anthologia latina ed. Burm. V 88 ed. Meyer. n. 1054.* — *'Ex veteri Bedae codice qui erat apud Nic. Fabrum descripserat Petrus Pithoeus inter illa quae addi voluerat editioni suae, cuius exemplar est in bibl. Paris. adfert hoc epigramma Lucas Gauricus in calendario eccles. novo p. 56 sub titulo* DIES HEBDOMADARVM PLANETIS DEPVTATI. *ex suo etiam codice olim Claromontano descriptum ad me misit Meermannus, in quo titulus erat* VERSVS SEPTEM DIERVM.' *Burmannus* 1 sacratus *Clarom.* || 2 at lucens *Gauricus* et lucens *Clarom.* educens *Pithoeus* || 3 mox tertia *Gauricus*

Mercurius quartam splendentem possidet altus.
Iupiter ecce sequens quintam sibi iure dicauit.
concordat Veneris magnae cum nomine sexta.
emicat alma dies Saturno septima summo.

118a

DE MENSIBVS ET ANNI SIGNIS

Dira patet Iani Romanis ianua bellis.
uota deo Diti Februa mensis habet.
incipe Mars anni felicia fata reducti.
tunc aries Veneri lutea serta legit.
dulcia Maia tuis ducis hexagona nonis.
arce poli geminos Iunius ecce locat.
Iulius ardenti deuertit lumina soli,
aera flammigero cuncta leone calent.
feruet Titanis Augustus caumate mensis,

---

4 quartam Mercurius *Pithoeus* || altus *Pithoeus* altum *Clarom.* almam *Gauricus* || 5 ecce *Clarom.* inde *Gauricus* ipse *Pithoeus* || iure *Clarom.*, *Gauricus* habere *Pithoeus* || 6 Veneris magnae cum nomine *Pithoeus* Veneris magno cum nomine *Clarom.* Veneri dulci cum nomine *Gauricus* || 7 alma *Pithoeus* almus *Clarom.* atque *Gauricus* || *118a Anthologia latina ed. Burmann. V 71 ed. Meyer. n. 1037. — 'Est apud Pithoeum IIII p. 174 et Scal. catal. II p. 243. Pithoeus in exemplari suae ed. in biblioth. Paris. contulerat cum v. c. ex quo hunc titulum adscripserat:* CATA MONOSTICON INTERPOSITO DISTICO DE MENSIBVS ET ANNI SIGNIS. *cum duobus Puteaneis uno Leidensi et Vossiano comparavit N. Heinsius. et ego inveni in schedis MSS. Scaligeri: ac codicis sui veteris olim Claromontani variantes scripturas mecum communicavit G. Meermannus. in Puteaneo erat titulus:* VERSVS SINGVLORVM MENSIVM. *in Meermanniano* VERSVS DE NVMERO DIERVM SINGVLORVM MENSIVM. *inter Ausoniana Idyllia Ep. XVIII edidit Vinetus, sed ita ut testetur esse incerti poetae.' Burmannus.* || 2 febroa *Put.*, *Voss.*, *Leid.* || 3 reducti *Heinsius* reduci *Put.*, *Leid.*, *Voss*, *Clarom.*, *in v. c. et schedis Mss. Scaligeri* reduce *Pithoeus*, *Scaliger* || 4 tunc] iunctae *Heinsius* || lintea *Petav. Voss. Scaliger* || 5 Maia *Pithoeus*, *Scaliger* Maie *alter Petav.*, *Leid.*, *v. c. Scal.*, *et ex MS. antiquo Pithoeus in mg. exempl. bibl. Paris.* Maiae *Claron.* || ducis exagona *Puteaneus secundus*, *Leid.*, *v. c. Scal. et Clarom.* dulcia exagona *Scal. sched. MSS. Scal. Put Voss.* lucent examina *Vinetus* || duci Maia tuis dulce est exagona Nonis *coni. Heinsius* || 7 argenti diuertit numina *Puteaneus*, *Vossianus*, *schedae Scal.* || deuertit *Heinsius:* diuertit *vulgo* || solis *Pithoeus*, *Scaliger* || 8 aera *Clarom.*, *Voss.* aerea *Leid.*, *v. c. Scal.* aere *vulgo* || 9 *sq. om. vulgo;*

Digitized by Google

September calido prosequiturque polo.
poma legit uirgo maturi mitia solis.
fundit et October uina Falerna lacu.
aret tota soli species ui dura Nepai.
unde December, amat te genialis hiems.

118b

DE MENSIBVS ANNI

Primus Romanas ordiris Iane Kalendas.
februa uicino mense Numa instituit.
Martius antiqui primordia protulit anni.
fetiferum Aprilem uindicat alma Venus.
maiorum dictus patrum de nomine Maius.
Iunius aetatis proximus est titulo.
nomine Caesareo Quintilem Iulius auget.
Augustus nomen Caesareum sequitur.
autumnum Pomona tuum September opimat.
triticeo October fenore ditat agros.

---

extant in v. c. Scal. et addit e vetusto cod. Pithoeus in exempl. bibl. Paris. || 11 roris *Heinsius* || 12 fundit et *Scaliger, v. c. Scal., sched. MSS eiusd., Put. uterq., Leid., Voss.* fundit at *Pithoeus* || mera Falerna *Leid., v. c. Scal.* || lacu *vel* lacus *Heinsius:* lacis *libri* || 13 ui dura] uiduata *Puteaneus uterque, Vossianus, sched. Scal.* || 14 unde *Pithoeus* unde *Puteaneus uterque, v. c. Pithoei in mg. exempl. Paris. et Clarom.* inde *v. c. Scal., Leid., Vinetus* munde *Vossianus et schedae Scal. qui* amat *lacuna relicta omittunt* || *118b Anthologia latina ed. Burm. V 86 ed. Meyer. n. 1052. — 'Edidit Pithoeus IIII p. 177, Scaliger carm. vett. poet. astron. p. 166, sed legitur inter Ausoni idyllia (XVII) ed. Vinet. in vetusto codice Scaligeri ab Heinsio contato titulus erat* DE MENSIBVS ANNI. *idem Heinsius contulit cum duobus Puteaneis, Leidensi, uno Vossiano et vetustissimo Ausoni codice item Vossiano. in MS. Meermanniano olim Claromontano praefigebatur:* VERSVS DE SINGVLIS MENSIBVS.' *Burmannus* || 2 febroa *v. c. Scal., Voss., Put., Leid.* || 3 praetulit *Put. alter* || 4 foetiferum *v. c. Voss., Clarom.* floriferum '*in aliis libris*' *Vinetus* || 6 aestatis *v. c. Scal.* || 7 Caesario *v. c. Scal.* Caesarea *v. c. Voss.* || 8 Caesarium *v. c. Scal.* || 9 autumnum Pomona tuum September opimat *cod. vetustiss. Ausoni, Voss., ed. Ausoni, Scaliger* autumnum nam poma suum September uegitat *v. c. Vossianus, Puteaneus* autumnum pomisque suum September opimat *v. c. Scal., Leidensis* autumnum pomona tuum septembre uegetat *Puteaneus alter* autumnum poma natuum septembre uegitat *Clarom.* autumnum dein poma suum Septembre fatigant *Pithoeus* || 10 October *v. c. Scal., Vinetus* Octimber *v. c.*

Digitized by Google

sidera praecipitas pelago, intempeste Nouember.
tu genialem hiemem feste December agis.

119a

COMPOSITIO HOROLOGII

Quos cursus solis iungant sua tempora menses,
carmine nunc, lector, paucis, aduerte, docebo.
ianua nunc anni est Ianus, finisque December:
hos menses paribus solis rotat orbita punctis.
quae uoluit Februum undecimum regit ipsa Nouembrem.
Martius Octobrem spatio conectit eodem.
tum Septembre tibi in sphaeram concurrit Aprilis.
Augustum Maius centro prospectat ab ipso.
Iunia Quintilem scandens trahit orbita mensem.
quas horas sibi coniungant in fronte, uideto
lector et in cunctis aequo obseruare memento.
mense omni prima undecimae coniungitur horae:
hinc umbris decimam nectit cursuque secunda.
tertia mox nonam punctis complectitur isdem.
octauae pariter praecedens quarta cohaeret.
quintam subsequitur numero post septima iusto.
sola suas tantum mensuras sexta retentat.

Voss., Put., Clarom. octuber *antiquiss. Ausoni cod., Voss.* octumber *Pithoeus* || 11 intempestae *antiquiss. Ausoni cod. Voss., Clarom.* intempesta *vulgo* || 12 tu genialem hiemem feste December agis *edit. Ausoni, Scaliger* imbrifer (ymbrifer *Clarom.*) ast mensis tumque December adest *Pithoeus, Clarom.* imbrifer ast mensis tumque December adest *nonnulli cod.* || *119a Anthologia latina ed. Burm. V 116 ed. Meyer. 389.* — '*Sub titulo* BEDAE COMPOSITIO HOROLOGII *edidit Pithoeus p. 488 ed. Paris.* VERSVS DOMNI BEDAE AD COMPONENDVM HOROLOGIVM *inscribitur in cod. S. Germani.* "*veteris poetae apud Bedam*" *notavit Scaliger in exemplari bibl. Vindobon. Bedae tamen tribuit etiam Salmasius ad Solinum I p. 466b ubi de horologiis antiquorum disserens addit:* "*Extant versus Bedae de ratione componendi horologii, quibus eadem methodus umbrae per pedes metiundae explicatur, ut a Palladio in lib. de re rustica descripta est.*" *sed carminis huius auctorem esse Wandalbertum Prumiensem diaconum docet Fabricius bibl. med. et inf. lat. I p. 521, ut a Mabillonio iam notatum.*' *Burmannus* || 6 subnectit *Pithoeus in mg. exempl. bibl. Paris.* || 7 tum tibi septembre *Pithoeus in mg.* || Iunia *Casaubonus in libri sui mg. ap. Fabricium l. c.:* ianua *Pithoeus* || 10 horas *Pithoeus in mg.:* oras *vulgo* || quo iungant *Pithoeus in mg.* || 11 haec *Pithoeus in mg.*

Digitized by Google

omnibus has lector coniungens mensibus horas
quos superant spatio umbrarum cedantue uideto.
hoc tamen in primis noscens retineto, quod orbis
diuersae partes uarias forment quoque metas.
nam quae uicino torrentur sole sub austrum,
ut mage luce nitent, minimas sic gignere possunt
umbras: quae boreae frigentque iacentqae sub axe,
nocte magis longa tenebrisque premuntur opacis:
quae mediis ab utroque absistunt partibus axe,
inter utrumque etiam lucem moderantur et umbras.
ergo age, si subiecta legentem pagina lector
te mouet, hanc illa regione probabis ab ipso
Danubio Hesperiae primos qua uergit ad ortus:
Lugdunoque urbe et Rhodani distincta fluentis
respicit Oceani interfusos orbe Britannos.
hoc quoque te iuste horarum mensura monebit,
umbrarum motus primis ne forte Kalendis
ponere et ad finem uelis perducere mensis.
nam pridie umbrarum fuerit quae meta priorum,
sub noctem nequit in uanos transire recursus,
a medio in medium sensim sed crescere mensem
deminuiue umbras uera ratione docemur,
a medio in medium signorum ut uoluitur ortus.
linea quae Iani prima est pariterque Decembris,
tricenis pedibus binisque exporrigit umbram,
undenisque sequens pedibus. mox umbra recisis
tantum bis denis unoque extenta patescit.
umbris ipsa decem figit simul atque nouenos
rursus et hinc geminis sole excrescente fugatis

---

19 umbrarumque cadantue *Pithoeus in mg.* || 24 frigentque] stringuntque *Pithoeus in mg.* || 29 Te mouet, hanc illa regione probabis ab ipso Danubio, Hesperiae *cod. S. Galli ab Heinsio conlatus* te mouet, * ancillam regione probabis ab ipso * Danauio Esperiae *Pithoeus: idem in mg. sui exemplaris ex v. c.* Hesperiae || quae '*v. c.*' *Pithoeus* || 30 Lugdunoque '*v. c.*' *Pithoeus:* Lugdunique *vulgo* || 33 monebit] docebit *cod. S. Galli a man. pr.* || 35 uelit & '*v. c.*' *Pithoeus* || 37 uanos] uarios *cod. S. Galli et Pithoeus in mg.* || 39 umbra *Pithoeus* || 40 *post hunc versum addit sequentem Pithoeus in suo exemplari:* horarum iam nunc texemus in ordine metas || 44 extensa *cod. S. Galli*

Digitized by Google

septem quarta pedes retinet mensura decemque.
hac etiam binis umbra fugiente recisis
ter quinis quintam pedibus sua linea tendit.
centrum tuncque breuem iam sole regente duobus
abscisis ternos denos sibi sexta retentat.
cedendi hunc morem numeri seruabis ubique.
qui Februum mensura tenet sociatque Nouembrem
ter denis pedibus supremas colligit umbras.
moxque nouem constant pedibus denisque sequentes:
linea tum septem atque decem sibi tertia tendit.
quarta pedes pariter ter quinos colligit umbra.
hinc pedibus ternis ac denis quinta patescit
scandentemque rotam undenis mox sexta coercet.
cursibus Octobrem sibimet quis Martius aequat,
octo pedes prima et bis denos linea figit.
denos et septem complet statuitque secunda.
tertia quindenis Phoebo ascendente tenetur.
quarta decem excedens pedibus fugit agnita ternis.
mox etiam quinta undenis spatiata recedit.
sexta nouem pedibus pandit sua lumina. deinde
quae tibi September florentem nectit Aprilem
bis denis umbra et senis docet orbita primam
in pedibus sub quindenis fugitque secundam.
ternis ac denis cursum quoque tertia frenat.
undenis crescens pedibus tum quarta recedit.
quinta nouem pedibus cursum clauditque patentem,
septenisque suos componit sexta meatus.
Augustum et Maium iungit quae linea primum
bis denis umbrae pedibus meat usque quaternis,
cum denis ternos excrescit moxque secunda.
undenis clarum concludit tertia cursum.
quarta patet pedibus coelo tepefacta nouenis.
septem quinta tenet propriis finita sub umbris,
sextaque tum quinis feruenti cessat in orbe.

50 tuncque] sicque *Pithoeus in mg.* || 52 caedendi *cod. S. Galli* || 61 fingat *cod. S. Galli* || undenis clarum concludit tertia cursum *Casaubonus in libri sui margine:* undeni * solarum condud * tertia cursum *Pithoeus* || concludit *cod. S. Galli* || 79 septem *Casaubonus ibidem:* septa *Pithoeus*

Digitized by Google

horarum sibi Quintilem quis Iunius aequat,
bis denis prima in pedibus patet atque duobus,
undenisque means ostenditur inde secunda,
tertia moxque pedes explet comprensa nouenos,
aestiuo septem mox tendit quarta calore,
quintaque tum pedibus conscendit linea quinis,
hinc centro torrens ternos sibi sexta retentat.

138a

Bis sex signiferae numerantur sidera sphaerae,
per quae planetae dicuntur currere septem.
Pollucis proles ter denis uoluitur annis.
fulmina dispergens duodenas lustrat aristas.
bellipotens genitor † mensem pensare bilibri.
in medio mundi fertur Phaethontia flamma
tercentum soles sex denos quinque quadrantem.
† ter senas partes plus his Cytherea retorques
lustrando totum praeclaro lumine mundum.
terque dies ternos puro de uespere tollens
Semonis domini completur circulus anni.
horas octo dies ternos seruato nouenos,
proxima telluri dum curris candida Phoebe.

138a Anthologia latina ed. Burm. V 45 ed. Meyer. n. 1032. — Ausonius Tollii p. 546. — 'Hoc epigramma ex schedis Cuiacianis produxit Scaliger lect. Auson. II 29 et in Leidensi codice Scaligeri inveni. sed in v. c. catalectorum Petaviano, unde descripserat N. Heinsius, desiderabantur nonus decimus et ultimus uersus.' Burmannus || 2 quae *Petav.* quas *vulgo* || planetae] palantes *Scaliger in mg. codicis* || 4 fulmina *Scaliger:* flumina *vulgo* || duodenis lustrat aristis *Petav. Scaliger* || 5 mensem pensare bilibri *Petav.* mensum pensare bilibre *cod. Scal.* || 7 sex denas quinque quadrantem *Petav.* bis denos adde quadrantem *cod. Scal.* || 8 ter senas partes * his Cytherea retorquens *cod. Scal. Petav. in quo* plus *in mg. additur* || 10 ternas ter partes *Petav.* || 11 Semonis *Scaliger:* sermonis *Petav.* sennonis *cod. Scal.* || duī *cod. Scal.* || anno *cod. Scal.*

Digitized by Google

151a

VERSVS DE XII VENTIS TRANQVILLI PHYSICI

Quatuor a quadris uenti flant partibus orbis:
quisque sibi comites geminos alit inferiores.
hi uelut in circo positi sub climate certo
sic elementa mouent, ut eisdem non simul instent.
si furerent pariter, sua quippe remitteret aer
pondera continui lassatus turbine belli.
succedunt uicibus nunc hic nunc ille solutus
et uertit terras et cogit hebescere nautas.

Primus cardinalis Septentrio
Laterales eius Cyrcius et Boreas.

Primus ab axe uenit concretaque frigora ducit
emundans Scythicas septentrio nubibus oras.
saeuior hoc alius non est; seu stringere siccus
siue Gaetas pluuiis aspergere coeperit albis.
nomen aparctias sumit delatus Athenas.
circius huic dexter, boreas uolat inde sinister.
quis uti soleant his Graeca uocabula restant.
namque prior lingua uocitatur thrascias illa,
respuat hexametrum quamuis ea dictio uersum.
ipse facit madidos et grandine uerberat agros.
inde sequens aquilo dictus consurgit ab alto
nubila concutiens, sed rarior exit in imbres.
frigidus ignotas Rhenus exasperat undas
et nuper liquidam glaciem facit esse procellam.
perpetuum montem iam de se parturientem
additur Aeolio tam magna potentia monstro:
hoste sub hoc nudas refugit sua gloria siluas,
conqueriturque breuem tellus exhausta decorem.
omnia uincentes isti tres conlaterales
suspirant tumidis hyemalia tempora buccis.

151a Repperit Theod. Oehlerus in cod. Bruxellano n. 10721 s. XII, publici iuris fecit Ritschelius in Mus. Rhen. nov. I p. 130sqq., deinde G. Beckerus in proleg. ad Isidorum de natura rerum pag. XV sqq. intellexit hoc carmen caput Suetonianum versibus conscriptum esse.

Digitized by Google

Secundus cardinalis Subsolanus.

Laterales eius Vulturnus et Eurus.

At subsolanus rutilo tibi Phoebe propinqus
peplum ceruleae † tygoni siccat amatae.
huic aliud nomen quod dicitur aphelyoten.
eructans animam parili moderamine mixtam
nec stringens hebetat nimio nec igne uaporat.
dextram uulturnus, laeuam circumtonat eurus.
decoquit Eoas prior, hic humectat arenas.
calchias est calidus Pelopis regione uocatus.

Tercius cardinalis Auster.

Laterales eius Euro auster et Austro africus.

Verum per zonam solaribus ignibus ustam,
qua recolit fuscus feruentia littora Maurus,
auster ab antipodis humili statione remotis
mitior in patriam quam lex iubet euolat istam.
namque sinus gelidum pariens antarcticus illum
aestu mutari dedignaturque relidi,
dum peragrat mediam terraeque polique plateam.
hunc quoque Daedaleae noton expressere Micenae.
quicquid uer genuit decoris, sibi marcidus haurit
interimens flores et obumbrans ruris honores,
dextro qui famulo † desedat nomen et euro:
at latus ensiferum quatiens austro affricus udum
gaudet conpositis gemino cognomine pennis.

Quartus cardinalis Zephyrus.

Laterales eius Africus et Chorus.

Mollior occiduos zephirus lambendo Britannos
dicitur Italiae sed et iste fauonius orae:
arma pharetratae labefactat uitrea brumae.
nam recreat florem matri prius immorientem
alliciendo senes iterum iuuenescere montes.
cui fauet a dextris pluuialibus africus alis.
hunc libin ex patrii dicunt idiomate uerbi

30 tygoni *cod. forlasse* Tritoni || 36 calchias] *immo* caecias || et e austro africus *cod.* || 48 ensiferum *scripsi:* sensiferum *cod.* || 51 horae *cod.*

Hannibalis gentes, cuius uocat Africa manes.
postremus, circo postremum si quid in illo,
emergit chorus, argestes hic quoque dictus.
Hi sunt bis seni quadro sub cardine uenti
perflantes mediae spatiosa uolumina terrae.
nec quemquam moueat, quod plura uocabula restant,
quorum diuersis uicibus fungantur in horis.

151 b

VERSVS DE XII VENTIS

Quattuor a quadro consurgunt limite uenti.
hos circum gemini dextra laeuaque iugantur,
atque ita bis seno circumdant flamine mundum.
primus aparctias arctoo spirat ab axe:
huic nostra nomen lingua est septentrio factum.
circius huic dexter gelido circumtonat arcto:

(H) 1 *Oehlerus* || 62 moueat *Beckerus:* moneat *cod.* || *151 b Anthologia latina ed. Burmann. V 114 ed. Meyer. n. 1056 Wernsdorf. poetae latini minores V 1 pag. 523.* — ' *Edidit hoc carmen Pithoeus IIII p. 178, sed ubi incipit a quarto versu* primus apartias, *tribus prioribus in finem coniectis, unde eos in sedem legitimam revocavi, sic iubentibus cod. Vossiano, ex quo descripserat Tollius in fronte ed. catal. Scal., tum Leidensi, quem ipse contuli, et veteri codice Reginae Christinae, quem excussit Heinsius. et sic Pithoeus in exempl. bibl. Paris. notaverat: "hi tres uersus praeponi debuerunt, qui sunt ex libro Isidori de astrologia." in his autem codicibus titulus erat* VERSVS DE DVODECIM VENTIS.' *Burmannus. Extat hoc carmen praeterea in codicibus nonnullis Isidori de natura rerum: quod in causa est cur in editionibus Isidori Bignaeana et Breuliana post caput 37 libri illius legatur. Grialius in adnotatione h. l. posuit ex antiquissimo Isidori Ouetensi codice. Arevalus deinde varietatem scripturae ex codicibus Vaticano Ottoboniano 6 p. 25, ubi rubrica erat* uersus uentorum, *et Albanio excerptam addidit* || 1 limine *cod. Arevali* || 2 hos circum gemini *Grialius* hi quoque sex gemini *Pithoeus* || iugantur *Grialius, v. c. Reginae, Leidensis, cod. Succicus (cf. act. Ienens. V p. 9 sq.)* uagantur *Vossianus* recurrunt *Pithoeus* || 4 alto qui spirat *Grialius* altus qui spirat *cod. Arev.* || 5 huic nostra nomen lingua est septentrio factum *Pithoeus* huic nomen nostra e lingua septentrio fixit *Grialius* huic nostra nomen lingua septentrio fixit *cod. Arev.* || factum] fine *cod. Succicus* finxit *Bignaeus,* ' *nonnulli codices*' *Arevali* || 6 huic dexter *Grialius* hinc dextro *Pithoeus* hunc dextro *vel* huic dextra *cod. Arevali* hinc dextra *Pithoeus in notis* || gelidus *Pithoeus l. c.* || arcto *Pithoeus l. c.:* antro *vulgo*

Digitized by Google

thrasciam Graii propria dixere loquela.
huic laeuus boreas glaciali turbine mugit:
frigidus hic aquilo nostris uocitatur in oris.
at subsolanus solis flat rectus ab ortu,
Graecus apelioten apto quem nomine signat.
huic at uulturnus dextra de parte leuatur,
Attica caecian Graiis quem littora signant.
nubifero flatu laeuum latus inrigat eurus,
Dorica quem simili designat nomine lingua.
at notus e medio solis dat flamina cursu;
austrum rite uocant, quia nubila flatibus haurit.
euronotus cui dexter adest, quem nomine mixto
euroaustrum Latia dixerunt uoce Latini.
libonotus laeuam calidis attaminat auris,
aestibus immensis ardens austroafricus hic est.
solis ab occasu flores zephyri tuba seruat,
ex Itala nomen cui fixum est uoce fauoni.
huic dextram tangit dictus lips Atthide lingua:
africus hic propria ueniens regione uocatur.
at tu core fremis zephyri de parte sinistra,
argesten Graio uocitarunt ore Camenae.

7 thrasciam Graii *Grialius* thrasciam Graeci *v. c. Reginae, Vossianus* thrascian Graeci *Pithoeus, Leidensis* || 8 huic *Grialius, cod. Reginae, Vossianus, Suecicus* hinc *Pithoeus* || saeuus *coni. Heinsius* || mulgit *Pithoeus* mugit *idem in notis* || 9 hic *Grialius* hinc *Pithoeus* 10 solis *Grialius* medio *Pithoeus, cod. Arevali* || 11 apelioten *Grialius* aphelioten *Pithoeus* || 12 huic *Grialius, cod. Reginae, Vossianus, Leidensis* hinc *Pithoeus* || at uulturnus dextra de parte *Grialius* uulturnus adest dextra qui parte *Pithoeus* || leuatus *Pithoeus* || 13 littora signant *Grialius* littera signat *Pithoeus, cod. Arevali* || 14 flatu leuigatas irrigat auras *Grialius* || 15 Dorica *Grialius, cod. Suecicus, Heinsius* Dorida *Pithoeus* || 19 Latia] patria *coni. Burmannus* || 20 adnominat *cod. Arevali* || 21 istibus *Vossianus* || 22 abscessum solis *Pithoeus* || flores zephyri tuba seruat 'alii' *Pithoei* zephyri tuba florea seruat *Grialius, Pithoeus (qui in textu* † tumba *habet), v. c. Reginae, Vossianus, Leidensis, Suecicus* || 23 ex Itala nomen cui fixum est uoce fauoni *Grialius*, 'alii' *Pithoei* Italia ueniens cui dictum est uoce fauoni *Pithoeus* || 24 huic *cod. Reginae, Grialius* hinc *Pithoeus* || dextra mugit *cod. Arevali* || attice *Pithoeus* attide 'alii' *Pithoei* || 25 hic *Grialius* hinc *Pithoeus* || 26 atta chore *Leidensis* || fremis *Grialius, cod. Reginae, Suecicus, Leidensis* fremens *Pithoeus* || argesten Graio uocitarunt ore Camoenae *Grialius* argesten quem

Digitized by Google

161 a

DE PHILOMELA

Dulcis amica ueni, noctis solatia praestans:
inter aues etenim nulla tui similis.
tu philomela potes uocum discrimina mille,
mille uales uarios rite referre modos.
nam quamuis aliae uolucres modulamina temptent,
nulla potest modulos aequiparare tuos.
insuper est auium spatiis garrire diurnis,
tu cantare soles nocte dieque simul.
parus enim quamquam per noctem tinnipet omnem,
sed sua uox nulli iure placere potest.
dulce per ora sonat, quam dicunt nomine drostam,
set fugiente die illa quieta silet.
et merulus modulans tam pulchris zinzinat odis,

Graia suo uocat ore Camena *Pithoeus in notis* argesten raii uocitant cognomine prisco *Vossianus, Leidensis* argesten Graii uocitant cognomine *Pithoeus* || *161 a Anthologia latina ed. Burm. V 143 ed. Meyer. n. 233 Wernsdorf. poet. lat. min. VI 2 p. 388 sqq. — Primum editum est in Aldina Ovidi 1502 quam secutae sunt Aldina 1515, Parisina Colinaei, Gryphiana Lugdunensis, Bersmanni Lipsiensis, deinde recepit Goldastus inter Erotica et amatoria opuscula Francof. 1610 p. 71, qui poetae nomen Albi Ovidii Iuventini in codice se invenisse contendit. diversum eiusdem poematis exemplum protulit Schottus observat. hum. II 51 p. 101. ego in exhibendo carmine Aldinam secutus sum cum praesertim e conlatione Lerschi idem carmen Aldino consimile in codice Bruxellano 1828 4. membran. s. XI (= B) extare intellexissem. in Aldina inscribitur* DE PHILOMELA ELEGEIA, *in B* DE PHILOMELA, *apud Schottum* DE VOCIBVS AVIVM ET QVADRVPEDVM || 1—8 *Schottus haec ita exhibet:* Scribere me uoces auium philomela coegit, | quae cantu cunctas exsuperat uolucres. | nam philomela canit uocum discrimina mille, | et cantare simul nocte dieque potest || 2 tibi *vulgo* || 4 mille potes *vulgo* | uarios tuta *Leidensis Burmanni* (= *L*) uarios ipsa *vulgo* || 5 quamuis] cantus *B* || 6 modulis aequiualere tuis *vulgo* || aequiparare *L* aequiperare *B* || 7 in **p *B* || sp **us *B* || 8 cantare simul *vulgo* | dieque potes *vulgo* || 9 parus *B* parrus *vulgo* || quamquam *BL* quamuis *vulgo* || tinnipet *Burmannus:* tinnibet *B* timpanet *L* tinninet *vel* tinnitet *vulgo* || 10 uox eius nulli iure placere potest *Schottus* || set *B* at *vulgo* || 11 per ora *B* pelora *Schottus* palara *vulgo* parala *Burmannus* || drostam *Aldus:* droscam *Schottus* druscam *B* closam *L* || 12 illa *B* nempe *vulgo* || 13 tam pulchris zinzinat odis *B* tam pulchris concinat odis *L* tam pulchris concinit odis *Aldus* sat pulcris tiunitat odis *Schottus*

Digitized by Google

nocte ruente tamen cantica nulla canit.
uere calente nouos componit acredula cantus,
matutinali tempore rurirulans,
dum turdus trucilat, sturnus dum pusitat ore,
sed quod mane canunt, uespere non recolunt.
cacabat hinc perdix, hinc gracitat improbus anser,
et castus turtur atque columba gemunt.
plausitat arborea clamans de fronde palumbes,
in fluuiisque natans forte titinnit anas.
grus gruit in † grunnis, cigni prope flumina drensant,
accipitres pipant, miluus hiansque lupit.
cucurrire solet gallus, gallina cacillat,
pupulat et pauo, trissat hirundo uaga.
dum clangunt aquilae, uultur pulpare probatur,
crocitat et coruus, fringulit et graculus.
gloctorat immenso maerens ciconia rostro,
pessimus at passer * * * * *.
psittacus humanas depromit uoce loquelas,

---

14 carmina *Aldus* || 15 uere calente *Aldus* uere ualente *B* uoce calente *Schottus* || credula *B* || 16 rurirulans *B* rurilulans *Schottus* tunc rutilans *L* tunc mitilans *Aldus* || 17 dum *B*, *Aldus* et *Schottus* tunc *Meyerus* || trucilat *B* trutilat *Aldus* turculat *L* truculat *Schottus* || dum *O. Iahnius:* tunc *libri* || pusitat *B*, *Schottus* pulsitat *L* pisitat *Aldus* || 18 canunt] colunt *B* cantat *L* || uespere non retulit *L* || 19 cacabat *Aldus*, *Schottus* racitat *L* cantitat *B* caccabat *Burmannus* || hinc] et *B om. L* || gracitat *B* cigracitat *L* gratitat *Aldus* graccitat *Schottus* || 20 pusitat *B* || 21 clamans *B*, *Aldus* resonans *Schottus* || 22 forte *B* sorte *Aldus* ore *Schottus* || titinnit *B* tetrinit *Aldus* tretinnit *Schottus* || anans *B* || 23 grus gruit in grunnis *B* grus gruit inque glomis *Aldus* Martia grus gruit, ast *Schottus* || 24 accipitres pipant *B* accipiter pipat *Aldus*, *Schottus* || lupit *B* lipit *Aldus*, *Schottus* || 25 gugurrire *B* || cacillat *B*, *Schottus* gracillat *Aldus* || 26 pupulat *B* pupillat *Aldus* pululat *Schottus* || et *B* at *Schottus om. Aldus* || trissat *Schottus* trinsat *Aldus* tristis *B* || 27 dum clangunt *B*, *Aldus* clangunt porro *Schottus* || 28 crocitat et *B* et crocitat *Aldus*, *Schottus* || fringulit et graculus *B*, *Schottus* gracculus at frigulat *Aldus* || 29 gloctorat *Schottus* glotorat *Aldus* crocitat *B* || merens *B* de turre *vulgo* || 30 at] et *B* || constitiare colit *B* solstitia recolit *Schottus* (pessimus ut passer) sic titiare cupit *Burmannus* sat titiare cupit *Wernsdorfius* tristia flendo pipit *Aldus* (rapit *Bersmannus*, ripit *Goldastus*) || 31 psitacus *B* || humaras *B*

Digitized by Google

atque suo domino χαῖρε ualeque sonat.
pica loquax uarias modulatur gutture uoces,
scurrili strepitu quidquid et audit ait.
et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada,
bombilat ore legens munera mellis apis.
bubulat horrendum ferali carmine bubo,
humano generi tristia fata ferens.
strix nocturna sonans et uespertilio stridunt,
noctua lucifuga cucubat in tenebris.
ast ululant ululae lugubri uoce canentes,
inque paludiferis butio buttit aquis.
regulus atque merops et rubro pectore progne
consimili modulo zinzinulare sciunt.
scribere me uoces auium philomela coegit,
quae cantu cunctas exsuperat uolucres.
sed iam quadrupedum fari discrimina uocum
nemine cogente nunc ego sponte sequar.
tigrides indomitae rancant rugiuntque leones,
panther caurit amans, pardus hiando felit.
dum lynces orcando fremunt, ursus ferus uncat;
ast lupus ipse ululat, frendit agrestis aper.
et barrus barrit, cerui clocitant, equus hinnit,
ast taurus mugit et mugilant onagri.
quirritat uerres, tardus rudit oncat asellus;

---

vv. 32. 33. 34 *om. B* || 32 χαῖρε sonat uel aue *Schottus* || 33 modulatur *Aldus* concinnat *Schottus* || 34 scurriliter *Aldus* || 35 fritinnit rauca cicada *Aldus* et rauca cicada fritinnit *Schottus* rauca cicada frinit *B* || 36 *sqq. om. B* || 37 bubilat *Schottus* || ferali murmure *Schottus* || 40 tutubat *Boxhornius* || 42 buttit *Schottus* bubit *Aldus* butit *Burmannus* || 44 zinzinulare *Burmannus:* zinzilulare *Aldus* tintinulare *Schottus* || *vv. 45 sq. toti elegiae Schotti exemplum praemittit* || 47 *sq.* Quadrupedum quoque nunc audi discrimina uocum, | quae retinent uoces, sunt ut eis species. *Schottus* || 49 rancant *Aldus* raucant *Bersmannus* raccant *Schottus* || 51 dum lynces orcando fremunt, ursus ferus uncat *Aldus* lynces cando fremunt, ursus nec non ferus uncat *Schottus* || 52 ast lupus ipse ululat *Aldus* porro lupus ululat *Schottus* || frendit *Aldus* frendet *Schottus* || 53 *sq.* et barrus barrit, cerui clocitant, equus hinnit, | ast taurus mugit et mugilant onagri *Schottus* et barrus barrit, cerui glocitant et onagri, | ast taurus mugit et celer hinnit equus *Aldus* || 55 quirritat uerres, tardus

Digitized by Google

blatterat hinc aries et pia balat ouis
sordida sus pascens ruris per gramina grunnit;
at miccire capris hirce petulce soles.
rite canis latrat, fallax uulpecula gannit,
glaucitat et catulus, at lepores uagiunt.
mus auidus mintrit uelox mustelaque drindit,
et grillus grillat, desticat inde sorex.
ecce uenenosus serpendo sibilat anguis,
garrula limosis rana coaxat aquis.
has uolucrum uoces descripsi quadrupedumque,
quas natura illis grata parens tribuit.
sed cunctas species animantum nemo notauit,
atque sonos ideo dicere quis poterit?
cuncta suo Domino depromunt munera laudum,
seu semper silent, siue sonare queant.

161 b

Quis uolucrum species numeret, quis nomina discat?
mille auium cantus, uocum discrimina mille,
nec nostrum fateor tantas discernere uoces.
hinc titiare cupit diuersa per auia passer,
garrula uersifico tignis mihi trissat hirundo,
accipitres piplunt; longoque ciconia collo
gloctorat et ranas grandi rapit inproba rostro.
zinzilat et merulae dulci modulamine cantus;

---

rudit, oncat asellus *Aldus* quiritat uerres setosus et oncat asellus *Schottus* || 56 blaterat hinc *Aldus* braterat ast *Schottus* || 57 pascens *Aldus* subigens *Schottus* || 58 miccire *Goldastus:* mutire *Aldus* micere *Schottus* || 59 rite *Aldus* porro *Schottus* || 60 glaucitat et catulus *Aldus* glutinat et catulus *Schottus* || 61 mintrit *Schottus* mintrat *Aldus* || uelox mustellaque *Aldus* uelox mustecula *Schottus* || drindit *Schottus* dintrit *Aldus* || 63 ecce uenenosus *Aldus* nempe uenenosus *Schottus* || 69 cuncta suo *Aldus* cuncta tamen *Schottus* || 70 seu semper sileant siue sonare queant *Aldus* seu semper sileant nocte dieue canant *Schottus* || *161 b Descripsit primus Bondamus in variis lectionibus p. 244 deinde Burmannus in anthologia latina V 143 e codice advers. Is. Vossi Leidensi. apud Meyerum legitur sub n. 1079* || 1 dicat *coni. Burmannus* || 3 tantas *Vossius in mg. cod.:* tantis *cod.* || 6 longoque *Burmannus:* longo *cod.* || *vv. S. 9 transpositione membro-*

Digitized by Google

haec inter laetis parus nunc tinnipat aruis.
faccilat hic uolitans turdus, gallina cacillat.
dum miluus iugulat, trinnit tunc inprobus anser.
interea perdix cacabat nidumque reuisit.
† nauculus cantans scottos iter ire perurget.
nec minus interea pecudum genus omne ferarum
mueitat et proprias norunt animalia uoces:
sic ululare lupos certum est hircareque linces.

161 c

Vt balatus ouis sic est rugire leonis,
ut latrare canis barritus sic elephantis,
est hinnitus equi nec non ruditus aselli.

Relicua nondum edita sunt.

---

rum emendavi: leguntur enim in libro sic: zinzilat et laetis paruis nunc tinnipat aruis; | haec inter merulae dulci modulamine cantus || 9 laetis] latis *Burmannus* || parus *scripsi:* paruis *cod.* parrus *Burmannus* || 11 iugilat *Burmannus* || *161 c Initium glossarii metrici Helmstadiensis v. Wernsdorf. poet. lat. min. VI 1 p. 255.*

Pag. 250 huius libri glossarii quod *G* littera notavi haec pars omissa est: 'Feras etiam proprias uoces habere ita pronuntiant: leones fremere, tigrides rachare, pardos felire, pantheras caurire, ursos uncare uel saeuire, apros frendere, lynces ureare, lupos ululare, serpentes sibilare, elephantes barrire, onagros magilare, ceruos sugire, tauros mugire, equos hinnire, asinos rudere, porcos grunnire, uerres quirritare, arietes horrectare, oues balare, hircos miccire, haedos uebare, canes latrare, uulpes ganuire, catulos glattire, lepores uagire, mustelas drinorare, mures mintare, sorices desticare, ranas rauire uel coaxare.'

Digitized by Google

CETERORVM LIBRORVM

RELIQVIAE

Digitized by Google

DE REGIBVS LIBRI TRES

EVROPAMque ASIAMque, duo uel maxima terrae 177
membra, quibus LIBYAM dubie SALLVSTIVS addit
Europae adiunctam, possit cum tertia dici,
regnatas multis, quos fama oblitterat et quos
barbara Romanae non tradunt nomina linguae:
ILLIBANVM NVMIDAMque AVELIM PARTHVMque VONONEM
et CARANVM Pellaea dedit qui nomina regum,

177 Ausonius epist. XVIIII: 'Ausonius Pontio Paulino. ...iam prima nox erat ante diem nonum decimum calendarum Ianuariarum, cum redditae sunt mihi litterae tuae oppido quam litteratae. his longo iucundissimum poema subdideras, quo (quod *vulgo*) de tribus Suetonii libris quos ille de regibus dedit [in] epitomen coegisti (coegit *Vinetus*) tanta elegantia, solus ut mihi uideare assecutus, quod contra rerum naturam est, breuitas ut obscura non esset. in his uersibus ego ista cognoui: Europamque *e. q. s.* Haec tu quam perite et concinne, quam modulate et dulciter, ita iuxta naturam Romanorum accentuum enuntiasti, ut tamen ueris ac primigeniis uocibus sua fastigia non perirent. iam quid de eloquentia dicam? liquido adiurare possum, nullum tibi ad poeticam facundiam Romanae iuuentutis aequari. certe ita mihi uideris. si erro pater sum. fer me et noli exigere iudicium obstante pietate. uerum cum pie diligam, sincere ac seuere iudico. affice me oro tali munere frequenter, quo et oblector et honoror. accessit tibi ad artem poeticam mellea modulatio. quid enim aliud agunt

audax Icario qui fecit nomina ponto
et qui Chalcidicas moderate enauit ad arces,

nisi ut et uegetam et sublimem alacritatem tuam temeritatem uoces, me uero et consultum et quem filius debeat imitari salutari prudentia praeditum dicas? quod equidem contra est. nam tu summa sic appetis ut non decidas, senectus mea satis habet si consistat. haec ad te breuiter et illico uesperis illius secuto mane dictaui. ita enim tabellarius tuus ut epistolam referret instabat. nam si mihi otium fuerit oblectabile, negotium erit ad te prolixius delirare, te ut eliciam, mihi ut satisfaciam. vale.'

2 Sallustius Ingurtha 17: 'In diuisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantummodo Asiam et Europam esse, sed Africam in Europa.'

6 Tacitus ann. XII 14: 'Dein Gotarzes morbo obiit accitusque in regnum Vonones Medos tum praesidens. nulla huic prospera aut aduersa quis memoraretur: breui et inglorio imperio perfunctus est, resque Parthorum in filium eius Vologesen translatae.'

7 Solinus polyh. 9 p. 19 D: 'Macedo Deucalionis maternus ne-

Digitized by Google

quique magos docuit mysteria uana NECHEPSVS,
et qui regnauit sine nomine † mox SESOOSTRIS.

178* PICVS SATVRNI filius regnauit agro Laurentino usque ad eum locum ubi nunc Roma est, ann. XXXVIII. eo tempore ibi nec oppida nec uici erant, sed passim habitauerunt. FAVNVS Pici filius eisdem locis regnauit annis XLIIII. eo tempore Hercules cum ab Hispania reuerteretur aram quae est Romae ad forum boarium posuit et dedicauit eo quod Cacum filium Vulcani ibi in spelunca sua occiderat. LATINVS isdem locis regnauit (a. XXXVI). hic ex suo nomine ciues suos Latinos appellauit. hoc regnante Troia capta est, unde Aeneas Veneris et Anchisae filius uenit et se cum La-

pos, qui solus cum domus suae familia morti publicae superfuerat, uertit uocamen *(Emathiae)* Macedoniamque a se dixit. Macedonem Caranus insequitur dux Peloponnesiae multitudinis, qui iuxta responsum dictum deo, ubi caprarium pecus resedisse aduerterat, urbem condidit, quam dixit Aegeas, in qua sepeliri reges mos erat, nec alter excellentium uirorum bustis apud Macedones priscos dabatur locus.'

178* Chronographus Mommsenianus p. 644 sq.: 'Item origo gentis Romanorum, ex quo primum in Italia regnare coeperunt. Picus' e. q. s.

3 sqq. Syncellus p. 322 sq.: *Λατίνων βασιλεῖς. Πολλῆς διαφωνίας γενομένης παρὰ τοῖς πολλοῖς περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς μὲν ἐσχάτως μετὰ Ῥώμυλον βασιλείας ὀνομασθείσης ἀπ' αὐτοῦ, πρὸ αὐτοῦ δὲ Λατίνων ἀπὸ Λατίνου τοῦ βασιλεύσαντος πρὸ Αἰνείου κατὰ τοὺς Τρωικοὺς χρόνους. τὸν αὐτὸν πρὸ αὐτοῦ καλούμενον Ἄλβανον ἀπὸ Ἄλβάνου Κρόνου τοῦ πάντων κατὰ τὴν Ἰταλίαν βασιλέων πρώτου λεγομένου, παρέλκον ἡγούμεθα κανονικῇ θεωρίᾳ τὰς τούτων παραθέσθαι χρήσεις, τοῦτο μόνον σημαίνοντες ὅτι πρὸ Αἰνείου ἀ φασὶ Πεῖκον υἱὸν Κρόνου βασιλεῦσαι χώρας Λαυρέντου λξ'. εἶναι δὲ τὴν χώραν ἕως τῆς νυνὶ Ῥώμης πόλεως, μεθ' ὃν Φαῦνον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πείκου τοῦ καὶ Διὸς ἔτη μδ'. τοῦτον δέ φασί τινες Ἑρμῆν, καθ' ὃν Ἡρακλῆς ἀπὸ Σπανίας ἐπανελθὼν ἐν φίρῳ τῷ λεγομένῳ βοαρίῳ βωμὸν ἤγειρε, διότι ἀνεῖλε Κάκον τὸν Ἡφαίστου υἱόν· ὡς δέ τισιν ἔδοξε, καὶ ἐβασίλευσε μετὰ Φαῦνον ἔτη λε' ὁ Ἡρακλῆς. ἔπειτα Λατῖνος ἔτη λς'. τούτου κατὰ τὸ λγ' ἔτος Αἰνείας ἐξ Ἰλίου παραγενόμενος σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ ὅπλοις καὶ πλούτῳ παρεσκευασμένος, συμμαχήσας δὲ αὐτῷ Λατίνῳ κατὰ Ῥουτούλων καὶ Τοῦρνον ἀνελὼν Λαβινίᾳ ζεύγνυται Λατίνου θυγατρὶ τοῦ βασιλέως, καὶ βασιλεύει τῆς χώρας μετὰ τὸν Λατῖνον ἔτη γ', κτίσας πόλιν ἐπ' ὀνόματι τῆς γυναικὸς Λαβινίαν, ἐν ᾗ καὶ ἐβασίλευσε. τινὲς ἔτη ἡ φασὶ τὸν Αἰνείαν βασιλεῦσαι Λατίνων ἔτη δ' μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας, ἔτε-*

1 Nechepsus *Vinetus:* Nechepsi *vulgo* || 2 mox] *fortasse* non || 3 Laurentine *cod.* || 7 ara *cod.* || 9 occiderat *Mommsenus:* occideret. Bellum cum Troianis. *cod.* || 10 a. XXXVI *addidit e Syncello l. c. Mommsenus* || 11 regnante et *cod.* || 12 et se *Mommsenus:* esse *cod.*

Digitized by Google

tino iunxit unaque bellum gesserunt aduersus Rutulos. eo praelio Latinus occisus est et regnum eius penes Aeneam remansit. AENEAS oppidum condidit Lauinium ibique regnauit annis tribus. ASCANIVS Aeneae filius regnauit annis XXXVI. Albam Longam condidit.

Reges Albani.

POSTVMVS SILVIVS Aeneae nepos regnauit ann. XXXVII. ab hoc prognati postea Albae regnauerunt ac SILVI sunt cognominati. AENEAS SILVIVS regnauit annos XXXI. LATINVS LI. ALBA XXVIII. APPIVS XLI. CAPYS XXVIII. CAMPEIVS XXI. TITVS VIII. AGRIPPA LI. AVENTINVS XXXVIII. PROCAS VIII. AMVLIVS LI. REMVS SILVIVS regnauit XVII. eum Romulus interfecit.

ambitio sine frugalitas eius, si deum offendit qualiscumque pompa circi. etsi pauca simulacra circumferat, in uno idololatria est, etsi unam tensam trahat, Iouis tamen plaustrum est: quaeuis idololatria sordide instructa uel modice locuples et splendida est censu criminis sui.' — Festus p. 364: 'Tensam ait uocari Sinnius Capito uehiculum, quo exuuiae deorum ludicris circensibus in circum ad puluinar uehuntur. fuit et ex ebore ut apud Titinnium in barbato et ex argento.' cf. Paulus Festi p. 365. — Tertullianus de corona 13: 'Coronant et publicos ordines laureis publicae causae, magistratus uero insuper aureis, ut Athenis ut Romae. superferuntur etiam illis Hetruscae. hoc uocabulum est coronarum quas gemmis et foliis ex auro quercinis ab Ioue insignes ad deducendas tensas cum palmatis togis sumunt. sunt et prouinciales aureae imaginum iam non uirorum capita maiora quaerentes.' cf. ibidem 7. 12.

188** Tertullianus de spectaculis 8: 'Vt et de locis ... argumentantur. plane uenefica eis utique negotium gessit hoc nomine quorum sacerdos erat, daemoniis et angelis scilicet. quot igitur in habitu loci ipsius idololatrias recognoscis? singula ornamenta circi singula templa sunt. oua ... nouere. animaduerte Christiane quot nomina inmunda possederint circum.' e. q. s. — Servius Aen. VIII 636: 'circenses dicti uel a circuitu, uel quod ubi nunc metae sunt olim gladii ponebantur quos circumibant. dicti inde circenses ab ensibus, circa quos circumibant.' — Plinius N. H. XVIII 2: 'Seiamque a serendo Segestam a segetibus appellabant, quarum simulacra in circo uidemus. tertiam ex eis nominare sub tecto religio est.' cf. Macrobius sat. I 16 Augustinus C. D. IIII 8. — Macrobius sat. III 4: 'Cassius Hemina dicit Samothracas deos eosdemque Romanorum Penates dici *θεοὺς μεγάλους θεοὺς χρηστοὺς θεοὺς δυνατούς*.' Varro L. L. V 58: 'Terra enim et Caelum ut Samothracum initia docent, sunt Dei Magni et hi quos dixi multis nominibus. non quas Samothracia ante portas statuit duas uirilis species aeneas Dei Magni, neque ut uolgus putat ii Samothraces Dei qui Castor et Pollux. sed ii mas et femina. et hi quos Augurum libri scriptos habent sic: Dini qui potes, pro illo quod Samothraces *θεοὶ δυνατοί*.' cf. Servius Aen. II 296 III 12. — Plinius N. H. XXXVI 9: 'Is autem obeliscus quem di-

2 in semelipsa *A* in *cieci* || 3 armomaxis *A* || 5 quod — quod — quod *Aa* || 8 et *om. Aa* || 9 aedes *Ab* || 12 Soli *Fr. Iunius:* habent Soli *A* atque Soli *Oehlerus* || suo *A* suo ut uolunt *vulgo* || aeditum *Aa*

mant, ab ea et circi appellationem argumentantur. oua honori Castorum adscribunt qui illos ouo editos credendo de cygno Ioue non erubescunt. delphines Neptuno uomunt. columnae Sessias a sementationibus, Messias a messibus, Tutulinas a tutela fructuum sustinent. ante has tres arae trinis deis parent: Magnis Potentibus Valentibus. eosdem

uus Augustus in circo magno statuit excisus est a rege Semneserteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit, centum uiginti quinque pedum et dodrantis, praeter basin eiusdem lapidis: is uero quem in campo Martio nouem pedibus minor a Sesostride. inscripti ambo rerum naturae interpretationem Aegyptiorum philosophia continent.' XXXVI 8: 'Trabes ex Syenite marmore fecerunt reges quodam certamine obeliscos uocantes solis numini sacratos.' — Varro L. L. V 154: 'Intumus circus ad Murciam uocatur ut Procilius aiebat ab urceis, quod is locus esset inter figulos: alii dicunt a murteto declinatum, quod ibi id fuerit: quoius uestigium manet, quod ibi sacellum etiam nunc Murteae Veneris.' cf. Paulus Festi p. 148. Servius Aen. VIII 636: 'Vallis autem ipsa ubi circenses editi sunt ideo Murcia dicta est, quia quidam uicinum montem Murcum appellatum uolunt: alii quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit, circa quod nemus e myrtetis fuisset; inde mutata littera Murciam appellatam: alii murcidam a murco quod est murcidum dictum uolunt. pars a dea Murcia dicit, quae cum ibi Bacchanalia essent, furorem sacri ipsius murcidum faceret.' — Isidorus origg. XVIII 29—31: 'Ornamenta circi oua meta obeliscus carceres. oua honori Castoris et Pollucis ascribunt, qui illos oua editos credendo de cygno Ioue non erubesunt. fingunt autem circensia Romani ad causas mundi referri: ut sub hac specie superstitiones uanitatum suarum excusent *(cf. fragm. 189**)*. metarum quippe appellatione proprie terminum ac finem mundi designari uolunt, ab eo quod alicui emensus finis est siue ad testimonium orientis occidentisque solis. obeliscum Mesphres rex Aegypti primus fecisse fertur tali ex causa. cum quodam tempore Nilus uiolenta inundatione Aegypto nocuisset, indignatus rex tamquam poenas a flumine exigeret sagittam in undas misit. non multo post graui ualetudine correptus lumen amisit; qui post caecitatem uisu recepto duos obeliscos soli sacrauit. obeliscus enim sagitta dicitur: qui ideo in medio circo ponitur quia per medium mundum sol currit. medio autem spatio ab utraque meta constitutus obeliscus fastigium summitatemque caeli significat, cum sol ab utroque spatio medio horarum discrimine transcendit. summo obelisco superpositum est quoddam auratum in modum flammae formatum, quoniam sol plurimum in se caloris atque ignis habet.' — Cassiodorius var. III 51: 'Primus enim hoc apud Elidem Asiae ciuitatem Oenomaus fertur edidisse, quod postea Romulus in raptu Sabinarum necdum fundatis aedificiis ruraliter ostentauit Italiae. sed mundi dominus ad potentiam suam opus extollens mirandam etiam Romanis fabricam in uallem Murciam tetendit Augustus, ut immensa moles firmiter praecincta montibus contineret, ubi magnarum rerum indicia clauderentur. bissena quippe ostia ad duodecim signa posuerunt. haec ab hermulis funibus demissis subita aequalitate panduntur, docentes totum illic ut putabatur consilio geri, ubi imago capitis cognoscitur operari. colores autem in uicem temporum quadrifaria

---

1 argutantur *Fr. Iunius* || 2 decus cygno *A* || 3 delphines *Gangneius:* delphinos *A* || uomunt. columnae *Oehlerus:* uomunt columnae. *vulgo* || 5 tutelinas *Ab* || as *A* || 6 tinis *A* || Valentibus *om. A*

Samothracas existimant. obelisci enormitas ut Hermateles affirmat Soli prostituta, scriptura eius unde et census de Aegypto superstitio est. frigebat daemonum concilium sine sua Matre Magna; ea itaque illic praesidet euripo. Consus ut diximus apud metas sub terra delitescit Murcias. has quoque idolum fecit. Murciam enim deam amoris uolunt, cui in illa parte aedem nouere.

Nunc de artificio quo circenses exhibentur. res eques- 189**

diuisione funduntur: prasinus uirenti uerno, uenetus nubilae hiemi, roseus aestati flammeae, albus pruinoso autumno dicatus est, ut quasi per duodecim signa digrediens annus integer signaretur *cf. fragm. 189***. sic factum ut naturae ministeria spectaculorum composita imaginatione luderentur. biga quasi lunae, quadriga solis imitatione reperta est. equi desultorii, per quos circensium ministri missos denuntiant exituros, luciferi praecursorias uelocitates imitantur. sic accidunt ut dum se colere astra putarent religionem suam ludicra similitudine profanarent. alba linea non longe ab ostiis in utrumque podium quasi regula directa producitur, ut quadrigis progredientibus inde certamen oriretur, ne dum semper propere conantur elidere spectandi uoluptatem uiderentur populis abrogare. septem metis certamen omne peragitur in similitudinem hebdomadis reciprocae. ipsae uero metae secundum zodiacos decanos ternas obtinent summitates, quas ad instar solis quadrigae celeres peruagantur. rotae orientis et occidentis terminos designant. euripus maris uitrei reddit imaginem, unde illuc delphini aequorei aquas interfluunt. obeliscorum quoque prolixitates ad caeli altitudinem sublenantur, sed potior soli inferior lunae dicatus est, ubi sacra piscorum Chaldaicis signis quasi litteris indicantur. spina infelicium captiuorum sortem designat, ubi duces Romanorum supra dorsa hostium ambulantes laborum suorum gaudia perceperunt. mappa uero, quae signum dare uidetur circensibus, tali casu fluxit in morem: cum Nero prandium protenderet et celeritatem ut assolet auidus spectandi populus flagitaret, ille mappam qua tergendis manibus utebatur iussit abici per fenestram, ut libertatem daret certaminis postulati. hinc tractum est ut ostensa mappa certa uideatur esse promissio circensium futurorum. circus a circuitu dicitur, circenses quasi circuenses propterea quod apud antiquitatem rudem quae necdum spectacula in ornatum deduxerat fabricarum inter enses et flumina locis uirentibus agerentur. nec uacat quod uiginti quatuor missibus conditio huius certaminis expeditur, ut diei noctisque horae tali numero clauderentur. nec illud putetur irritum quod metarum circuitus ouorum erectionibus exprimatur; quando actus ipse multis superstitionibus grauidus oui exemplo geniturum se aliqua profitetur. et ideo datur intellegi, nolitantes atque inconstantissimos inde mores nasci, quos animi matribus aptauerunt. cetera circi Romani longum est sermone decurrere, dum omnia uideantur ad causas singulas pertinere.'

189** Tertullianus de spectaculis 9: 'Nunc de artificio' e. q. s.

---

1 enormitates *A* || Hermateles] Hermapion *La Cerda conl. Amm. Marcell. XVIII 4* || 2 prostitutas *A* || 6 has *om. A addidit Rigaltius* | Murtiam *Ab* || amoris *S. Gelenius:* marmoris *A* marcoris *Turnebus advers. XXII 17, Salmasius ad Solinum p. 636 sqq.*

tris retro simplex de dorso agebatur et utique communis usus reus non erat. sed cum ad ludos coactus est transiit a dei munere ad daemoniorum officia. itaque Castori et Polluci deputatur haec species, quibus equos a Mercurio distributos Stesichorus docet. sed et Neptunus equestris est, quem Graeci ἵππιον appellant. de iugo uero quadrigas soli bigas lunae sanxerunt. sed et

primus Erichthonius currus et quatuor ausus
iungere equos rapidusque rotis insistere uictor.

Erichthonius Mineruae et Vulcani filius et quidem de caduca in terram libidine portentum est daemonicum immo diabolus ipse non coluber. si uero Trochilus Argiuus auctor est currus primi, Iunoni id opus suum dedicauit. si Romae

Philargyrus georg. III 113: 'Varro in libro qui admirabilium inscribitur Erichthonium ait primum equos quattuor iunxisse ludis qui Panathenaea appellantur. de hoc Erichthonio alibi satis dictum, qui anguinis pedibus fuisse memoratur.' Syncellus p. 297: *Ἐριχθόνιος ἅρμα πρῶτος Ἕλλησιν ἐφεῦρεν, ἦν γὰρ παρὰ βαρβάροις.* cf. Hieronymus a. 543: 'Erichthonius primus quadrigam iunxit in Graecia. erat quippe apud alias nationes.' — Hieronymus a. 447: 'Trochilus primus fertur iunxisse quadrigam.' — Lydus de mensibus III 25: *τριῶν ἁρμάτων καὶ οὐ τεττάρων ἁμιλλωμένων ἐπὶ τῆς ἱπποδρομίας οἱ μὲν ῥουσσάτοι οἱονεὶ ἐρυθροί, οἱ δὲ ἀλβάτοι οἱονεὶ λευκοί, οἱ δὲ βίριδες οἱονεὶ ἀνθηροί· πρασίνους δὲ αὐτοὺς νῦν προσαγορεύουσι. καὶ οἱ μὲν ῥουσσάτοι ἠξίουν τοῦ Ἄρεος εἶναι, οἱ δὲ λευκοὶ τοῦ Διός, οἱ δὲ ἀνθηροὶ τῆς Ἀφροδίτης. ὕστερον δὲ καὶ τὸ βένετον· βενέτους δὲ αὐτοὺς ἐπιχωρίως καλοῦσι σιδηροβάφους· τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν λεγόμενον καλλάϊνον χρῶμα Ῥωμαῖοι βένετον προσαγορεύουσιν. οἱ Γάλλοι τοίνυν ἰδιόν τινα τόπον ἐν τῷ ἱππικῷ θεωροῦντες ἐπλήρουν· καὶ Βενέτους αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐσθημάτων ὠνόμαζον καὶ Βενετίαν τὴν χώραν διὰ τὸ μηδένα ποτὲ κατ' ἐκείνην εὐπορῆσαι στυλῆς. διὰ δὲ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐποίησαν τέσσαρας τοὺς ἀγῶνας· τὸ ἀνθηρὸν ἀντὶ πυρὸς εἰς τὴν τῆς Ῥώμης τιμήν· Φλῶραν δὲ αὐτὴν ὠνόμαζον ὥσπερ ἡμεῖς Ἄνθουσαν· δεύτερον τὸ λευκὸν διὰ τὸν ἀέρα· τρίτην τάξιν Ἄρει καὶ τετάρτην Ἄρτι προσληφθεῖσαν Κρόνῳ ἢ Ποσειδῶνι· ἑκατέροις γὰρ τὸ κυανοῦν προσνενέμηται.* — Isidorus origg. XVIII 35 – 41: 'Cursus a cursu dictus uel quia rotas uidetur habere, unde et carrum quasi curuum. quadrigarum uero currus duplici temone olim erant perpetuoque et qui omnibus equis iniceretur. iugo primus Clysthenes Sicyonius tantum medios iugauit eisque singulos ex utraque parte simplici uinculo applicuit, quos Graeci *σειραφόρους* Latini funarios uocant a genere uinculi quo prius alligabantur. quadrigae et bigae, trigae et seiugae ab equorum numero et iugo dictae. ex quibus quadrigas soli bigas lunae trigas inferis seiugas Ioui desultores Lucifero et Hespero sacrauerunt. quadrigas ideo soli iungunt, quia per quattuor tempora annus uertitur: uer et aestatem, autum-

2 tras *** *Aa* ‖ 4 aequos *Aa* ‖ 8 primus] *Verg. georg. III 113sq.* ‖ Erictonius *A* ‖ 10 Erictonius *A* ‖ Vulgani *A* ‖ caduta *Aa* ‖ 12 Trochilus] ut Prophylus *Aa* Prophylus *Ab* ‖ 13 primi *Oehlerus:* primae *A* patriae *Fulv. Ursinus* ‖ opus sum *Aa*

Digitized by Google

Romulus quadrigam primus ostendit, puto et ipse inter idola conscriptus est, si idem est Quirinus. talibus auctoribus quadrigae productae merito et aurigas coloribus idololatriae uestierunt. namque initio duo soli fuerunt albus et russeus; albus hiemi ob nines candidas, russeus aestati ob solis ruborem uoti erant. sed postea tam uoluptate quam superstitione prouecta russeum alii Marti alii album Zephyris consecrauerunt, prasinum uero Terrae matri uel uerno, uenetum Caelo et Mari uel autumno. cum autem omnis species idololatriae damnata sit a deo, utique etiam illa damnatur, quae elementis mundialibus profanatur.

num et hiemem. bigas lunae, quoniam gemino cursu cum sole contendit, siue quia et nocte uidetur et die. iungunt enim unum equum nigrum, alterum candidum. trigas diis inferis, quia hi per tres aetates homines ad se rapiunt, id est per infantiam iuuentutem atque senectam. seiuga maximus currus currit Ioui, propter quod maximum deorum suorum eum esse credunt. ideo autem rotis quadrigas currere dicunt, siue quia mundus iste circuli sui celeritate transcurrit siue propter solem, quia uolubili ambitu rotat, sicut ait Ennius: Inde patefecit radiis rota candida caelum. septem spatia quadrigae currunt referentes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt, siue ad cursum septem dierum praesentium, quibus peractis uitae terminus consummatur, quorum finis est creta id est iudicium. porro equites singulares ideo currere dicunt, quia singulariter unusquisque cursum uitae huius peragit atque transit, alius alio tempore sequens alium, per unam tamen uiam mortalitatis usque ad propriam metam mortis. desultores nominati, quod olim prout quisque ad finem cursus uenerat desiliebat et currebat, siue quod de equo in equum transiliebat. pedites autem aiunt proptera pede currere, quia pedibus curritur mortalitati. ob hoc a superiore parte currunt ad inferiora, id est ab oriente ad occidentem, quia mortales oriuntur et occidunt. nudi currunt, quia et homini in seculo nullae reliquiae sunt. recto spatio currunt, quia inter uitam et mortem nihil distat. sed haec propterea fingunt, ut uanitates suas et sacrilegia excusare conentur. circa causas quoque elementorum idem gentiles etiam colores equorum iunxerunt: roseos enim soli id est igni, albos aeri, prasinos terrae, uenetos mari assimilantes. item roseos aestati currere noluerunt, quod ignei coloris sint et cuncta tunc flauescant, albos hiemi, quod sit glacialis et frigoribus uniuersa canescant, ueri prasinos uiridi colore, quia tunc pampinus densatur. item roseos Marti sacrauerunt, a quo Romani exoriuntur, et quia uexilla Romanorum cocco decorantur, siue quod Mars gaudet sanguine. albos zephyris et serenis tempestatibus, prasinos flori et terrae, uenetos aquis uel aeri, quia caeruleo sunt colore, luteos id est croceos igni et soli, purpureos Iri sacrauerunt, quem arcum dicimus, quod Iris plurimos colores habeat. sicque dum hac spectatione deorum cultibus atque elementis mundialibus profanantur, eosdem deos atque eadem elementa procul dubio colere noscuntur.' cf. Isidorus origg. XVIII 29, 2 Cassiodorius var. III 51. exscripsi ad fragm. 188**.

---

4 namque initio *Salmasius:* nam aequi initio *A* || 6 sed] et *A* || 7 Mati *A* || 8 uero *A* || uenetum—autumno *om. A*

Digitized by Google

190** Transeamus ad scenicas res, quarum et originem communem et titulos pares secundum ipsam ab initio ludorum appellationem et administrationem coniunctam cum re equestri iam ostendimus. apparatus etiam ex ea parte consortes, qua ad scenam a templis et aris et illa infelicitate thuris et sanguinis inter tibias et tubas itur duobus inquinatissimis arbitris funerum et sacrorum dissignatore et haruspice. ita cum de originibus ludorum ad circenses transiimus, inde nunc ad scenicos ludos dirigemus a loci uitio. theatrum proprie sacrarium Veneris est. hoc denique modo id genus operis in seculo euasit. nam saepe censores nascentia cum maxime theatra destruebant moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lasciuia prouidebant, ut iam hinc ethnicis in testimonium cedat sententia ipsorum nobiscum faciens et nobis in exaggerationem disciplinae etiam humanae praerogatiua. itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset ueritus quandoque memoriae suae censoriam animaduersionem Veneris aedem superposuit et ad dedicationem edicto populum uocans non theatrum sed Veneris templum nuncupauit: 'cui subiecimus', inquit, 'gradus spectaculorum.' ita damnatum et damnandum opus templi titulo praetexit et disciplinam superstitione delusit. sed Veneri et Libero conuenit. duo ista daemonia conspirata et coniurata inter se sunt ebrietatis et libidinis. itaque theatrum Veneris Liberi quoque domus est. nam et alios ludos scenicos Liberalia proprie uocabant, praeterquam Libero deuotos, quae sunt Dionysia penes Graecos, etiam a Libero institutos. et est plane in artibus quoque scenicis Liberi et Veneris patroci-

190** Tertullianus de spectaculis 10: 'Transeamus ... mancipes habent. oderis Christiane, quorum auctores non potes non odisse. iam nunc nolumus suggerere de artibus et de his, quorum auctores in nominibus exsecramur.' e. q. s. Tertullianus apolog. 6: 'Quonam illae leges abierunt sumptum et ambitionem comprimentes? ... quae theatra stuprandis moribus orientia destruebant.' — Tacitus ann.

3 et administrationem *om.* ^1A || 8 de — ludorum *om. A* || transiimus *Fr. Iunius:* transimus *A* || 10 proprie *om. Aa* || 12 quorum] corum *Aa* || 13 ingens *om. A* || 14 hic *A* || 17 arcem *Gangneius:* sortem *A* || 21 in quid *Aa* || 27 quae *Ios. Scaliger:* quod *A* || 28 etiam] sed iam *Aa*

Digitized by Google

nium. quae priuata et propria sunt scenae, de gestu et corporis fluxu mollitiae Veneris et Liberi immolant illi per sexum illi per fluxum dissoluti; quae uero uoce et modis et organis et lyris transiguntur, Apollines et Musas et Mineruas et Mercurios mancipes habent.

Apud maiores theatri gradus tantum fuerunt; nam scena 191
de lignis ad tempus fiebat, unde hodieque permansit consuetudo ut componantur pegmata a ludorum theatralium editoribus. scena autem quae fiebat aut uersilis erat aut ductilis. uersilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam conuertebatur et aliam picturae faciem ostendebat; ductilis tunc, cum tractis tabulatis hac atque illac species picturae nudabatur interior. quod Varro et Suetonius commemorant.

Vias et cardines uocant balteorum per ambitum et discri- 192**
mina popularium per procliuum. cathedra quoque nominatur ipse in anfractu ad consessum situs.

Vt ordo peragatur, ineamus agonum retractatum. origo 193**
istis de ludorum propinquitate est. inde et ipsi sacri uel

XIIII 20: 'quippe erant, qui Cn. quoque Pompeium incusatum a senioribus ferrent, quod mansuram theatri sedem posuisset.'

191 Servius georg. III 24: Vel scena ut uersis] 'apud maiores ... interior. unde perite utrumque tetigit dicens: Versis discedat frontibus; singula singulis complectens sermonibus. quod Varro ... commemorant.' Valerius Maximus II 4, 6: 'versatilem fecerunt *(scenam)* Luculli *(aediles a. 675).*'

192** Tertullianus de spectaculis 3: 'Sed inuenimus ad hanc quoque speciem pertinere illam primam uocem Dauid. Felix uir, inquit, qui non abiit in concilium impiorum et in uia peccatorum non stetit nec in cathedra pestium sedit ... quid? quod et cetera congruunt? nam apud spectaculum et in uia statur. uias enim et cardines' e. q. s. cf. Salmasius exerc. Plin. p. 615 Mazochius comm. Campan. theatri titul. in Poleni suppl. thes. ant. V pag. 615.

193** Tertullianus de spectaculis 11: 'Vt ordo peragatur' e. q. s. — Suetonius Ner. 12: 'Instituit et quinquennale certamen primus omnium Romae more Graeco triplex, musicum gymnicum equestre, quod appellauit Neronia; dedicatisque thermis atque gymnasio senatui quo-

2 mollitiam Veneri et Libero *vulgo* ‖ 3 illi per fluxum *om. A* | dissoluti quae *Heraldus ex Isidoro origg. XVIII 51:* dissoluti sque *Ab* dissolutis. Quae *A a* ‖ 4 lyris *Heraldus ex Isidoro l. c.:* litteris *A* ‖ 6 teatri *Paris 7959 s. X* ‖ grados *Vat. 3317 s. XI* ‖ schena *Par.* ‖ 7 tantum ad tempus *Daniel* ‖ fiebant *Par.* ‖ 8 teatralium *Par.* ‖ 9 schena *Par.* ‖ 11 picture *Vat.* ‖ 14 balta ***** *Aa*

funebres instituti aut diis nationum aut mortuis fiunt. proinde tituli Olympia Ioui, quae sunt Romae Capitolina, item Herculi Nemea Neptuno Isthmia, ceteri mortuarii agones. quid ergo mirum, si et apparatus agonum idololatria conspurcatur de coronis profanis de sacerdotalibus praesidibus de collegiis ministris de ipso postremo boum sanguine? ut de loco suppleam [at de loco communi], † pro collegio artium Musicarum et Minerualium et Apollinarium etiam Martialium per duellum per tubam in stadio circum aemulantur, quod utique

que et equiti oleum praebuit. magistros toto certamini praeposuit consulares sorte sede praetorum. deinde in orchestram senatumque descendit et orationis quidem carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu concessam sibi recepit, citharae autem a iudicibus ad se delatam adorauit ferrique ad Augusti statuam iussit. gymnico quod in septis edebat inter buthysiae apparatum barbam primam posuit conditamque in auream pyxidem et pretiosissimis margaritis adornatam Capitolio consecrauit. ad athletarum spectaculum inuitauit et uirgines Vestales, quia Olympiae quoque Cereris sacerdotibus spectare conceditur.' Suetonius Domit. 4: 'Instituit et quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex, musicum equestre gymnicum, et aliquanto plurium quam nunc est coronarum. certabant enim et prosa oratione Graece Latineque ac praeter citharoedos chorocitharistae quoque et psilocitharistae, in stadio uero cursu etiam uirgines. certamini praesedit crepidatus purpureaque amictus toga Graecanica, capite gestans coronam auream cum effigie Ionis ac Iunonis Mineruaeque, adsidentibus Diali sacerdote et collegio Flauialium pari habitu, nisi quod illorum coronis inerat et ipsius imago. celebrabat et in Albano quotannis Quinquatria Mineruae, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur ederentque eximias uenationes et scenicos ludos superque oratorum ac poetarum certamina.' — Isidorus origg. XVIII 17—26: 'Gymnicus ludus est uelocitatis ac uirium gloria. cuius locus gymnasium dicitur, ubi exercentur athletae et cursorum uelocitas comprobatur. hinc accidit, ut omnium prope artium exercitia gymnasia dicantur. antea enim in locis certantes cineti erant, ne nudarentur; post relaxato cingulo repente prostratus et exanimatus est quidam cursor. quare ex consilii decreto tunc archon Hippomenes ut nudi deinceps omnes exercitarentur permisit. ex illo gymnasium dictum, quod iuuenes nudi exercentur in campo, ubi sola tantum uerenda operiuntur. genera gymnicorum quinque saltus cursus iactus uirtus atque luctatio. unde ferunt, quemdam regem tot filios adolescentes habentem totidem generibus de regno iussisse contendere. saltus dictus quasi exilire in altum. est enim saltus altius exilire uel longius. cursus a uelocitate crurum uocatur. est enim cursus celeritas pedum. iactus dictus a iaciendo. unde et piscatorium rete iaculum dicitur. huic arti usus est arrepto lapide procul ferire, hastas pondere librato iacere, sagittas arcu emittere. uirtus est immensitas uirium in labore et pondere corporis. luctatio a laterum complexu uocatur, qui-

2 capitolia *A* || 3 sthmia *A* || 4 si et *Oehlerus:* si ut *Ab* ut *Aa* || conspurcatur *scripsi:* conpurcat *A* || 7 at de loco communi *seclusit Ios. Scaliger* et de loco communi *Fr. Iunius* || 8 per duellum *om. A* || 9 statio *Ab*

Digitized by Google

templum est et ipsum eius idoli, cuius sollempnitates agit. sed et gymnicas artes Castorum et Herculum et Mercuriorum disciplinae prodiderunt.

Superest illius insignissimi spectaculi ac receptissimi re- 194**
cognitio. munus dictum est ab officio, quoniam officium etiam muneris nomen est. officium autem mortuis hoc spectaculo facere se ueteres arbitrabantur, posteaquam illud humaniore atrocitate temperauerunt. nam olim, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captiuos uel malo ingenio seruos mercati in exequiis immolabant. postea placuit impietatem uoluptate adumbrare. itaque quos parauerant armis quibus tunc et qualiter poterant eruditos tantum ut occidi discerent mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. ita mortem homicidiis consolabantur. haec

bus cominus certantes innituntur, qui Graeca appellatione athletae nocantur. locus autem luctationis palaestra dicitur. palaestram autem uel ἀπὸ τῆς πάλης id est a luctatione uel ἀπὸ τοῦ πάλλειν id est a motu ruinae fortis nominatam dicunt, scilicet quod in luctando dum medios arripiant fere quatiunt idque apud Graecos πάλλειν uocatur. quidam opinantur, artem luctandi ursorum contentione monstratam. namque inter ceteras feras eos solos et erigi congressos et subsidere celeriter ac reuerti et modo manibus temptare inuicem modo complexu abigere sese more luctantium. quae Latini certamina, Graeci ἀγῶνας uocant a frequentia, qua celebrabantur; siquidem et omnem coetum atque conuentum ἀγῶνα dici: alii, quod in circulis et quasi agoniis id est sine angulo locis ederentur, nuncupatos agonas putant. agonum genera fuere: immensitas uirium, cursus celeritas, sagittandi peritia, standi patientia, ad citharam quoque uel tibias incedendi gestus, de moribus quoque, de forma, de cantandi modulatione, terrestris quoque belli et naualis proelii perpetiendorumque suppliciorum certamina.'

194** Tertullianus de spectaculis 12: 'Superest ... dissiparentur. quae species proinde idololatriae est, quoniam et idololatria parentationis est species. tam haec quam illa mortuis ministrat. in mortuorum autem idolis daemonia consistunt. ut et` e. q. s. — Servius Aen. III 67: 'ideo autem lactis et sanguinis mentio facta est, quia adfirmantur animae lacte et sanguine delectari. Varro quoque dicit mulieres in exsequiis et luctu ideo solitas ora lacerare, ut sanguine ostenso inferis satisfaciant; quare etiam institutum est, ut apud sepulchra et uictima caedantur. apud ueteres etiam homines interficiebantur, sed mortuo Iunio Bruto cum multae gentes ad eius funus captiuos misissent, nepos illius eos qui missi erant inter se composuit, et sic pugnauerunt, et quod muneri missi erant, inde munus appellatum. sed quoniam sumptuosum erat et crudele, uictimas uel homines interficere, sanguinei coloris coepta est uestis mortuis inici, ut et ipse testatur: Purpureasque super uestes uelamina nota et Purpureosque iacit flores.' Servius Aen. X 519: 'inferiae sunt sacra mortuorum ab inferis

4 insignissimis *A* || ac receptissimi *Oehlerus*: acceptissimi *A* || 7 arbitrantur *Ab* || 10 uel ••••••••••••tur *Ab*

muneri origo. sed paulatim prouecti ad tantam gratiam ad quantam et crudelitatem, quia ferorum uoluptati satis non fiebat, nisi et feris humana corpora dissiparentur. ut et titulos considerem, licet transierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores uiuentium, quaesturas dico et magistratus et flaminia et sacerdotia, cum tamen nominis dignitas idololatriae crimine teneatur, necesse est, quicquid dignitatis nomine administratur communicet etiam maculas eius, a qua habet causas. idem de apparatibus interpretabimur in ipsorum honorum suggestu deputandis, quod purpurae quod fasces quod uittae quod coronae quod denique contiones et edicta et pultes pridianae sine pompa diaboli sine inuitatione daemonum non sunt. quid ergo de horrendo loco perorem, quem nec periuria sustinent. pluribus enim et asperioribus numinibus amphitheatrum consecratur, quam Capitolium. omnium daemonum templum est: tot illic im-

dictae. sane mos erat in sepulchris uirorum fortium captiuos necari; quod postquam crudele uisum est, placuit gladiatores ante sepulchra dimicare, qui a bustis bustuarii dicti sunt.' — Lactantius D. I. VI 20: 'Et primitus quidem uenationes, quae uocantur munera, Saturno sunt attributae, ludi autem scenici Libero, Circenses uero Neptuno. . . . paulatim tamen et ceteris diis idem honos tribui coepit, singulique ludi nominibus eorum consecrati sunt, sicut Sinnius Capito in libris spectaculorum docet.' Isidorus origg. XVIII 52–58: 'Amphitheatrum locus est spectaculi, ubi pugnant gladiatores. et inde ludus gladiatorius dictus, quod in eo iuuenes usum armorum diuerso motu condiscant et modo inter se aut gladiis aut pugnis certantes modo contra bestias incedentes, ubi non odio sed praemio illecti subeunt ferale certamen. amphitheatrum dictum, quod ex duobus theatris sit factum. nam amphitheatrum rotundum est, theatrum uero ex medio amphitheatro factum est semicirculi figuram habens. genera gladiatorum plura, quorum primum ludus equestrium. duo enim equites praecedentibus prius signis militaribus, unus a porta orientis alter ab occidentis, procedebant in equis albis cum aureis galeis minoribus sed habilioribus armis, sicque atroci perseuerantia pro uirtute sua ineibant pugnam dimicantes, quousque alter in alterius mortem prosiliret, ut haberet qui caderet casum, gloriam qui perimeret. quae armatura pugnabat Marti duelli causa. retiarius ab armaturae genere in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem occulte ferebat rete, quod iaculum appellatur, ut aduersarium cuspide insequentem operiret implicitumque uiribus superaret. quae armatura pugnabat Neptuno tridentis causa. secutor ab insequendo retiarium dictus. gestabat enim cuspidem et massam plumbeam, quae aduersarii iaculum impediret, ut antequam ille feriret reti iste exuperaret. haec armatura sacrata erat Vulcano. ignis enim semper aquam insequitur ideoque cum retiario componebatur, quia ignis et aqua semper

2 ferorum *scripsi:* ferarum *A* ‖ uoluptatis *Ab* ‖ 4 consideremus *vulgo* ‖ 9 interpraetabimur *Aa* ‖ 10 purae *A* ‖ 14 loco *om. A* ‖ 15 numinibus *Lipsius de amphitheatro cap. 3:* nominibus *A*

Digitized by Google

mundi spiritus considunt, quot homines capit. ut et de artibus concludam, Martem et Dianam utriusque ludi praesides nouimus.

Cum cuiusdam gladiatoris in ludum emissi gladius cur- 195
uatus fuisset ex acie recta, procucurrit unus ad id corrigendum tumque a pugnante responsum est: 'sic pugnabo.' inde SICAE nomen datum est.

Bithus et Bacchius GLADIATORVM nomina celebrata apud 196
Suetonium Tranquillum sub Augusto. qui (cum) multos interemissent commissi inter se mutuis uulneribus conciderunt. et cum eodem tempore mulier quae septem extulerat (maritos) nuberet ei qui uxores septem amiserat, compositum est epigramma tale * * *

LIBER DE LVSIBVS PVERORVM

Vt ait Suetonius Tranquillus, lusus ipse quem uulgo 197

inter se inimica sunt. laquearіorum pugna erat fugientes in ludo homines iniecto laqueo impeditos consectosque prosternere, amictos umbone pelliceo. uelitum pugna erat, ut ultro citroque tela obiectarent. erat autem eorum uaria pugna et spectantibus gratior quam reliqua. uelites autem nuncupatos siue a uolitatione siue a ciuitate Etruscorum, quae Veles uocatur. ferarum pugna erat emissas bestias iuuenes excipere et pugnare aduersus eas, ultroneo funere certare, non crimine, sed furore.'

195 Isidorus origg. XVIII 6, 8: 'Sica a secando dicta. est enim breuis gladius, quo maxime utuntur qui apud Italos latrocinia exercent, a quo et sicarii dicti. Tranquillus autem dicit: Dum' e. q. s.

196 Acron Hor. sat. I 7, 20: Cum Bitho Bacchius] 'Bithus et Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Sueton. Tranquillum sub Augusto.' Comm. Cruq. in h. l.: c. Bitho Bacch.] 'Bithus et Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium.' Porphyrio in h. l.: 'Cum Bitho Bacchius] 'Bithus et Bacchius gladiatores optimi illis temporibus fuerunt, qui (cum) multos interemissent' e. q. s.

197 Servius Aen. V 602 Troiaque] 'ut ait Suetonius' e. q. s.

---

4 emissus *Gu. 1* emissum *Gu. 2. 3* || gladium curuatum *Gu. 2* || 5 procucurrit *vulgo:* procurrit *Gu. 1. 2* || id *Gu. 1. 2. 3* eum *vulgo* || 6 sic *vulgo:* sic hac *Gu. 4*, *Arevalus* sica hac *Gu. 1. 2* || et inde *Gu. 1* || 7 datum est] ductum *Arevalus* || 9 cum *addidit Rothius* || 11 maritos *addidi* || 12 compositum *Rothius:* compertum *vulgo* || 13 tale] *lacunam signavit Rothius, qui conferri iubet Martial. VIII 43 VIIII S X 43*

Digitized by Google

pyrrhicham appellant TROIA uocatur, cuius originem expressit in libro de puerorum lusibus.

198 Ita pueri currentes aiunt: 'occupet scabies in extremo remanentem.' SCABIES ludus puerorum est, ut habes in Suetonio Tranquillo.

DE INSTITVTIONE OFFICIORVM

199 Puer pueri] Cuius femininum puera dicebant antiquissimi, unde et puerpera dicitur, quae puerum uel pueram

quod scholion teste Thilone in cod. Florentino B. S. Cr. Pl. XXII I. quem solum in hoc libro contulit, non extat. Servius Aen. V 556: Pressa corona] 'i. e. galea. et sermone Homeri usus est. nam galeam στέφανον dixit. et re uera corona non potest intelligi, cum sequatur: Galeam ante pedes proiecit inanem. sed alii dicunt, potuisse eos galeas habere coronatas. Bachius tamen Macer dicit, a Caesare Augusto pueris qui luserunt Troiam donatas esse galeas et bina hastilia. ad quod Virgilium constat adludere.' cf. Suetonius Aug. 43.

198 Acron Hor. art. poet. 417: Occupet extremum scabies] 'Ille patiatur scabiem, qui extremus componet uersus. metaphoricos autem locutus est a ludo puerorum. ita enim pueri currentes ... remanentem. id est: ego poeta sum, habeat scabiem, qui non est poeta. hoc ergo persona illorum dixit, qui dicendo: carmina scimus facere, nihil sciunt, nolunt tamen se existimari poetas. scabies ludus ... Tranquillo.' Porphyrio in h. l.: Occupet extremum scabies] 'Hoc ex ludo puerorum sustulit, qui ludentes solent dicere: Quisquis ad me nouissimus uenerit, habeat scabiem.' Comm. Cruq. in. h. l.: Occupet extre. sca.] 'Me extremum poetam esse mihi turpe est. est autem imprecatio tracta a ludo puerili. qui enim praeest currentibus ad metam pueris, dicere solet: Qui primus ad metam uenerit, is uicerit eumque in ulnas meas accipiam; qui uero erit ultimus, occupet eum scabies, eum respuam ut scabiosum.'

199 Priscianus inst. gramm. VI 41 sq. p. 230 sqq.: 'puer pueri' e. q. s. — Suetonius Calig. 8: 'C. Caesar natus est pridie Kl. Sept. patre suo et C. Fonteio Capitone coss. ubi natus sit, incertum diuersitas tradentium facit. Cn. Lentulus Gaetulicus Tiburi genitum scribit,

---

1 appellant *vulgo:* appellauit *Daniel* || *Prisciani libri hi sunt: R = Regius 7496, P = Regius 7530, B = Bambergensis, D = Bernensis, H = Halberstadiensis, A = Amienensis, G = Sangallensis, L = Leidensis, K = Caroliruhensis, rpbdhaglk = codicum manus alterae.* || 7 femininum in a puera *GL* || 8 et *superscr. r* || quae puerum que puerum uel *Rr*

Digitized by Google

parit, id est puellam quod est diminutiuum puerae, ut capra capella tenera tenella umbra umbella. Ouidius etiam hoc approbat qui in V metamorphoseon de puella Proserpina narrans dicit:

tantaque simplicitas puerilibus adfuit annis,

quod deriuatiuum non pertineret ad feminas, nisi etiam puera esset dictum. quod tamen comprobat etiam Suetonius diuersos ponens usus in libro qui est de institutione officiorum. Liuius in Odyssia:

mea puera, quid uerbi ex tuo ore subterfugit?

idem alibi:

puerarum manibus confectum pulcherrime.

non est tamen ignorandum, quod etiam hic puerus et hic et haec puer uetustissimi protulisse inueniuntur et puellus puella. Lucilius in XI:

inde uenit Romam tener ipse etiam atque puellus.

Caecilius in Imbris:

Plinius Secundus in Treueris nico Ambitarnio supra Confluentes; addit etiam pro argumento, aras ibi ostendi inscriptas: ob Agrippinae puerperium. . . . nec Plini opinionem inscriptio arae quicquam adiuuerit, cum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit, et qualiscumque partus sine ullo sexus discrimine puerperium uocetur, quod antiqui etiam puellas pueras et pueros puellos dictitarent.' — Charisius p. 81: 'Puer et in feminino sexu antiqui dicebant, ut Graeci *ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς*, ut in Odyssia uetere, quod est antiquissimum carmen,

mea puer, quid uerbi ex tuo ore audio?

et in Nelei carmine

eaque prisco saucia puer filia sumam;

---

1 id *L* || puella *D* || 2 Ouidius] *metam. V 400* || hoc etiam *GLK* || 3 adprobat *B* || metamorphoseos *r* || 5 semplicitas *G* || affuit *RAHGLK* || 6 ad femininas *BD* || 7 comprobat *B* || suaetonius *R* || 8 constitutione *L* || offitiorum *H* || 9 Libius *K* Lybius *Dd* || Liuius in Odyssia] *Hermannus elem. doctr. metr. p. 618* || odissia *RBK* odisia *GL* || 10 subterfugit *Hermannus:* supra fugit *libri nisi quod* supra fuit *L* supra fuit *ADH* supera fugit *Fleckeisenus* || 11 idem] Id est *RK* || idem alibi] *G. Hermannus l. c. p. 623.* '*redintegrandus hic versus videtur addito* hercle *vel* ecce *vel simili voculа*' *Fleckeisenus* || 12 puera *K (corr. k)* || pulcherrimae *R* pulcerrime *K* || 13 etiam puerus *GLK* || 14 et puella *BG* || 15 Lucilius in XI] *10 Dous. Gerl.* || 17 Cecilius *AHGL* || Imbris *Meinekius ad Menand. et Philemon. rell. p. 89 cf. var. lect. lib. X §. 21:* umbris *libri* || Caecilius in Imbris] *VI pag. 44 Ribb.*

Digitized by Google

age age i puere, duc me ad patrios fines decoratum opipare.

Afranius in incendio:

o puere puere sine prospicere me mihi.

Plautus in leonibus geminis:

dolet hic puellus sese uenumducier.

Lucilius in IIII:

cumque hic tam formosus homo ac te dignus puellus.

Liuius in Odyssia:

sancta puer Saturni filia regina.

Naeuius in II belli Punici:

prima incedit Cereris Proserpina puer.

nbi tamen Varro cum a puera putat dictum, sed Aelius Stilo magister eius et Asinius contra.' Festus p. 249: 'Puelli per diminutionem a pueris dicti sunt. itaque et Ennius ait: Poeni soliti suos sacrificare puellos. et Lucilius: Cumque hic tam formosus homo ac te dignus puellus. et Plautus: Olim huic puello sese uenum ducier.' Nonius p. 156: 'Puerae pro puellae. Varro deuictis, *περὶ φιλονικίας*: Properate niuere puerae, qua sinit aetatula ludere, esse amare et Veneris tenere bigas. idem de uita P. R. lib. II: Sic in priuatis domibus pueri liberi et puerae ministrabant.' p. 158: 'Puellos pueros. Varro testamento *περὶ διαθηκῶν*: Sic ille puellus Veneris repente Vadon cecidit cruentus olim. Lucilius satirarum lib. IIII: Cumque hic tam formosus tibi ac te dignus puellus. Lucretius: Nos tamen unde puellum Suscipere et partus posset ditiscere dulci. Ennius:

---

1 age age i *cod. Vind. CCCXLVII* age agei *GLK* age age *RBADH* ‖ puerae *L* puere ***** (puere) *D* ‖ duc *unus e codd. Spengeli et sic emendavit Bothius:* duce *Hertzii omnes* deduc *thes. nov. lat. in A. Mai auct. class. VIII 390 et 407, gloss. Osberni a Spengelio c.* ‖ decor**atum *D* ‖ 3 Africanius *B* ‖ Afranius in incendio] *III p. 160 Ribb.* ‖ 4 sine me prospicere memet. plautus *GL* | me *add. v.* ‖ 5 Plautus in leonibus geminis] *p. 439 Both.* ‖ leonibus *Lachmannus conl. Gell. III 3,9:* lenonibus *libri* (Nenonibus *Rr* lenoninibus *L* ‖ 6 dolet] holim *cod. Festi s. v. puelli p. 249* olim *Ursinus* ‖ huic puello *Festus l. c.* ‖ 7 Lucilius in IIII] *22 Dous. 18 Gerl.* | IIII *etiam Nonius 158, 16* VII. *G* ‖ 8 ictā *G* ‖ tam *om. A* ‖ homo] tibi *Nonius 158, 17* ‖ ac te] ante *D* ‖ acte dignus puellus *in litura b* ‖ pyellus *H* ‖ 9 Liuidius *B* Libidius *K* ‖ Liuius in Odyssia] *Hermannus elem. doctr. metr. p. 621* ‖ odysia *D* odissia *HK* odisia *GL* odissea *B* ‖ 10 regna *A* ‖ 11 Neuius *libri* ‖ Naeuius in II belli Punici] *II 6 p. 13 Vahl.* ‖ II] *VI in Prisc. exemplis mss. invenit Scriverius et sic Nestor Novariensis cf. Vahleni adnot.* ‖ 12 incedet *GL* | ceteris *R* caeteris *r* ‖ cereris grauida proserpina *G* ‖ pro**serpina *H* ‖ puer proserpina *L*

Digitized by Google

Varro in satura quae inscribitur *ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς*:
grauidaque mater peperit Ioui puellum.

Τὸ τῶν ἔργων σκρίνιον οὐκ ὂν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Αὔγουσ- 200
τος προσένειμε τῇ ἀρχῇ τὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ βασιλικὴν ἀνεγεί-
ρων.

(Νουμᾶς) ὀφφίκιον ἐτύπωσεν, ὅπερ εἰς τῶν ἀνθρώπων 201*
αὐτοῦ ἔχων ἐλάμβανεν ἐξ ἑκάστου τῶν ἀπὸ τοῦ παλατίου
ῥογενομένων φόλλεις ιβ' ἤτοι κεράτιον ἕν. διὸ καὶ ἐλέγετο
τὸ κεράτιον. τοῦτο δὲ ἦν ὡς ἐν τύπῳ ψήφου τῶν ῥογενομέ-
νων ἀπὸ τοῦ παλατίου· οὔπω γὰρ τότε ἀπογραφαὶ κατὰ
Ῥώμην ἦσαν.

Περὶ ἐπισήμων πορνῶν

(Οἱ πάλαι Λυδοὶ διεργάσαντο) τοὺς καλουμένους σάν- 202
δυκας· χιτῶνες δὲ ἦσαν ὑπ' αὐτῶν εὑρημένοι λινῶν μὲν

Suos diuis sacrificare puellos. Varro Marcipore: Pelian Meet permisisse, ut se uel uiuum degluberet, dummodo re addere puellum. Sexagesi: Mo sultra nutri pectoris dormitio Vigilabis, quae me puellum inpubere Cepisti.' Thes. nov. lat. in Mai anct. class. VIII 407.

200 Ioannes Lydus de magistr. p. R. I 34 p. 146: *απέτρεφον δὲ αὐτοὺς* (decemviros) *οἷ κτῆσιν εὔφορον κεκτημένοι· ὅθεν τὸ γλέβης προσέλαβον τὸ ὄνομα, ὅτι γλέβα τὴν λείαν γῆν ἀντὶ τοῦ τὴν κάρπιμον οἱ Ρωμαῖοι καλοῦσι. τὸ γὰρ τῶν ἔργων ... ανεγείρων, ὡς ὁ Τράγκυλλος εἶπε φιλόλογος.* Suetonius Aug. 36: 'Quoque plures partem administrandae rei p. caperent, noua officia excogitauit: curam operum publicorum, uiarum, aquarum, alnei Tiberis, frumenti populo diuidundi, praefecturam urbis, triumuiratum legendi senatus et alterum recognoscendi turmas equitum, quotiensque opus esset.'

201* Georgius Cedrenus p. 801 sq.: *κεράτια δὲ αἱ ιβ' φόλλεις ὠνομάσθησαν, ἤτοι νοῦμμοι ἀπὸ Νουμᾶ βασιλέως Ῥώμης, ὃς καὶ πρῶτος τοὺς ὀβόλους τῇ ἰδίᾳ εἰκόνι ἐχάραξε καὶ νούμμοις αὐτοὺς κατὰ τὸ ἴδιον ὄνομα ἐκάλεσεν. οὗτος καὶ ὀφφίκιον ... ἦσαν.*

202 Ioannes Lydus de magistr. p. R. III 64 p. 258: *Πρὸς βραχὺ δὲ τὸ προκείμενον ἀφείς, ὅ τι τυγχάνει σάνδυξ καὶ ποῖον εἶδος ἐσθή-*

---

1 Varro in sat. quae inscribitur α. o. *H.*] *sat. V fr. 2 p. 94 Ochl. ionicum metrum restituit Lachmannus ad Lucr. IIII 1275 p. 276:* grauidáque mater áluo peperít Ioui puéllum ‖ satira *h* ‖ ΑΛΛΑΣ *G* ‖ ΑΛΛΑ . ος *d* sed non sic ‖ ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς] *om. H* ‖ ΑΛΟΚΟΥΤΟΣ ΕΡΑΚΛΕΣ *L l* hercules ‖ ΑΛΛΟΥΚΟΥΤΙΟΣ ΗΡΑΚΛΗΣ *in mg. l.* ‖ ΗΡΑΚΛΗΣ *K* ΕΡΑΚΛΕΣ *G* ‖ 2 grauidą quas *R r* grauidae quae *D*

οἱ διειδέστατοι, σάνδυκος δὲ χυλῷ τῆς βοτάνης καταβάπτοντας αὐτούς, σαρκοειδὴς δὲ ὁ χρὼς τῆς βοτάνης· οὓς αἱ γυναῖκες τῶν Ἀνδῶν γυμνῷ τῷ σώματι ἐπισκιάζουσαι οὐδὲν μὲν ἐδόκουν ἢ ἀέρα μόνον περικεῖσθαι, κάλλει δὲ ἔξω τοῦ καλοῦ καὶ σώφρονος ἐφείλκοντο τοὺς θεωμένους. τοιούτῳ τὸν Ἡρακλέα χιτῶνι περιβαλοῦσα Ὀμφάλη πότε αἰσχρῶς ἐρῶντα παρεθήλυνε· ταύτῃ καὶ Σάνδων Ἡρακλῆς ἀνηνέχθη.

203 Suetonius Tranquillus dicit Parthenopen Sirenen sepul-

ματος γέγονε Ἀνδοῖς τὸ πάλαι. ἑρμηνεῦσαι πειράσομαι. σπουδὴ γέγονε τοῖς πολυχρύσοις τὸ πάλαι Ἀνδοῖς εὐπορίᾳ χρυσίου, ὅσον αὐτοῖς ὁ Πακτωλὸς μετὰ τὸν Ἕρμον ἐχορήγει, καὶ χρυσοστήμονας διεργάζεσθαι χιτῶνας · καὶ μάρτυς ὁ Πείσανδρος εἰπὼν Ἀνδοὶ χρυσοχίτωνες — καὶ οὐκ αὐτοὺς μόνους ἀλλὰ καὶ τοὺς καλουμένους σάνδυκας ... ἀνηνέχθη. ὡς Ἀπουλήιος ὁ Ῥωμαῖος φιλόσοφος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ἐρωτικῷ καὶ Τράγκυλλος δὲ πρὸ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ ἐπισήμων πορνῶν ἀνενηνόχασιν. ἔνθεν οἶμαι σανδόνας ἔτι καὶ νῦν πρὸς διασυρμοῦ λέγεσθαι, οὓς τὸ πλῆθος ἀπὸ τῆς κατασκευῆς τῶν σινδόνων σανδόνας ὡσανεὶ σινδόνας οἴεται χρηματίζειν. cf. C. O. Müller. kl. Schrift. tom. II p. 100sqq. O. Iahn. Berichte d. sächs. Gesch. d. W. 1855 p. 222.

203 Schol. Bern. georg. IIII 564: Parthenope] 'inebrii *(immo* in Hebri *i. e. libro cf. Serv. Aen. VII 6)*; Parthenope quae nunc Neapolis, in qua scripsit Virgilius. Suetonius' e. q. s. — Philargyrus in h. l.: 'Lutatius lib. IIII dicit, Cumanos incolas a parentibus digressos, Parthenopen urbem condidisse dictam a Parthenope Sirena, cuius corpus etiam * * . postquam ob locorum ubertatem amoenitatemque magis coeptum sit frequentari, ueritos ne Cymen desererent inisse consilium Parthenopem diruendi. post etiam *(immo* tamen*)* pestilentia affectos ex responso oraculi urbem restituisse sacraque Parthenopes cum magna religione suscepisse, nomen autem Neapoli ob recentem restitutionem imposuisse.' Servius in h. l.: Parthenope] 'id est Neapolis, quae primo ex corpore unius Sirenis illic sepultae Parthenope est appellata.' — Plinius N. H. III 62: 'litore autem Neapolis Chalcidensium et ipsa Parthenope a tumulo Sirenis appellata.' Isidorus origg. XV 1, 60: 'Parthenopia a Parthenope quadam uirgine illic sepulta Parthenopia appellata, quod postea oppidum Augustus Neapolim esse maluit.' — Strabo p. 246: *Μετὰ δὲ τὴν Δικαιαρχίαν ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων· ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν καὶ Πιθηκουσαίων τινὲς καὶ Ἀθηναίων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο, ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς Παρθενόπης καὶ ἀγὼν συντελεῖται γυμνικὸς κατὰ μαντείαν.* cf. p. 23. 26 Stephanus Byz. s. v. *Νεάπολις* Eustathius ad Dionysi perieg. 358. — Servius Aen. V 864: Sirenum] 'Sirenes secundum fabulam parte uirgines fuerunt parte uolucres, Acheloi fluminis et Calliopes musae filiae. harum una uoce altera tibiis alia lyra canebat: et primo iuxta Pelorum, post in Capreis insula habitauerunt; quae illectos suo cantu in naufragia deducebant. secundum ueritatem meretrices fuerunt, quae transeuntes quoniam eos ducebant ad egestatem, his fictae sunt inferre naufragia. has Vlixes contemnendo deduxit ad mortem.' cf. Tzet-

---

1 *καταβάπτοντας*] *κατέβαπτον? Bekkerus* || 8 Suetonius Tranquillus *Hertzius philol. klin. Streifzug p. 22:* Sitonius crancillus *cod.* || sirinen *cod.*

Digitized by Google

tam in Campaniae littore, a cuius nomine Neapolis Parthenope uocitata aestimatur.

zes hist. var. I 313. — Servius Aen. VII 19: 'Circe autem ideo Solis fingitur filia, quia clarissima meretrix fuit, et nihil est sole clarius. haec libidine sua et blandimentis homines in ferinam uitam ab humana deducebat, ut libidini et uoluptatibus operam darent. Horatius: Sub domina meretrice fuisse turpis et excors.' cf. schol. Lucan. VI 287. Servius Aen. III 420 (schol. Lucan. I 547): 'Charybdis autem in Siciliae parte posita femina (meretrix *schol. Lucan. l. c.)* fuit uoracissima.'

SVPPLEMENTA LIBRI DE CLARIS MERETRICIBVS

Lactantius D. I. I 17: 'Quid loquar obscenitatem Veneris omnibus libidinibus prostitutae non deorum tantum sed et hominum? haec enim ex famoso Martis stupro genuit Harmoniam, ex Mercurio Hermaphroditum qui est natus androgynus, ex Ioue Cupidinem, ex Anchise Aeneam, ex Bute Erycen, ex Adonio quidem nullum potuit, quod etiamtum puer ab apro ictus occisus est: quae prima, ut in historia sacra continetur, artem meretriciam instituit; auctorque mulieribus in Cypro fuit, uti uulgato corpore quaestum facerent; quod ideirco imperauit, ne sola praeter alias mulieres impudica et uirorum appetens uideretur.' I 20: 'Romuli nutrix lupa honoribus est affecta diuinis. et ferrem si animal ipsum fuisset, cuius figuram gerit. auctor est Liuius, Larentinae esse simulacrum et quidem non corporis sed mentis ac morum. fuit enim Faustuli uxor et propter uulgati corporis uilitatem lupa inter pastores id est meretrix nuncupata est, unde etiam lupanar dicitur. exemplum scilicet Atheniensium in ea figuranda Romani secuti sunt, apud quos meretrix quaedam nomine Leaena, cum tyrannum occidisset, quia nefas erat simulacrum constitui meretricis in templo, animalis effigiem posuerunt, cuius nomen gerebat. itaque ut illi monimentum ex nomine sic isti ex professione fecerunt. huius nomini etiam dies festus dicatus est et Larentinalia constituta. nec hanc solam Romani meretricem colunt, sed Faulam (*Φαβόλαν Plutarch. quaest. 35 p. 272 f.*) quoque, quam Herculis scortum fuisse Verrius scribit. iam quanta ista immortalitas putanda est, quam etiam meretrices assequuntur? Flora cum magnas opes ex arte meretricia quaesiuisset populum scripsit heredem certamque pecuniam reliquit, cuius ex annuo fenore suus natalis dies celebraretur editione ludorum, quos appellant Floralia. quod quia senatui flagitiosum uidebatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendae rei quaedam dignitas adderetur. deam finxerunt esse quae floribus praesit eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus aut uitibus bene prospereque florescerent. cum colorem secutus in fastis poeta non ignobilem nympham fuisse narranit, quae sit Chloris uocitata, eamque Zephyro nuptam quasi dotis loco id accepisse muneris a marito, ut haberet omnium florum potestatem. honeste quidem ista dicuntur, sed inhoneste turpiterque creduntur. nec debent, cum ueritas quaeritur huiusmodi nos uelamenta decipere. celebrantur ergo illi ludi cum omni lasciuia conuenienter memoriae meretricis. nam praeter uerborum licentiam quibus obscenitas omnis effunditur exuuntur etiam uestibus populo flagitante meretrices quae tunc mimarum funguntur officio et in conspectu populi usque ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur.' Gellius VII 7, 5 sqq.: 'Acca Larentia corpus in uulgus dabat pecuniamque emeruerat ex eo quaestu uberem. ea testamento, ut in Antiatis historia scriptum est, Romulum regem, ut quidam autem alii tradiderunt, populum Romanum

Digitized by Google

bonis suis heredem fecit. ob id meritum a flamine Quirinali sacrificium ei publice fit et dies e nomine eius in fastos additus. sed Sabinus Masurius in primo memorialium scriptos quosdam historiae scriptores Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. ea, inquit, mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit. in illius locum Romulus Accae sese filium dedit seque et ceteros eius filios fratres aruales appellauit. ex eo tempore collegium mansit fratrum arualium numero duodecim, cuius sacerdotii insigne est spicea corona et albae infulae.' Macrobius sat. I 10, 11 sqq.: 'Decimo Kalendas feriae sunt Iouis quae appellantur Larentinalia, de quibus quia fabulari libet hae fere opiniones sunt. ferunt enim regnante Anco aeditumum Herculis per ferias otiantem deum tesseris prouocasse ipso utriusque manum tuente adiecta conditione, ut uictus coena scortoque multaretur. uictore itaque Hercule illam Accam Larentiam nobilissimum id temporis scortum intra aedem inclusisse cum coena eamque postero die distulisse rumorem, quod post concubitum dei accepisset munus, ne commodum primae occasionis cum se domum reciperet offerendae aspernaretur. euenisse itaque, ut egressa templo mox a Tarutio capto eius pulchritudine compellaretur: cuius uoluntatem secuta adsumptaque nuptiis post obitum uiri omnium bonorum eius facta compos, cum decederet, populum Romanum nuncupauit heredem. et ideo ab Anco in Velabro loco celeberrimo urbis sepulta est. ac sollemne sacrificium eidem constitutum, quo dis Manibus eius per flaminem sacrificaretur Iouique feriae conseeratae, quod aestimauerunt antiqui animas a Ioue dari et rursus post mortem eidem reddi. Cato ait Larentiam meretricio quaestu locupletatam post excessum suum populo Romano agros Turacem Semurium Lintirium et Solinium reliquisse et ideo sepulchri magnificentia et annuae parentationis honore dignatam. Macer historiarum libro primo Faustuli coniugem Accam Larentiam Romuli et Remi fuisse nutricem confirmat. hanc regnante Romulo Tarutio cuidam Tusco diuiti demptam auctamque hereditate uiri: quam post Romulo quem educasset reliquit, et ab eo parentalia diemque festum causa pietatis statutum.' cf. Plutarchus Rom. 1. 5 quaest. Rom. 35 Tertullianus ad nat. II 10 Augustinus C. D. VI 7. — Schol. Iuvenal. VI 250: Tuba nisi si quid in illo] 'tuba qua committuntur ludi Florales, in quibus meretrices nudatis corporibus per uarias artes ludendi discurrunt. nam a Flora meretrice instituti sunt in honorem Florae deae, quae floribus praeest.'

204 *Περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας*

βιβλίον α'

204 Suidas: *Τράγκυλλος ὁ Σουητώνιος χρηματίσας γραμματικὸς Ῥωμαῖος ἔγραψε ..... περὶ...α' ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ.* Ammianus Marcellinus XXII 16, 15 sq.: 'sed Alexandria ipsa non secus ut aliae urbes sed inter initia prima aucta per spatiosos ambitus internisque seditionibus diu aspere fatigata ad ultimum multis post annis Aureliano imperium agente ciuilibus iurgiis ad certamina internecina prolapsis dirutisque moenibus amisit regionis maximam partem, quae Bruchion adpellabatur, diuturnum praestantium hominum domicilium. unde Aristarchus grammaticae rei donis excellens et Herodianus artium minutissimus scisciator et Saccas Ammonius Plotini magister aliique plurimi scriptores multorum in litteris nobilium studiorum, inter quos Chalcenterus eminuit Didymus multiplicis scientiae scriptis memorabilis: qui in illis sex libris, ubi nonnumquam imperfecte

DE REBVS VARIIS

Suetonius Tranquillus de rebus uariis 'praepositiones' 205
inquit 'omnes omnino sunt Graece duodeuiginti [qui numerus inter omnes criticos grammaticos profecto conuenit], nostras uero esse has: ab ad praeter pro prae prope in ex sub super subter.'

Suetonius Tranquillus praeuerbium putat dici debere 206
quod ante uerbum, aduerbium quod post uerbum appellationem etiam nomenque ponatur.

* * *

Inchoo inchoaui. sic dicendum putat Iulius Modestus, 207

locutum (locutum *addidit O. Iahnius)* Tullium reprehendit sillographos imitatus scriptores maledicos, iudicio doctarum aurium incusatur ut immania frementem leonem putidulis nocibus canus catulus longius circumlatrans.' Suidas: *Δίδυμος Διδύμου ταριχοπώλου Ἀριστάρχειος Ἀλεξανδρεύς, γεγονὼς ἐπ' Αντωνίου καὶ Κικέρωνος καὶ ἕως Αὐγούστου* e. q. s.

205 Charisius p. 236: 'Gaius Iulius Romanus de praepositionibus libro *ἀφορμῶν* ita refert. Suetonius ... subter. praepositiones quia praeponuntur merito censentur. nam et illud Sallustii historiarum libro I: Quos inter maxime, praepositio est, quia per anastropham dicimus posse conuerti. praepositiones aut casibus seruiunt aut loquellis aut et casibus et loquellis.' In eis quae secuntur verba 'praepositiones sunt hae: abs ap au circiter supra usque' interpolata sunt, quibus rerum ordo mirum in modum turbetur: nec debebat Keilius omissis praepositionibus addendis interpolata iterum interpolare.

206 Charisius p. 190: 'Gaius Iulius Romanus ita refert de aduerbio sub titulo *ἀφορμῶν*.' p. 194: 'et prius illud praeuerbium an aduerbium dici debeat disputemus. Suetonius etenim Tranquillus ... ponatur. sed ut facilitas legentibus adsit non requisita, placeat non per sapores specimenque partis istius et enumerata membra regulis alligata sed ire per litteras maxime, cum aduerbium Stoici ut alias diximus pandecten uocent. nam omnia in se capit quasi collata per saturam concessa sibi rerum uaria potestate.' Q. Terentius Scaurus de orthographia p. 2262 P: 'Varro aduerbia localia quae alii praeuerbia uocant quattuor esse dicit: ex in ad ab.' — Fronto de diff. vocab. p. 354: 'Praeuerbium et aduerbium. praeuerbium est euphemon, aduerbium et uitiosum et fictum est, tamen in usum nunc est receptum.'

207 Diomedes p. 365: 'Inchoo' e. q. s. — Varro L. L. V 19: 'Omnino ego magis puto a chao choum, hinc cauum et hinc caelum.'

---

2 qui — conuenit *Romani additamentum est* || 4 prae in ex (*om.* prope) *Neapolitanus* prae prop. mea *fragmentum codicis Parisini* || 7 ante uerbum *scripsi:* ante uel *libri* || appellatio *Fabricius* || 9 incho inchoaui *A (cf. pag. 4 adnot.)*

Digitized by Google

quia sit compositum a chao initio rerum. sed Verrius et Flaccus in postrema syllaba aspirandum probauerunt: cohum enim apud ueteres mundum significat; inde tractum incohare. Tranquillus quoque his adsentiens † iam bello suo plenissime edere incohata disseruit.

HISTORIAE CVIVS TITVLVS INCERTVS EST RELIQVIAE

208* Cn. Pompeius Magnus oritur *(a. 648)*.

Paulus Festi p. 39: 'Cohum poetae coelum dixerunt a chao, ex quo putant coelum factum.' ubi C. O. Müllerus haec adnotat: 'Turnebus advers. XX 29, ubi Varronis de Chao et caelo locum emendat, postquam de verbis: Ego magis c. q. s. dixit, pergit: in antiquissimo libro clarissimi viri Henrici Memmii ita scriptum reperi: cous est quo caelum continetur, unde Ennius: Vix solum complere cohum terroribus caeli.' glossa recepta est ex Isidori lib. de natura rerum 12, 3. Q. Terentius Scaurus de orthographia p. 2251 P: 'Recorrigitur uero *(scribendi ratio)* regulis tribus: historia originatione, quam Graeci *ἐτυμολογίαν* appellant, proportione, quae Graece *ἀναλογία* dicitur. et historia quidem, ut cum sed per nouissimam litteram d scribimus, quoniam antiqui sedum dixerunt et per abscisionem pars remanserit. at originatione, ut cum dicimus inchoare cum adspiratione scribendum, quoniam a chao dictum, quod fuerit initium omnium rerum.' Probus gramm. inst. II p. 1486 P: 'Ho primae est, haui facit, ut incoho incohas incohaui. quidam putant inchoare dici imperitissime. nam neque post c litteram h latina uerba regunt exceptis nominibus tribus, quae supra posui, pulcher orchus lucho, neque o littera ante o alterum latinorum uerborum prima persona reperitur, sed illae tres uocales, quas ante docui e i u; nam nec a nec o. igitur quod Plautus posuit reboo non latine sed graece posuit: *βοῶ βοᾷς* unde deriuatiuum reboo reboas. nam latinum uerbum o ante o habens numquam reperitur. tertiae uero coniugationis correptae uerba ho terminata xi faciunt specie perfecta: traho trahis traxi, ucho uehis uexi.'

208* Hieronymus Ol. 168, 3. Plinius N. H. XXXVII, 11.

---

1 a chao ς: acho acoo *BM* || verius et flaccus *ABM* Verrius Flaccus aliique *vel* Verrius Flaccus — probauit — huic *coni. Casaubonus in Suet. Caes. 46. 'quorum posterius probandum fuit, nisi grammatici errorem relinquere maluissem' Keilius* || 2 probauerunt *AM* putauerunt *B* || 3 cohum *Putschius praeeunte Casaubono cf. Festus p. 39:* choum *ABM* cohaum ς || enim *AB* autem *M* || 4 incohare *Putschius et Casaubonus:* inchoare *ABM* || adsentiat *corr.* adsentiens *A* || iam bello suo plenissime edere inchoata disseruit *ABM et codex Scioppii susp. lect. II 2* libello suo plenissime (plenissimo *Putschius*) eadem inchoatam ita disseruit ς *cf. Suet. Aug. 60 'fortasse* in libello suo plenissime ea de re disseruit' *Keilius* || 6 Gn. *B cf. p. 22 adnot.*

Digitized by Google

Pompeius uictis piratis Cilicibus partim ibidem partim in 209
Graecia partim in Calabria agros dedit.

(Ventidium) Bassum Suetonius Tranquillus praeposi- 210
tum esse a M. Antonio prouinciis orientalibus Parthosque in
Syriam introrumpentis tribus ab eo proeliis fusos scribit, eum-

209 Servius georg. IIII 127: Corycium uidisse senem] 'a Cilicia. Corycos enim ciuitas est Ciliciae, in qua antrum illud famosum paene ab omnibus celebratum. et per transitum tangit historiam memoratam a Suetonio. Pompeius enim uictis piratis ... dedit. unde Lucanus: An melius fient piratae Magne coloni. male autem quidam Corycium proprium asserunt esse nomen, cum sit appellatiuum eius qui more Corycio hortos excolnit. quod etiam Plinii testimonio comprobatur.' Schol. Bern. in h. l.: Corycium] 'Corycos ciuitas Ciliciae, in qua antrum illud famosissimum paene ab omnibus celebratum, quod stadia XX circiter non longe a mari et mirabili natura fertilissimum est rupibus circumdatum altissimis inriguisque fontibus abundans. et per transitum tangit historiam a Suetonio (stanio *cod.*) memoratam. Pompeius enim uictis partim in Cilicia partim in Graecia partim in Calabria agros dedit.' Livi ab urbe condita libri 99 periocha: 'Cn. Pompeius lege ad populum lata persequi piratas iussus, qui commercium annonae intercluserant, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit belloque cum eis in Cilicia confecto acceptis in deditionem piratis agros et urbes dedit.' Cassius Dio 36, 37.

210 Gellius XV, 4: 'In sermonibus nuper fuit seniorum hominum et eruditorum, multos in uetere memoria altissimum dignitatis gradum ascendisse ignobilissimos prius homines et despicatissimos. nihil adeo de quoquam tantae admirationi fuit, quantae fuerunt, quae de Ventidio Basso scripta sunt. eum Picentem fuisse genere et loco humili et matrem eius a Pompeio Strabone Pompei Magni patre bello sociali, quo Asculanos subegit, captam cum ipso esse, mox triumphante Pompeio Strabone eum quoque puerum inter ceteros ante currum imperatoris sinu matris uectum esse, post cum adoleuisset uictum sibi aegre quaesisse eumque sordide inuenisse comparandis mulis et uehiculis, quae magistratibus qui sortiti prouincias forent praebenda publice conduxisset. in isto quaestu notum esse coepisse C. Caesari et cum eo profectum esse in Gallias. tum quia in ea prouincia satis nauiter uersatus esset et deinceps ciuili bello mandata sibi pleraque inpigre et strenue fecisset, non modo in amicitiam Caesaris sed ex ea in amplissimum quoque ordinem peruenisse, mox tribunum quoque plebi ac deinde praetorem creatum atque in eo tempore iudicatum esse a senatu hostem cum M. Antonio, post uero coniunctis partibus non pristinam tantum dignitatem recuperasse, sed pontificatum ac deinde consulatum quoque adeptum esse; eamque rem tam intoleranter tulisse populum Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis uictitasse, ut uulgo per uias urbis uersiculi proscriberentur:

concurrite omnes augures, aruspices!
portentum inusitatum conflatum est recens:
nam mulas qui fricabat, consul factus est.

eundem Bassum Suetonius' c. q. s. — Cassius Dio 49, 21, 3: καὶ

1 partim *ante* in Graecia *om. Paris. 7959, Vaticanus 3317* ‖ 2 in Graecia] in *in Paris. super versum addidit corrector* ‖ donauit *Daniel*

Digitized by Google

que primum omnium de Parthis triumphasse et morte obita publico funere sepultum esse.

211* Pompeius proelio uictus et fugiens a spadonibus Alexandrini regis occiditur *(a. 706)*.

212* M. Coelius praetor et T. Annius Milo exul oppressi res nouas in Thuriano Bruttioque agro simul molientes *(a. 706)*.

συνέβη γε τῷ Οὐεντιδίῳ μόνῳ τε τὰ νικητήρια ἑορτάσαι ὥσπερ καὶ μόνος ἐνίκησεν — ὁ γὰρ Ἀντώνιος προαπώλετο — καὶ δόξαν ἀπό τε τούτου καὶ ἐκ τοῦ παραλόγου ἅμα τῆς τύχης μείζω λαβεῖν· ἐν γὰρ τοῖς τοῦ Πομπηίου τοῦ Στράβωνος ἐπινικίοις πομπεύσας ποτὲ μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων αὐτὸς ἐπινίκια τῶν Πάρθων πρῶτος Ῥωμαίων ἤγαγεν. Plutarchus Anton. 34: *καὶ τὸν Οὐεντίδιον οἷς ἔπρεπε τιμήσας ἔπεμψεν ἐπὶ τὸν Θρίαμβον. οὗτος ἀπὸ Πάρθων ἄχρι δεῦρο τεθριάμβευκε μόνος, ἀνὴρ γένει μὲν ἀφανὴς ἀπολαύσας δὲ τῆς Ἀντωνίου φιλίας τὸ λαβεῖν ἀφορμὰς πράξεων μεγάλων.* Eutropius VII 5: 'et L. Ventidius Bassus irrumpentes in Syriam Persas tribus proeliis uicit. Pacorum regis Orodis filium interfecit eo ipso die quo olim Orodes Persarum rex per ducem Surenam Crassum occiderat. hic primus de Parthis iustissimum triumphum Romae egit.' Sex. Rufus brev. 18: 'sed Publius Ventidius Bassus Parthos, qui ducente Labieno Syriam inuaserant occurrens in Tauro monte cum paucis fugauit, Labienum occidit, persecutus est Persas, ad internecionem strauit, qua congressione Parthorum regis filium eadem die, qua Crassus uictus fuerat occidit, ne aliquando Romani ducis mors inulta relinqueretur. Ventidius de Persis primus triumphauit.' cf. Fasti Capitolini ad a. 715. — Hieronymus Ol. 181, 3 *(a. 700)*: 'Ventidius primus Romanorum Parthos superat.' 'Sexdecim annorum prochronismus' Scal. quod in causa fuit, ut hoc loco fragmentum ponerem: nam persuasum habeo Hieronymum eo falsum esse, quod Suetonius Ventidi victoriam extra ordinem temporum post Crassi interitum narraret.

211* Hieronymus Ol. 183, 1. Livi ab urbe condita lib. 112 periocha: 'Cn. Pompeius cum Aegyptum petisset iussu Ptolemaei regis pupilli sui auctore Theodoto praeceptore, cuius magna aput regem auctoritas erat, et Pothino occisus est ab Achilla cui id facinus erat delegatum in nauicula ante quam in terram exiret.' Cf. Caesar bell. civ. III 96. 102—104 Velleius II 53 Plutarchus Pomp. 73—80 Caes. 48 Florus II 13, 52: 'consiliis spadonum et, ne quid malis deesset Septimii desertoris sui gladio trucidatus'. Cassius Dio 42, 3 Appianus bell. civ. II 81. 83—86 Eutropius VI 21 Orosius VI 15 Zonaras X 9.

212* Hieronymus Ol. 183, 1. Livi ab urbe condita lib. 111 periocha: 'M. Caelius Rufus praetor cum seditiones in urbe concitaret nouarum tabularum spe plebe sollicitata abrogato magistratu pulsus urbe Miloni exuli, qui fugitiuorum exercitum contraxerat, se coniunxit, uterque cum bellum molirentur interfecti sunt. Cassius Dio 42, 25, 3 sq.: *ἀπέδρα τε οὖν (ὁ Καίλιος) καὶ πρὸς τὸν Μίλωνα ἠπείγετο. κἂν ἔπραξέ τι ταραχῶδες, εἰ ζῶντα αὐτὸν εὑρήκει. νῦν δὲ ἐκ τῆς Καμπανίας ἐκ-*

3 proelio *B* praelio *(Scal.)* || 5 T. Annius *P Scal.* Annius *B* || exules *Scal.* || oppressi sunt *Scal.* || 6 Thuriano *Scal.* Thyriano *BP* || Bruttioque *B* Brutioque *P Scal.*

Digitized by Google

Romae basilica Iulia dedicata *(a. 708)*. 213*

Cleopatra regio comitatu urbem ingressa *(a. 709)*. 214*

Prohibitae lecticis margaritisque uti, quae nec uiros nec liberos haberent et minores essent annis XLV *(a. 709)*. 215*

Idibus Martiis C. Iulius Caesar in curia occiditur: et fasces statim suscipit P. Dolabella. C. Caesaris corpus in rostris ob honorem concrematum *(a. 710)*. 216*

πεσόντος αὐτοῦ καὶ ἐν Ἀπουλίᾳ φθαρέντος ἔς τε τὴν Βρεττίαν ἦλθεν ὡς ἐνταῦθά γέ τι συστήσων καὶ ἐκεῖ πρὶν ποιῆσαί τι λόγου ἄξιον ἀπώλετο· συστραφέντες γὰρ οἱ τὰ τοῦ Καίσαρος πράττοντες ἀπέκτειναν αὐτόν. cf. Caesar bell. civ. III 13. 20. 21. 22: 'Milo . . . Cosam in agro Thurino oppugnare coepit. eo . . . lapide ictus ex muro periit; et Caelius . . . peruenit Thurios, ubi . . . est interfectus.' Cicero Brut. c. 79 Velleius II 68 Orosius VI 15.

213* Hieronymus Ol. 183, 3. Cassius Dio 43, 22, 2: *τὴν γὰρ ἀγορὰν τὴν ἀπ' αὐτοῦ κεκλημένην κατεσκεύασατο· καὶ ἔστι μὲν περικαλλέστερα τῆς Ῥωμαίας, τὸ δ' ἀξίωμα τὸ ἐκείνης ἐπηύξησεν, ὥστε καὶ μεγάλην αὐτὴν ὀνομάζεσθαι. ταύτην τε οὖν καὶ τὸν νεὼν τὸν τῆς Ἀφροδίτης ὡς καὶ ἀρχηγέτιδος τοῦ γένους αὐτοῦ οὔσης ποιήσας καθίερωσεν εὐθὺς τότε.* cf. Suetonius Caes. 26: 'Forum de manubiis incohauit, cuius area super sestertium milies constituit.'

214* Hieronymus Ol. 183, 4. Suetonius Caes. 52: 'Dilexit et reginas, inter quas Eunoen Mauram Bogudis uxorem, cui maritoque eius plurima et immensa tribuit, ut Naso scripsit, sed maxime Cleopatram, cum qua et conuiuia in primam lucem saepe protraxit et eadem nauc thalamego paene Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit, nisi exercitus sequi recusasset, quam denique accitam in urbem nonnisi maximis honoribus praemiisque auctam remisit filiumque natum appellare nomine suo passus est.' Hunc locum Suetonii Scaliger et Mommsenus cum ignorarent fidem huius rei Hieronymo et Cassio Dioni (v. infra) denegabant, ita quidem ut Romam confusam esse statuerent cum Alexandria, quam quidem et ipsam urbem appellari Scaliger demonstravit. Cassius Dio 43, 27, 3: *πλείστην δ' οὖν ὅμως αἰτίαν ἐπὶ τῷ τῆς Κλεωπάτρας ἔρωτι, οὐ τῷ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἔτι — ἐκεῖνος γὰρ ἠκούετο — ἀλλὰ τῷ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ, παρὰ πάντων ἔσχεν. ἦλθέ τε γὰρ ἐς τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἐς αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐσωκίσθη, ὥστε καὶ ἐκεῖνον ἐπ' ἀμφοτέροις σφίσι κακῶς ἀκοῦσαι. οὐ μὴν καὶ ἐμελέν οἱ οὐδέν, ἀλλὰ καὶ ἐς τοὺς φίλους σφᾶς τούς τε συμμάχους τοὺς τῶν Ῥωμαίων ἐσέγραψεν.*

215* Hieronymus Ol. 183, 4. Suetonius Caes. 43: 'Lecticarum usum item conchyliatae uestis et margaritarum nisi certis personis et aetatibus perque certos dies ademit.' cf. Cassius Dio 43, 25.

216* Hieronymus Ol. 184, 1.

---

3 lectris *B* ‖ quo *B* ‖ 4 et *om. B* ‖ esse~ *B* ‖ XLV *B* quinquaginta quinque *Scal.* ‖ 6 suscepit *Scal.*

Digitized by Google

217* Seruius Sulpicius iuris consultus et P. Seruilius Isauricus puplico funere elati *(a. 710)*.

218* Romae tres simul exorti soles paulatim in eundem orbem coierunt. inter cetera portenta quae toto orbe facta sunt bos in suburbano Romae ad arantem locutus est, frustra se urgeri: non enim frumenta sed homines breui defuturos *(a. 710)*.

219* Antonius aduersum Caesarem Augustum bellum mouet *(a. 711)*.

220* † C. Falcidius tribunus plebis legem tulit ne quis plus

217* Hieronymus Ol. 184, 1. cf. Cassius Dio 45, 16, 1: *ἐκείνῳ μὲν οὖν τῷ ἔτει ταῦτ' ἐπράχθη, καὶ ὁ Σερουίλιος ὁ Ἰσαυρικὸς ὑπεργήρως ἀπέθανεν.*

218* Hieronymus Ol. 184, 1. Obsequens 68 (128): 'soles tres fulserunt, circaque solem imum corona spiceae similis in orbem emicuit, et postea in unum circulum sole redacto multis mensibus languida lux fuit.' 69 (129) *a. 711*: 'oraculo Apollinis uox audita: Lupis rabies hieme, aestate frumentum non demessum.' Cassius Dio 45, 17, 5 *(a. 711)*: *τό τε φῶς τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦσθαί τε καὶ σβέννυσθαι, τοτε δὲ ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἐδόκει, καὶ ἕνα γε αὐτῶν στέφανος σταχύων πυρώδης περιέσχεν, ὥστ' εἴπερ τι ἄλλο καὶ τοῦτο ἐναργέστατα αὐτοῖς ἐκβῆναι· οἵ τε γὰρ ἄνδρες οἱ τρεῖς ἐδυνάστευον, λέγω δὲ τόν Καίσαρα καὶ τὸν Λέπιδον καὶ τὸν Ἀντώνιον, καὶ ἐξ αὐτῶν ὁ Καῖσαρ μετὰ τοῦτο τὴν νίκην ἔλαβε.*

219* Hieronymus Ol. 184, 2.

220* Hieronymus Ol. 184, 4. 'Neque Caius huic tribuno praenomen fuit, sed Publius, neque hoc anno id plebiscitum latum, sed sequenti; Cn. Domitio Caluino II C. Asinio Pollione Coss. inepta quaedam his assuta erant a maleferiatis hominibus; quae neque in scriptis codicibus leguntur, neque huic plebiscito conueniunt. quare ea merito expunximus.' Scal. Reuocauit ea Maius: sunt autem haec: 'si quatuor aut minus essent. si autem plus quatuor, medietas eo tenore, ut siue liberis siue propinquis idem exteris pater sua legaret, illa pars quam Falcidius constituit nisi pater interdixerit et legatis fruentibus et eisdem carentibus aequanimiter partiretur.' Cassius Dio 48, 33, 5: *καὶ ὁ νόμος ὁ Φαλκίδιος ὠνομασμένος, πλείστην καὶ νῦν ἔτι ἰσχὺν ἐς τὰς τῶν κλήρων διαδοχάς, ὥστε τινὰ τὸ τέταρτον τῆς καταλειφθείσης οἱ οὐσίας, ἂν γέ πη βαρύνηται, λαβόντα τὸ λοιπὸν ἀφεῖναι, ἔχων, ὑπὸ Πουπλίου Φαλκιδίου δημαρχοῦντος ἐτέθη (a. 714).* — Gaius instit. II 224sqq.: 'Sed olim quidem licebat totum patrimonium legatis atque libertatibus erogare nec quicquam heredi relinquere praeterquam inane nomen heredis, idque lex XII tabularum permittere uidebatur, qua cauetur, ut quod quisque de re sua testatus esset, id ratum habe-

1 Seruius *Scal.* Sergius *B* || 2 publico *(Scal.)* || 3 exorti solis *B* soles exorti *(Scal.)* || 4 coierunt *B* coaluerunt *Scal.*

Digitized by Google

testamento legaret, quam ut quarta pars heredibus supercesset *(a. 713 aut 714)*.

Curtius Salassus in insula Arado cum quattuor cohortibus uiuus combustus est, quod tributa grauius exigeret *(a. 713 aut 714)*. 221*

Vibium Maximum designatum quaestorem agnouit dominus suus et abduxit *(a. 713 aut 714)*. 222*

retur, his uerbis VTI LEGASSIT SVAE REI, ITA IVS ESTO: quare qui scribti heredes erant, ab hereditate se abstinebant et ideirco plerique intestati moriebantur. itaque lata est lex Furia, qua exceptis personis quibusdam ceteris plus mille assibus legatorum nomine mortisue causa capere permissum non est. sed et haec lex non perfecit quod noluit: qui enim uerbi gratia milium aeris patrimonium habebat, poterat quinque hominibus singulis millenos asses legando totum patrimonium erogare. ideo postea lata est lex Voconia, qua cautum est, ne cui plus legatorum nomine mortisue causa capere liceret quam heredes caperent: ex qua lege plane quidem aliquid utique heredes habere uidebantur; set tamen uitium simile nascebatur; nam in multas legatariorum personas distributo patrimonio poterant adeo heredi minimum relinquere, ut non expediret heredi huius lucri gratia totius hereditatis onera sustinere. lata est itaque lex Falcidia, qua cautum est, ne plus elegare liceat quam dodrantem: itaque necesse est, ut heres quartam partem hereditatis habeat: et hoc nunc iure utimur.' cf. Iustinianus instit. II 22 pr.

221* Hieronymus Ol. 184, 4. Cassius Dio 48, 24, 3: *καὶ τέλος (ὁ Ἀντώνιος) Πλάγκον μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῷ ἔθνει, Σάξαν δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ καταλιπὼν ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπῆρεν. ὅθεν περ καὶ τὰ μάλιστα ἄλλα τε ταραχώδη πολλὰ ἐπεγένετο. ὥστε καὶ τοὺς Ἀραδίους τοὺς νησιώτας μηθ' ὑπακοῦσαί τι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πρὸς σφᾶς ἐπὶ χρήματα πεμφθεῖσι καὶ προσέτι καὶ φθεῖραί τινας αὐτῶν, καὶ οἱ Πάρθοι καὶ πρὶν κινούμενοι τότε δὴ καὶ μᾶλλον τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέθεντο (a. 714)*.

222* Hieronymus Ol. 184, 4. Cassius Dio 48, 34, 4sq.: *τῶν δ' οὖν ἀναλωμάτων πολὺ μειζόνων ἢ πρότερον γιγνομένων, καὶ τῶν προσόδων οὔτ' ἄλλως ἀρκουσῶν, καὶ τότε ἐλαττόνων διὰ τὰς στάσεις προσιουσῶν, καινά τινα τέλη ἐσήγαγον (triumviri), ἔς τε τὸ βουλευτήριον πλείστους ὅσους οὐχ ὅτι τῶν συμμάχων ἢ καὶ στρατιώτας παῖδάς τε ἀπελευθέρων, ἀλλὰ καὶ δούλους ἐνέγραψαν. Μάξιμον γοῦν τινα ταμιεύσειν μέλλοντα ἐγνώρισέ τε ὁ δεσπότης καὶ ἀπήγαγεν. καὶ τούτῳ μὲν ἀδεὲς ἐγένετο τολμήσαντι τὴν ἀρχὴν αἰτῆσαι· ἕτερος δὲ ἐν τοῖς στρατευομένοις φωραθεὶς κατὰ τῶν τοῦ Καπιτωλίου πετρῶν ἐώσθη, προελευθερωθεὶς ἵν' ἀξίωμα ἡ τιμωρία αὐτοῦ λάβῃ (a. 715)*.

---

1 superesset, si quattuor aut minus essent. si autem plus quattuor, medietas eo tenore, ut siue liberis siue propinquis (idem exteris *addunt alii*) pater sua legaret, illa pars quam Falcidius constituit, nisi pater interdixerit, et legatis fruentibus et eisdem carentibus aequaliter partiretur *codices recentiores: delevit ineptam interpolationem Scaliger* ‖ 3 Arado *P Scal.* Arad*o *B* ‖ cũ* *B* ‖ 6 quaestorem] es *litterae in B fol. lacer. perierunt*

Digitized by Google

223* E taberna meritoria trans Tiberim oleum terra erupit fluxitque toto die sine intermissione *(a. 713 aut 714)*.

224* Templa Rhodiorum depopulatus est Cassius *(† a. 713)*.

225* Secunda secessio Augusti et Antonii *(a. 713 aut 714)*.

226* Augusti et Antonii tertiae dissensionis exordium [quod repudiata sorore Caesaris Cleopatram duxisset uxorem] *(a. 722)*.

227* Artorius medicus Augusti post Actiacam uictoriam naufragio perit *(a. 725)*.

228* Agon Actius constitutus *(a. 725)*.

223* Hieronymus Ol. 184, 4: 'E taberna ... intermissione, significans Christi gratiam ex gentibus.' Cassius Dio 48, 43, 4: *πολλὰ μὲν δὴ καὶ πρὸ ἐκείνου τοῦ χρόνου (a. 716) τερατώδη συνηνέχθη — ἄλλα τε γὰρ καὶ ὅτι ἔλαιόν τι παρὰ τῷ Τιβέριδι ἀνέβλυσεν — πολλὰ δὲ καὶ τότε.*

224* Hieronymus Ol. 184, 4. Cassius Dio 47, 33, 3sq.: *καὶ Κάσσιος μὲν Ῥοδίους, καίτοι τοσοῦτον ἐπὶ τῷ ναυτικῷ φρονοῦντας ὥστε ἐς τε τὴν ἤπειρον ἐπ' αὐτὸν προδιαπλεῦσαι καὶ τὰς πέδας ἃς ἐκόμιζον ὡς καὶ ζῶντας πολλοὺς αἱρήσοντες ἐπιδεικνύναι σφίσι, ναυμαχίᾳ πρότερον μὲν περὶ Μύνδον, ἔπειτα δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ Ῥόδῳ διὰ τοῦ Στατίου, τῷ τε πλήθει καὶ τῷ μεγέθει τῶν νεῶν τὴν ἐμπειρίαν σφῶν κρατήσας, ἐνίκησεν· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐς τὴν νῆσον περαιωθεὶς ἄλλο μὲν κακὸν οὐδὲν αὐτοὺς ἔδρασεν — οὔτε γὰρ ἀντέστησάν οἱ, καὶ εὔνοιαν αὐτῶν ἐκ τῆς διατριβῆς ἣν ἐκεῖ κατὰ παιδείαν ἐπεποίητο εἶχεν — τὰς δὲ δὴ ναῦς καὶ τὰ χρήματα καὶ τὰ ὅσια καὶ τὰ ἱερά, πλὴν τοῦ ἅρματος τοῦ ἡλίου, παρεσπάσατο (a. 712).* Orosius VI 18: 'Rhodios Cassius terra marique oppugnatos ad deditionem coegit, quibus praeter uitam nihil reliquit.'

225* Hieronymus Ol. 184, 4.

226* Hieronymus Ol. 187, 1. Quae seclusi, ex Eutropio VII 4 sumpta uidentur: 'Antonius, qui Asiam et Orientem tenebat, repudiata sorore Caesaris Augusti Octauiani Cleopatram reginam Aegypti duxit uxorem.'

227* Hieronymus Ol. 187, 4.

228* Hieronymus Ol. 187, 4. Cassius Dio 51, 1, 2: *καὶ ἐπ' αὐτῇ (τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου) τῷ τε Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ τριήρη τε καὶ τετρήρη, τά τε ἄλλα τὰ ἑξῆς μέχρι δεκήρους, ἐκ τῶν αἰχμαλώτων νεῶν ἀνέθηκε, καὶ ναὸν μείζω ᾠκοδόμησεν, ἀγῶνά τέ τινα καὶ μουσικὸν καὶ γυμνικὸν ἱπποδρομίας τε πεντετηρικὸν ἱερόν — οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι — κατέδειξεν, Ἄκτια αὐτὸν προσαγορεύσας (a. 723).*

---

3 templa *BP Scal.* || 9 perit *B* periit *Scal.* || 10 Actius *BP* Actiacus *(Scal.)*

Digitized by Google

QVAESTIONES SVETONIANAE

Digitized by

CAPVT I

Suetonium librum de viris inlustribus scripsisse certo Hieronymi testimonio scimus. quod positum est in prologo libri, quem ipse ad exemplum Suetoni de eodem argumento conscripsit (II p. 821 Vall.): *hortaris me Dexter ut Tranquillum sequens ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram et quod ille in enumerandis gentilium litterarum uiris fecit illustribus ego in nostris faciam.... fecerunt quidem hoc idem apud Graecos Hermippus peripateticus Antigonus Carystius Satyrus doctus uir et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus, apud Latinos autem Varro Santra Nepos Hyginus et ad cuius nos exemplum prouocas Tranquillus.* huc adde verba eiusdem in epistula XLVII ad Desiderium (I p. 211 Vall.): *scripsi librum de illustribus uiris ab apostolis usque ad nostram aetatem imitatus Tranquillum Graecumque Apollonium.* Hieronymi autem auctoritate, cuius liber a novis semper scriptoribus imitando continuandoque exprimeretur, propagabatur memoria Suetoniani scripti, ut per medium usque aevum duraret. itaque ipsa renascentium litterarum aetate, cum libelli Suetoni de grammaticis et rhetoribus ex Germania in Italiam referebantur, viri docti loci Hieronymiani bene memores hanc partem esse maioris libri statim iudicaverunt. in his fuit Iovianus Pontanus, cuius hac de re iudicium in subscriptione codicis Leidensis nobis servatum est. quam totam perscribere iuvat: *C. Suetonius scripsit de uiris illustribus. cuius exemplum secutis secutus hieronymus ipse quoque libellum de scriptoribus christianis edidit. nuper etiam Bartholomeus facius familiaris noster de uiris illustribus temporis sui libros composuit. qui ne hos Suetonii illustres uiros uidere posset mors immatura effecit. paulo enim post eius mortem in lucem redierunt cum multos annos desiderati a doctis hominibus essent. Temporibus enim Nicolai quinti pontificis maximi Enoc* [E] *Asculanus in Galliam et inde Germaniam profectus conquirendorum*

Digitized by Google

librorum gratia hos quanquam mendosos et imperfectos ad nos retulit. Cui sic habenda est gratia ut male imprecandum est Sicconio polentono patauino. qui cum eam partem quae est de oratoribus ac poetis inuenisset, ita suppressit ut ne unquam in lucem uenire posset. quam ego cum patauii perquirerem, tandem reperi, eam ab illo fuisse combustam. ipsumque arrogantia ac temeritate impulsum, de uitis illustrium scriptorum loquacissime pariter et ineptissime scripsisse. iam vero cavendum est ne relicua, quae hic de aliis eiusdem libri partibus repertis et interceptis traduntur, cupidius amplectamur. nam nimis incredibilia his permiscentur nec alieni fuerunt Itali homines tum temporis a lubidine vel odiosisissima comminiscendi, modo adversarios invidia obruerent. illud enim scelus ut committeret, nulla Sicconio causa videtur fuisse, cum ex specimine libri eius a Ritschelio in lucem prolato satis appareat, et vere Pontanum de Sicconi libro iudicasse neque ullum in eo Suetoni usum posse deprehendi. quodsi hoc aut Pontani aut Patavinorum eius auctorum commentum est, de vero non aberremus, si nihil antiquae memoriae in narratione Itali inesse statuamus nisi solam Hieronymiani illius loci recordationem: in simplici autem coniectura quae sane proclivis erat positum esse, quod tradiderit, partem interceptam poetarum et oratorum vitas conplexam esse. neque tamen negaverim, iam tum intellectum esse, non deesse indicia quibus Hieronymi auctoritas confirmaretur. etenim iam in lucem protracti erant antiqui Terenti et Horati interpretes, qui Suetonium de vita horum poetarum scripsisse diserte testati sunt. atque viris doctis eius aetatis notissimus erat alius testis maioris Suetoniani libri. in plerisque enim recentioribus naturalis historiae Plinianae codicibus vita scriptoris extat, quam ipse titulus ex libro inlustrium virorum desumptam esse tradit. sed ut hoc testimonio non tam poetarum et oratorum quam historicorum vitas Suetonium scripsisse iure efficias, ita ut maioris libri partes libellos istos iudicarent et facili coniectura grammaticis poetas oratores rhetoribus opponerent, solus Hieronymus auctor movebat, a cuius adeo memoria ipse Pontanus in initio adnotationis quam supra posuimus pendere se confessus est.

Eidem auctori, id quod praeclaro invento patefactum est, distinctam deperditi libri imaginem debemus. Iosephus enim Iustus Scaliger Hieronymum in additamentis ad Euseb̀i chronicon Suetoni libro de viris inlustribus usum esse intellexit. argumenta

Digitized by Google

quidem, quibus hanc observationem firmaret, non attulit; sed non difficilia sunt inventu. nisus est enim sine dubio Hieronymi verbis in praefatione ad chronicon Eusebi ab ipso translatum et auctum: *a Troia usque ad uicesimum Constantini annum nunc addita nunc mixta sunt plurima, quae de Tranquillo et ceteris illustribus historicis curiosissime excerpsimus.* addidit autem Hieronymus praeter alia quae Mommsenus in disputatione de auctoribus Hieronymi comm. soc. Saxon. hist. et philol. I p. 669 sqq. inserta accurate conlegit de viris litterarum latinarum inlustribus multas easque pretiosissimas adnotationes. quae excerpta ibi desinunt, ubi desiisse Suetoni librum aut scimus aut veri simile est. rem vero conficit consensus additamentorum cum libello de grammaticis et rhetoribus, unde hausta esse illa in aperto sit. suo iure igitur Scaliger plerasque adnotationum huiusmodi ad Suetonium auctorem rettulit. quam quidem rem ita instituit ut simul alia eiusdem Suetoniani libri particulas aperiret. sic Terenti vitam initio scholiorum in poetam positam testimonio Donati, quod adhuc neglectum erat, adhibito Suetonio vindicavit. ex hac autem vita Hieronymum sua excerpsisse nemo poterat negare. deinde vitam Lucani, inter quam et Hieronymi de ea re adnotationem eadem intercedit ratio, eiusdem scriptoris esse iudicavit, sive sermonis similitudine ductus est sive re plane confirmata ipso consensu cum chronographo eundem fontem id est Suetonium satis indicari putavit.

Sed summus ille vir observationem suam ipse certis finibus non circumscripsit, cum pro arbitrio suo ex adnotationibus Hieronymi eas eligeret quae Suetonio vindicandae viderentur. consentaneum vero est aut omnia huiusmodi additamenta aut certa eorum genera eidem auctori restituere. quod viri docti decimi septimi et octavi saeculi tantum afuit ut perficerent, ut eorum inertia praeclarum Scaligeri inventum in thesauro temporum quasi sepultum iaceret, donec Fridericus Ritschelius (*Suetonius de viris illustribus*, quae commentatio primum edita est in museo Rhenano novo II p. 615 sqq., deinde repetita et aucta in appendice parerg. Plaut. I p. 609 sqq.) et memoriam eius iam intermortuam resuscitavit et quattuor adnotationum genera, quae ad Suetonium referenda essent auctorem, discrevit ita ut appellationes quibus Hieronymus inlustres viros insignivit secutus ea quae de poetis oratoribus grammaticis rhetoribus traderet ex totidem partibus Suetoniani libri sumpta esse doceret. quae divisio quasi fundamento nititur

Digitized by Google

Pontani auctoritate, quam quidem nullam esse supra ostendimus. sed tum temporis testimonio eius nondum Ritschelius ipse fidem abrogaverat Sicconianarum nugarum specimine prolato. redeundum igitur erit ad ipsa Hieronymi excerpta: in quibus cum non solum quattuor illa genera sint conspicua, sed etiam historici et philosophi producantur, ex eodem sane auctore Hieronymum quae de his praebeat hausisse per se est veri simillimum. deinde ut omni huiusmodi indicio destituti essemus, non facile potest negari Suetonium cum Latinarum litterarum inlustres viros conponeret historicorum et philosophorum memoriam praeterire non debuisse: nisi forte certis argumentis cogimur, ut librum ab eo non ad finem perductum esse statuamus. quae cum non occurrant, profecto suapte sponte intellegitur, eo ipso quod Hieronymus de historicis et philosophis non taceat, demonstrari ita ut dubitatio absit Suetonium etiam haec litterarum genera pertractasse ex eiusque libro Hieronymum sua hausisse. iam si quaeris, num aliis testimoniis haec ratiocinatio firmetur, oratorum et philosophorum libri nulla quidem alia fide nituntur, quam quae ex Hieronymi excerptis repetita est; quod contra grammaticorum et rhetorum vitae adhuc super sunt, de poetis scripsisse Suetonium iam ipsis de vita Terenti et Horati reliquiis arguitur; nec denique historicorum liber etiamsi ab Hieronymo discesseris sua destitutus est auctoritate, cum hunc sibi locum vita Plini poscat.

Itaque evicisse videmur iudicium nostrum de historicis et philosophis apud Hieronymum non magis incertum esse vel potius non minus certum quam ea quae Ritschelius de poetis et oratoribus disputavit. nam si philosophorum et historicorum memoriam ex alio auctore chronographus recepisset, concedendum esset Regentio de vita et scriptis Suetonii p. 39 sqq., qui ceteroquin neglegentissime hac de re disputat, indicium etiam de oratorum et poetarum libris ab Hieronymo adhibitis incertum reddi. nempe potuit etiam horum alios ex Suetonio sumere alios ex eodem auctore, quem in historicorum enumeratione secutus esset. nec paucitas historicorum ab Hieronymo laudatorum nos deterrere debet quominus eos ad Suetonium referamus. nam si reputaveris de viginti grammaticis quinque tantum nominasse Hieronymum, nostro iure suspicari videmur eandem vel similem rationem inter sex Hieronymi historicos et numerum Suetonianum intercessisse. philosophorum autem tria tantum nomina apud Hieronymum extare con-

Digitized by Google

sentaneum est, quo in genere paucissimos litterae tulerint Romanae. quae cum ita sint, sane mirum videri debet Mommsenum l. c. p. 674. 676 sq. eo tantum progressum esse, ut Suetonium etiam de historicis latinis scripsisse statueret. nam quae eum prohibuerunt ne etiam historiam philosophiae Romanorum a Suetonio perscriptam esse contenderet, confusio Gallionum et mirum Nigidi Figuli epitheton, ea si vere res ita se haberet non in Suetonium caderent sed in neglegentiam excerptoris. sed falsum esse Mommsenum infra ostendemus.

Sex igitur litterarum genera inlustrium virorum libro conprehensa fuerunt. quod cum iusta argumentatione adsecutus sim, contradicentem me quidem habebit, si quis ultra progredi ausus etiam iuris consultorum et medicorum vitas a Suetonio inlustratas esse coniciat. commemorantur quidem ab Hieronymo medicus unus et unus iuris consultus. sed ut hanc singularitatem indiciorum non conponere possis cum paucitate illa historicorum et philosophorum, ita is qui hinc aliquid efficere studeat in iustum temeritatis crimen incurrat. nec deest sua sedes duobus illis additamentis, cum in numerum eorum a Mommseno l. c. p. 692 sq. relata sint, quae ex libro Romanarum rerum a morte Pompei usque ad pugnam Actiacam hausta videntur; de cuius origine infra disputandum erit.

Missis huiusmodi hariolationibus alia nos quaestio manet gravioris illa quidem momenti. inlustrium enim virorum libri Graeci pariter atque Latini viros qui vel ingenio vel imperio insignes fuerunt simul conplexi sunt. de graecis quidem constat neque minus de Latinis saltem de duobus Nepote et Hygino. quodsi hoc genus eruditionis suis finibus circumscriptum fuit, non facile sane nobis persuaderi patiemur, Suetonium ab hac certa via et ratione deflexisse. sed nihilo minus hoc eum fecisse arguit primum Hieronymi silentium, qui regum et ducum memoriam in additamentis ne verbo quidem attigit, testantur deinde diserta eiusdem verba *quod ille in enumerandis gentilium litterarum viris fecit illustribus*. quae post haec verba apud Hieronymum secuntur (fragm. 1*) cum insignis doctrinae vestigia prae se ferant, a veritate non abhorreat, si e Suetonio hausta esse contendam. poterat enim facile de ratione sua in praefatione totius libri disserere, et debebat adeo, cum a ceteris qui hunc eruditionis locum tractaverant haud paululum differret. nec nimius videor, si verba quibus illa excipiuntur *et ad cuius nos exemplum provocas Tranquillus*, diversam

Suetoni rationem significare puto. quam opinionem adiuverit alterum testimonium Hieronymi in epistulis *imitatus Tranquillum Graecumque Apollonium*, quo Suetonius non sine auctore diversam viam inisse indicatur. quam Apolloni Rhodii memoriam (cf. Ritschl. coroll. de bibl. Alex. p. 23 Mützell. de emend. theog. Hesiod. p. 288) eidem auctori Hieronymo debeat. restat argumentum ex testimonio repetitum, quod cum primo adspectu totam disputationem evertere videatur, ad eam confirmandam potius et inlustrandam aptissimum esse patebit. Suetonium enim de regibus libros tres dedisse Ausonius epistula XVIIII (fragm. 177) scribit, quos partem inlustrium virorum nos habere per se nihil vetare videtur. sed ab eodem auctore docemur Suetonium non solum Romanorum regum sed etiam Graecorum et barbarorum historiam tradidisse, quod a consilio libri de viris inlustribus alienum esse adparet. at enim non subvereor ne quis mihi exemplum Nepotis obiciat, qui etiam Graecorum inlustrium virorum vitam inlustraverit. nam ut omittam nulla vestigia esse quibus adducamur ut Suetonium etiam graecos scriptores enumerasse statuamus, adeo auctor nobis est neglegens ille quidem et neglegendus, quem tamen hoc loco optime adhibeas. Suidas enim in catalogo librorum Suetonianorum, de cuius origine et auctoritate infra dicendi locus erit, hunc titulum habet *στέμμα Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων*. quamquam ne haec quidem memoria a Suida vel eius auctore non obscurata est, cum talem titulum Suetonio tribuere nemo audeat.

Sed iam video me delapsum esse in aliam disputationis partem, qua de ipsa libri inscriptione agendum est. libro enim finibus suis circumscripto ipsum titulum, quem sine ulla dubitationis significatione *de uiris inlustribus* dixi, incertum redditum esse video. atque Casaubonus in praefatione ad comm. libri de gramm. et rhet. suspicari se dicit operis Suetoniani indicem minus laxe conceptum fuisse hoc vel simili modo *de uiris in litteris inlustribus*; non obscure praeire sibi ad hanc sententiam Hieronymum, qui Suetonium enumerasse scribat non simpliciter viros inlustres sed litterarum viros inlustres. attamen coniecturae quamvis speciosae ipsa quam protulit Hieronymi auctoritas refragatur, qui cum libri de viris inlustribus consilium sit imitatus etiam inscribendi rationem servasse putandus sit. deinde vitam Plini *ex libro uirorum illustrium Tranquilli* excerptam esse ipse eius index perhibet. in quibus etsi inscriptio paululum diversa ab Hieronymiana adparet, tamen sim-

Digitized by Google

plicitatem eius et ipsa testantur. ceterum quae ibi usurpatur non tam librum inscribendi quam citandi ratio, cum antiquioribus temporibus usitata postea in desuetudinem abiisset, non inculta aetate vitam Plini de Suetoni libro sublatam esse certissimum est indicium.

Libro igitur de viris inlustribus cum sex genera litterarum Suetonium pertractasse intellexerimus, haec totidem libri partes effecisse consentaneum videatur. sed qui partes superstites de grammaticis et de rhetoribus consideraverit, is has non duas sed unam esse inveniet. nam primum rhetoricae historiae initium aperte indicat novum caput non librum novum incipere; deinde in omnibus codicibus qui quidem bonae sunt fidei libro sic inscriptum est: *de grammaticis et rhetoribus.* quod vidisse Rothi meritum est; sed non ausus est vulgato libri edendi modo abscedere. cuius inconstantiae excusatio in aperto est. nempe argumenti alterius vim, quod a librorum auctoritate ipse quoque petivit, non satis perspicere poterat, qui nullum bonae notae librum conlatum haberet. in quibus etiam alterum veritatis indicium deprehenditur. grammaticorum enim et rhetorum indices initio libri positi sunt: quod sane non poterat fieri si rhetorum et grammaticorum historiae separatis partibus tractatae essent. qua re iudicium etiam de ceteris partibus ambiguum fieri necesse est. nam non video quo iure Rothius pro certo adfirmaverit praeter superstitem librum de grammaticis et rhetoribus ceteros singulos libros fuisse. equidem neque praefracte negantis neque certum adfirmantis partes suscipere audeo, ut hanc rem in incerto relinquere malim. neque magis constat de ordine quo singulae partes se exceperint. sensum meum si sequor, non inprobabile est poetarum vitas primo loco positas fuisse. nam ut in singulis partibus Suetonium inlustres viros chronologico ordine enumerasse exemplo libri de grammaticis et rhetoribus docemur ita antiquissimum litterarum Romanarum genus, cuius auctores inde a Livi Andronici aetate a Suetonio inlustratos fuisse scimus, aptissime primo loco conlocaverit. poetas autem oratores excepisse veri simile est, quorum agmen non prisci illi Appii Gracchi Catones duxerint sed summus eloquentiae auctor Cicero. deinde haud scio an secuti sint historici, hos philosophi. ultimo autem loco partem residuam positam fuisse certo indicio contigit ut conprobaretur. huc redeo.

Qua vero ratione Suetonius in ipsis libri partibus usus sit, divinari licet ex ea quae aetatem tulit, ad cuius exemplar

Digitized by Google

quae de ceteris super sunt conformandae erunt. praemisit igitur singulis indices virorum quorum vitam narraturus erat ex more antiquitatis satis noto; quod in causa fuisse videtur, ut Byzantini homines mirum illum titulum sibi confingerent *στέμμα Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων*. deinde praefatione initia et ortus de quo agebatur generis quaeque eodem pertinerent omnia executus est. similiter in poetarum libro, priusquam poetae in ordinem digererentur, rem egisse reliquiae ostendunt, quae aut iam huc relatae sunt aut referendae videntur. sic Casaubonus fragmentum illud egregium, quo ipsa poesis origo explicatur (2), huc pertinere intellexit. quod quidem paululum differt a ratione in praefationibus quae super sunt conspicua. in his enim artium historia ex ea aetate repetitur, qua earum studia primum urbem inlata sint. quae diversitas in ipsa originis diversitate posita est. nam poesis Latina non simpliciter ex Graecia adscita est ut grammatica et rhetorica, quae artes et Romam inlatae sunt et cum ad argumenta Latina accommodarentur totae ad exemplum Graecorum conformabantur. ceterum eadem ratione Varro de poematis ad poeticae Latinae origines et ad priscos illos vates faunosque descendisse videtur. cf. de lingua Latina VII 36. qua re non inprobabiliter suspicere ea quae apud Isidorum fragmentum illud Suetoni excipiunt (cf. p. 4), cum de vatis originatione agant, Suetonio deberi. quae coniectura eo quidem infirmatur, quod Isidorianis verbis Serviana (ad Aen. III 443) et ipsa illa quae citavi modo Varroniana inmixta videantur. quibus tamen detractis remanet quod pleniorem fontem prodat.

Poesis notatione, quae simul fragmento illo describitur, Suetonius, quod quidem multis aliis documentis satis probatur, a puerilibus istis grammaticorum veterum nugis se non alienum esse ostendit, eo magis hoc loco mirandus, quod cum in eis quae addit *eiusque factores poetae* verum etymon in aperto positum sensisse videatur, ea quasi gemina verbi radice prolata totam rem maxime pervertit.

Alterum praefationis fragmentum, quo eius reconcinnatio magnopere adiuvatur, legitur apud Diomedem III p. 482, 14 14 — 492, 14 (3*). totam enim hanc disputationem de poematis generibus Suetonio deberi O. Iahnius intellexit. cf. mus. Rhen. nov. VIIII p. 629. Tranquillum scilicet in fine eius ut auctorem nominat Diomedes nec ante nomen auctoris qui propius ad grammatici aeta-

Digitized by Google

tem accedat conparet: qua re ex Keili observatione praef. p. LII satis probatur, totam commentationem ex Suetonio haustam esse. deinde quod satirici poetae tres Lucilius Horatius Persius nominantur, omittitur Iuvenalis, eo auctor indicatur, qui post Persium quidem vixit sed aut Iuvenalis aetatem non attigit aut eius aequalis fuit. quo indicio, ut dicam quod sentio, potest fieri ut Tranquillus indigitetur, sed eodem possis tuo iure uti, ut haec omnia a Diomede ex diversis M. Valeri Probi hypomnematis excerpta esse suspicere. neque inepte ipsa inordinata confusio, qua singula poematum genera enumerantur, a qua magnopere in singulis eruditio distat, adhibeatur, quo haec Diomedem non ex una continua disputatione recepisse, sed ex diversis de diversis poematis generibus commentis conflasse probetur. Probi autem hypomnematis Persianis probabiliter restituas quae de satura disputata sunt, cui opinioni admodum favet, quod eadem fere in libris Persi (cf. p. 20, 3 adnot.) Horati Iuvenalis — ne in his quidem Iuvenalis nomen teste Iahnio additur — extant. nec minus quae de origine bucolicae traduntur, cum eis fere consentiant, quae eadem de re in Probi commentariis ad Vergili bucolica super sunt, eundem auctorem indicant. tum quae de comoediae natura et origine referuntur non dissimilia sunt eis quae a Donato Terenti interprete exponuntur; hunc autem Probi Terentianis commentariis usum esse scimus. sed quominus hanc speciem veritatis calidius amplectamur, impedimento id ipsum est quod auctoritatem Suetoni a Diomede adhiberi meminimus. deinde si quis accuratius in illas turbas inquisiverit, dispiciet certum unius disputationis consilium, quod a Diomede demum perversa excerpendi ratione obscuratum sit. quae sententia optime opinor ipsa quam infra instituam reconcinnatione probabitur. iam vero cum Probus de arte poetica scripsisse non videatur sed initio hypomnematum more Graecorum de genere quod excoluit is cuius interpres erat disputaret, non facile praeter Suetonium grammaticum, qui et Probi copiis usus sit nec Iuvenalem aetate superaverit, invenies.

Quodsi Suetonium disputationis auctorem agnoverimus, non poterit aptius ea conlocari quam in praefatione libri de poetis. etenim in libro spectaculorum Romanorum, quode cogitavit O. Iahnius l. c., non commode poterat sermo institui de omnibus poeticae generibus nec de natura ipsius scaenicae poesis disputari. tum erat hic liber pars ludicrae historiae, cuius una parte Graeco-

Digitized by Google

rum altera Romanorum ludi inlustrabantur. quocum non congruit ratio huius commentationis, qua Graecae simul et Latinae poesis genera et origines pertractentur. in omnis autem poesis originem vidimus Suetonium fragm. 2 inquirere, unde facilis erat transitus ad singulorum generum initia. in quibus debebat Graecae poeticae historiam saltem adumbrare, quam aut referret aut ad cuius exemplum formata esset fere tota poesis Latina. quae cum ita sint, non iam confugiendum videtur cum Keilio praef. p. LV, quo sedem fragmenti nanciscamur, ad pratorum libros, quibus quidem ut de omnibus aliis rebus ita de poetica poterat exponi. neque vero desideratur indicium quo certius adpareat vere indagatum esse et auctorem et librum, unde sua Diomedes hauserit. nam in additamentis Hieronymi ad chronicon Eusebianum haec leguntur: *Pylades Cilix pantomimus, cum ueteres ipsi cantarent atque saltarent, primus Romae chorum et fistulam sibi praecinere fecit* (fragm. 4*). atqui Suetonius de eadem artium scaenicarum separatione apud Diomedem p. 491, qui eum nominavit, disputat. Hieronymus igitur, cum constet eum librum de viris inlustribus adhibuisse nec facile quis coniciat histriones in numerum inlustrium virorum relatos esse, Pyladis memoriam ex praefatione libri de poetis recepisse iudicandus est. scio equidem Mommsenum l. c. p. 693 huic additamento sedem dedisse in historia illa Romanarum rerum supra commemorata. sed cum finem eius ponat pugnam Actiacam, haec de Pylade narratio quae ol. 189, 3 adscripta sit cum terminum decem fere annis excedit. nec moratur nos quod apud Diomedem Pyladis mentio facta non sit. nam hoc praefationis supplemento, quod casu servatum est, confirmatur tantum, quod si quis attenderit ipsa Diomedis disputatio prodit: nempe excerpta sunt a miserrimo grammatico sine ulla arte composita. sed ut iam dixi in dispersis illis et disiectis membris egregii disputationis corporis quasi umbra potest dispici; quas lineas satis distinctas si sequemur, suapte sponte ex istis sordibus ars poetica Suetoniana emerget.

Pro capite igitur disputationis poematis divisio in tria genera habenda est, quae discribendi ratio cum primum a Platone instituta esset a grammaticis Graecis et Latinis amplificabatur. atque scholiis quidem bucolicorum Theocriti et Vergili praeponitur similis de poematis generibus commentatiuncula: nec oblitterata sunt talis originis vestigia in Suetoniana disputatione, ubi dramatici generis exempla ex eclogis Vergili repetuntur. sed quae in scholiis Probi exponuntur

Digitized by Google

ut eclogarum differentiae inlustrentur, ea Suetonius in universum ad poematis genera transfert; siquidem excepto uno loco quo bucolico exemplo usus est semper ad generales poesis distinctiones respicit. primum igitur genus dicitur dramaticum alterum exegeticum tertium mixtum. deinde apud Diomedem singulae cuiusque generis species proferuntur: primum dramatici poematis species simpliciter enumerantur: sequitur commentariolus de exegetica poesi, in quo exempla unius cuiusque speciei Graeca et Latina referuntur additis auctorum nominibus. deinde mixti poematis species scriptor plene exequitur: quo facto ad dramaticum genus inlustrandum ordinis quasi immemor revertitur. hanc confusionem Keilium non animadvertisse miror, quam Rabanus Maurus in exc. de arte gramm. Prisciani II p. 46 ed. Colon. cum Diomedem exscriberet tollere pro viribus non dubitavit. quem non puriore fonte usum esse certum est; adhibuit enim codicem Diomedis Fuldensem postea a Modio conlatum nunc quidem deperditum, sed qui a libris qui aetatem tulerunt fere non discreparet. cf. Keilius praef. p. XXXII sq. nec potest omnino librariis Diomedis culpa turbarum tribui, cum talis corruptelae nulla possit via et ratio indagari. igitur stupore et supina neglegentia excerptoris factum esse arbitror, ut ordo quem Suetonius instituit inverteretur. Suetonius enim ex universa poematis discriptione quaestionem ipsam tripertitam esse voluit, ut prima parte de dramatica poesi deinde de exegetica postremo de communi quam vocavit ageret. Diomedes autem cum initium primae partis perscripsisset, quo species dramatici generis enumerantur, caput alterius, quo species exegeticae poesis nominantur, adiunxit: sed simul ipsam de his disputationem quae natura sua brevissima esset non dubitavit totam exscribere. sic ad tertiam partem delatus distinctis eius generibus non reversus est, ut par erat, ad dramaticum poema, sed de ordine securus descripsit quae apud Suetonium generum enumerationem sequebantur. quo negotio feliciter si dis placet administrato meminit eorum quae ante omiserat nec puduit eum quod nunc prima pars post tertiam ponenda erat. qua ratione facillime turbae explicantur; non enim credo quemquam Diomedis patrocinium suscepturum. quod officium ne quis sibi iniungeret, ipse Diomedes egisse videtur, cum nec in singulis desint documenta, quibus insignis eius in excerpendo neglegentia probetur.

Prima enim parte Suetonius dramaticum genus descripsit,

Digitized by Google

cuius quattuor species apud Graecos fuisse tradit, quibus quattuor Latina respondeant. itaque consentaneum erat primum Graecarum naturas et origines explicare quoque modo et a quibus Romam translatae sint narrare, deinde inlustrare Latinas species. nec aliter fecisse Suetonium indicandum est. at Diomedes rursus omnia confudit. nam cum initio servato ordine exscripsisset, quae Suetonius de tragoedia et comoedia traderet, simplici describendi opera opinor defatigatus de Latinis dramaticae poesis generibus disputationem anticipat, tum adnotatiuncula de dramate interiecta ad Graecas species redit, ut de satyrica poesi et mimo agat; postremo loco membra comoediarum refert pauca de arte scaenica Romanorum inmiscens. itaque molestum sane negotium nobis incumbit in futiles rationes inquirendi, quibus ductus Diomedes Suetonianam commentationem turpiter deformarit. togatas igitur fabulas ut post comoediae Graecae origines et aetates poneret movebat Diomedem observatio Suetoni initio omnes togatas comoedias appellatas fuisse. qua suo iure sibi videbatur uti, ut ingratum scribae munus quod sibi inposuit iucunda novandi opportunitate distingueret. quam ob rem tota de togatis fabulis expositione comoediae Graecae adiuncta quasi nihil interiecisset de satyrica poesi et mimo quas Graecorum species ante praetermiserat disputavit. observationem vero illam Suetoni de nomine quo olim togatae appellarentur de loco suo movisse Diomedem persuasum habeo, ut quandam sibi transitus speciem pararet. non enim ab hac incepit olim ni fallor apud Suetonium disputatio de togatis sed ab illis verbis: *togatae fabulae dicuntur* e. q. s. p. 489, 16 sqq. K., postquam fortasse monuit Latinas scaenicae poesis species hoc generali nomine conprehendi. deinde errore commemorato quo generale togatarum nomen specialiter usurpabatur commode potuit inserere initio togatas comoediarum nomine conplexas fuisse, cum nondum quae tragoediae convenirent quaeque comoediae Romani discrevissent. sed temeritas Diomedis ultra progressa est. iam ante vidimus grammaticum priusquam ad satyricam poesim reverteretur de generalibus dramatis et fabulae significationibus disputare, quibus ad scaenicam artem subito delapus quaedam de personarum numero apud Graecos et Romanos addit. cuius disputationis altera pars post mimum apud eum posita est, ubi de membris comoediae et de separatione artium scaenicarum sermo est. hanc partem breviatam esse ab excerptore Hieronymi beneficio, qui Pyladis memoriam hinc recepit, intellectum

Digitized by Google

est. quaeritur iam quo loco Suetonius de his disputationem instituerit, cuius duo fragmenta tam inepte conlocavit Diomedes. cuius ut iterum insignis incogitantia deprehensa est ita hic quasi quaedam naturalis benignitas laudanda videtur, qua nobis locum commonstrarit, ubi haec apud Suetonium legerentur. nam postquam comoediae historiam sic absolvit: *ab his* (sc. Menandro Diphilo Philemone) *Romani fabulas transtulerunt et constat apud illos primum Latino sermone comoediam Liuium Andronicum scripsisse. sunt qui uelint Epicharmum in Coo insula exulantem primum hoc carmen frequentasse et sic a Coo comoediam dici* (quae comoediae originatio nescio quo modo huc inrepsit, cum ad superiora pertineat) haec — vide mihi concinnam disserendi rationem — addit: *antea itaque galearibus non personis utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret aetatis, cum essent aut albi aut nigri aut rufi. personis vero uti primus coepit Roscius Gallus praecipuus histrio quod oculis perversis erat nec satis decorus sine personis nisi parasitus pronuntiabat.* quod tertium eiusdem argumenti fragmentum esse adparet. hoc autem ibi casu relictum puto, ubi tota haec quaestio a Suetonio pertractata erat. nam apte eis quae de comoedia et tragoedia dicta erant paucis fortasse interpositis quae faciliorem transitum facerent succedunt haec: *dramata autem dicuntur tragica ita ut comica* e. q. s. quae excipiuntur apud Diomedem disputatiuncula de personarum numero, quae maioris quaestionis de arte scaenica pars residua videtur. vides eidem restituenda esse et Rosci Galli memoriam et commentum de membris comoediarum etc., quibus reliquiis ut quartum fragmentum accedit Hieronymiana narratio de Pyladis invento.

Vt has tantum particulas esse ex magno naufragio servatas facile intellegitur, ita falsa est integritatis species, quam relicua prae se ferunt. desiderantur enim in disputatione de tragoedia auctorum nomina, quae semper addi solent. atque quo plenius hunc locum in eis quae de comoedia dicuntur executus est Suetonius, eo veri fit similius in tragoedia inlustranda eum non neglectum fuisse. nec dubitare licet quin idem factum sit in commentariis de satyrica et mimica poesi.

Iam ut facilius de mea reconcinnandi opera iudicium fieret, paginas meas cum paginis Diomedis Keiliani conposui:

p. 4, 11 — p. 5, 15 = p. 482, 14 — 29.
p. 5, 16 — p. 7, 8 = p. 487, 11 — p. 488, 2.
p. 7, 9 — p. 8, 8 = p. 488, 3 — 14.

Digitized by Google

p. 8, 8 — 10 = p. 489, 8 — 10.
p. 8, 10 — p. 10, 2 = p. 488, 14 — p. 489, 8.
p. 10, 3 — 16 = p. 490, 21 — p. 491, 3.
p. 10, 16 — p. 11, 5 = p. 489, 10 — 13.
p. 11, 5 — p. 12, 11 = p. 491, 20 — p. 492, 14.
p. 12, 12 — p. 13, 8 = p. 491, 4 — 19.
p. 13, 9 — 16 = p. 489, 16 — 22.
p. 13, 17 — 19 = p. 489, 14 — 16.
p. 13, 19 — p. 16, 4 = p. 489, 23 — p. 490, 20.
p. 16, 5 — 16 = p. 482, 31 — p. 483, 6.
p. 17, 1 (— p. 20, 2 = p. 483, 27 — p. 485, 17.
p. 20, 3 — p. 22, 2 = p. 485, 30 v. infra) — 486, 16.

Ita graves turbas, quas perversa excerpendi ratione Diomedes movit, explicuisse videor. restant quae excerptoris arbitrium an librariorum demum socordia corruperint incertum est. veluti in his verbis: *initio togatae comoediae dicebantur, quod omnia in publico honore confusa cernebantur* p. 13, 17 dubitari quidem non potest quin haec *publico honore confusa* corruptelam traxerint; sed quamquam in proclivi est emendare *pulpito* quod nondum repositum esse mireris, hac tamen mutatione locus non persanatus est, cum *honore confusa* Suetonio non possis tribui. quae fuerit scriptoris sententia neminem fugit; sed quo saepius hunc locum retractavi eo magis inclinavit animus, ut hoc quoque loco interpolatricem Diomedis manum agnoscere viderer, qua nisi falsus sum Suetoni verba ita obscurata sunt ut de eorum restitutione desperandum sit. quamquam negari nequit excerpta Diomedis a librariis rursus magis perturbata esse. cuius rei non nulla proferre documenta non alienum videtur. eorum igitur incuria ortum est monstrum scripturae: *comoedia a tragoedia differt . . . quod in illa frequenter et paene semper laetis rebus exitus tristes et liberorum fortunarumque prior in peius adgnitio* p. 8, 14 sqq. in quibus iam veteres editores pro '*liberorum*' *liberorum* et pro '*prior*' *priorum* restituerunt. deinde Buschius vidit alteram sententiae partem deesse, qua comoediae proprietas inlustrabatur. sed relicua infelicius refingere studuit. scripsit *in poenis agnitio* quae non minus sententia carent quam quae libris traduntur. ne multa, *adgnitio* transponendum est post *liberorum*, *et* in *ut* mutato, ut ἀναγνώρισις illa tragoediae propria existat. qua transpositione facta intellegitur, etiam hanc sententiae partem misere mutilatam esse. paulo post p. 9, 17 sqq. haec leguntur:

Digitized by Google

tertia (comoediae) *aetas fuit Menandri Diphili et Philemonis, qui omnem acerbitatem comoediae mitigauerunt atque argumenta multiplicia Graecis erroribus secuti sunt.* haeremus in verbo *Graecis.* nam cavendum est ne cum Caesario, qui inepte *autoribus* scripsit, in verbo *erroribus* offendamus, quo turbae comoediae apte significentur; atque eodem verbo in eandem sententiam Donatus de comoedia usus est. qua re suspicor in *graecis* latere significationem qua altera eaque potissima comoediae novae proprietas exprimatur, ἤθεσιν, quo graeco verbo facile librarii decipi potuerunt. cumque sententia sic restituta aperte congruit, quod veteres grammatici Latini duplex comoediae genus statuerunt, statariae et motoriae: illa mores describebantur, haec turbis et erroribus insignis erat. possum alia emendandi conamina addere, sed ea ita comparata esse sentio, ut etiam sine argumentorum ambagibus non inprobentur.

Pergo ad alteram artis poeticae partem, qua didacticae poesis quam nunc vocamus genera enumerantur et describuntur. quae integra ad nos pervenisse videtur. sola verba *item chriae* interpolationis suspicionem movent. sed nolui a Suetonianis secludere, quod chriarum inscriptionem non inepte cum ὑποθήκαις et similibus conponas.

Non eadem felicitate usa est tertia pars, qua communis poematis species pertractantur. iam in ipsa eorum enumeratione perturbatio conspicua est. quam cum libri sic exhibeant: *κοινοῦ uel communis poematos species prima est heroica ut est Iliados et Aeneidos, secunda eliaca ut est Archilochi et Horatius*, miror Keilium cum veteribus editionibus pro '*eliaca*' *lyrica* emendasse. nam aperte reponendum est *elegiaca*, quae species adeo in eis quae secuntur inlustratur. verbis autem *ut est Archilochi* — nam quod additur *et Horatius* ipsa forma interpolationem prodit — indicatur intercidisse iambicae poesis memoriam, cuius ille auctor fuerit. nec deest disputatio de iambo. quod contra desideratur cum ipsa disputatione lyricae poesis mentio in enumeratione generum. sed nullus dubito eam secundo loco post epicam poesin reponere. nam etsi melica poesis non pariter atque cetera genera celebrata erat Romanis, tamen ne Quintilianus quidem, cum lyricorum Horatium fere solum legi dignum existimaret, eius generis memoriam praetermisit. habes igitur talem generis communis discriptionem: *κοινοῦ uel communis poematos species prima est heroica ut est Iliados et Aeneidos, secunda est lyrica ut est* **, *tertia est elegiaca ut est* **, *quarta*

Digitized by Google

est iambica ut est Archilochi. cuius emendationis non levem commendationis gratiam paratam vides a homoeoteleutis quae vocantur. sed quo factum sit ut ipsa disputatio de lyrica poesi intercideriit, non liquet. nam incertum est Diomedes eam omiserit an librarii corrupta generum enumeratione suo iure sibi visi sint etiam hanc lyricae poesis mentionem e Diomede tollere. nec fere vereor ne hac ambiguitate quidquam de probabilitate coniecturae detrahatur. etenim hoc ipso loco Diomedis libri perturbatione laborant qua non facile possit maior inveniri. res autem iterum ita comparata est ut incertum sit utri Diomedi an librario corruptela debeatur. interiecta enim est inter enumeratas communis poematis species et descriptionem epicae poesis commentum de poematis characteribus. quem locum Keilius ei tribuit, cum in libris quattuor tantum prima eius verba hic legantur, quae excipiuntur epici carminis definitione et historia; haec subito abrumpitur p. 484, 9 in verbis *in mutuam ut sic dixerim*, sequitur commentum de poematis characteribus, quo perscripto quae interposita sunt de epico carmine suo loco repetuntur, ut iam nunc ad finem perducantur. quam confusionem optime Keilius praef. p. XXXVIIII sq. sic explicat ut librarius primum omissis eis quae de poematis characteribus scribenda fuerunt ad proxima, quae sunt de epico carmine, aberraverit, deinde cum rem intellexerit non deletis illis quae interposuerat ad iustum ordinem se revocarit. atque in repetita scriptura iam attentior cura eius accurate describendi facile perspicitur. aliam emendandi viam inierat Putschius, qui non codicum vestigia pressit sed rerum ordinem secutus characterum differentiam disputationi de epico carmine subiecit. quem ordinem perversum esse iniquius Keilius iudicavit; cum quae de characteribus exponuntur ad solum epicum carmen artemque narrandi referenda sint: id quod in causa est ut exempla ex Vergili Aeneide repetantur. quodsi codicum vestigia nos adducunt, ut Keilianam verborum conlocandorum rationem probemus, commentum de quattuor characteribus, quod a Suetoni consilio alienum est, inepto etiam loco in Diomedis libris olim lectum fuisse adparet. qua re hoc emblema esse certum fit: incertum est utri interpolatio debeatur Diomedi an librariis. quorum uterque poterat facillime talia e scholiis Vergili repetere. cf. Donat. praef. comm. bucol.

Similis nec minus manifesta interpolatio, quamquam certo illo indicio huius corruptelae destituimur, comparet in iambi descriptione, cui adiuncta sit metrica de epodo quaestio hausta illa qui-

Digitized by Google

dem ni fallor ex scholiis Horatianis. quod emblema in causa fuisse videtur, ut verba quibus olim apud Suetonium ad saturam transitus fieret intercideront. sed conexa haec fuisse etiam nunc dispicitur. nam cum iambus carmen maledicum dicatur, commentariolus de satura sic incipit: *satura dicitur carmen apud Romanos nunc quidem maledicum.* quod haud spernendum est indicium saturae historiam Suetonianae praefationi reddendam esse, licet eius mentio absit ab enumeratione specierum saepius adhibita. aliter iudicandum est de disputatione insequenti, qua bucolicum genus pertractatur. quod nec commemoratur in discriptione communis carminis nec poterat facile commemorari, cum ut Probi verbis utar omnium illarum specierum Vergilius quidem eclogas in bucolicis posuerit. ut suspicio suboriatur, Diomedem haec ex veteri commentario Suetonianis addidisse. quae confirmatur ita ut dubitatio omnis tollatur eis quae in fine leguntur: *putant autem quidam hoc genus carminis primum Daphnin composuisse, deinde alios complures, inter quos Theocritum Syracusanum, quem noster imitatur. noster* Vergilius est, qui non potuit sic indicari nisi in scholiis, ubi pateret ad quem haec significatio referenda esset.

Quas interpolationes omnes ex bonis auctoribus receptas esse adparet. sed non temperavit sibi Diomedes, quin de suo Suetonianam disputationem augeret, veluti eis, quae in fine commenti de elegia p. 19 leguntur. cf. quae p. 15 a verbis Suetoni seclusi.

Haec habuit Suetonius quae praefaretur libro de poetis, in quibus eum Probum potissimum auctorem habuisse supra vidimus. neque tamen hoc sic accipias velim, quasi Suetonius nihil aliud egerit, quam ut ex diversis diversorum poematum commentariis unum artis poeticae corpus concinnarit. sed tamen qua ratione Probum adhibuerit, nunc quidem accurate definiri nequit. communes autem utriusque auctores praeter Horatium de arte poetica Varro et Theophrastus fuerunt. quorum illius auctoritas quater adfertur (p. 6, 5. 7, 14. 13, 12. 21, 2) et altero quidem loco titulus libri additur: *est autem hoc positum in secundo libro quaestionum Plautinarum.* ad Theophrastum semel quidem nominatim provocatur, sed accuratius rem inspicienti dubium esse non potest, quin quaecunque de natura singulorum generum dicantur ex eo repetenda sint. nomen enim definitioni tragoediae adponitur: *tragoedia est heroicae fortunae in aduersis conprehensio. a Theophrasto ita definita est:* τραγῳδία ἐστὶν ἡρωικῆς τύχης περίστασις. quae si

conponuntur cum epici carminis et comoediae mimique definitionibus, eas omnes eiusdem auctoris esse elucet. nec audacis hominis videatur longius progredi et ipsam poematis in tria genera distinctionem pro Theophrastea habere. nec neglegendum est Theophrastum eadem poesis genera statuisse, quae Plato de re publica III 394b sq. distinguenda esse arbitratur. sed quae Plato l. c. magis iecit quam exposuit, apud Diomedem sic proferuntur, ut pateat alium post Platonem et Aristotelem illius sententiam executum.

Post hanc praefationem Tranquillus vitas poetarum enarravit ita ut eos ordinem quo vixerunt secutus inde a Livi aetate enumeraret. Mommsenus quidem l. c. p. 674 librum de poetis bipertitum fuisse coniecit, in altera enim parte Tranquillum poetas i. e. epicos satiricos lyricos, in altera comoediarum tragoediarum mimorum scriptores posuisse. sed haec coniectura refellitur illis praefationis excerptis Diomedis opera servatis, quibus aliam Suetonio poematum divisionem probatam fuisse docemur, nec habet per se ipsa quo commendetur. nam ut alia omittam, ubinam positus esset Ennius multiformis ille vel biformis saltem, si Mommsenianam discriptionem spectas, poeta?

Libri autem de poetis claram imaginem repraesentant ea quae Hieronymus in chronico inde recepit. apud eum enim de triginta poetarum vitis fragmenta super sunt, ut non facile credas eum multos praetermisisse. tres tamen eosque clarissimos poetas omissos esse scimus, Afranium Tibullum Propertium. horum enim vitam a Suetonio inlustratam fuisse certo indicio arguitur, cum in praefatione Afranium auctorem tabernariae, Tibullum et Propertium praecipuos elegiarum scriptores appellaverit. quid quod de Tibulli vita fragmentum nisi opinio me fallit aetatem tulit. in codicibus enim Tibulli epigramma legitur Domiti Marsi de morte poetae inmatura, quae multo plenioris memoriae particula videtur. utitur adeo Suetonius testimonio eiusdem Domiti bis, in vita Orbili Pupilli et Caecili Epirotae grammaticorum. tertium infra Suetonio restituemus locum, quo ad eandem provocavit auctoritatem. sed cum sentiam rem non plane certam esse, Domiti querellam de morte Tibulli in fragmentorum numerum recipere non ausim.

Redeo ad Hieronymum, cuius ratio, qua omnino in excerpendo Suetonio versatus sit, diligenter inlustranda videtur. vetus igitur mos erat tempora inlustrium virorum in chronicis adnotare. cf. Gellius XVII 21. quem in chronicis suis christiani temporum

Digitized by Google

scriptores inde ab Africano servaverunt. quae cum primum Graece a Graecis hominibus conscriberentur, Graecorum potissimum scriptorum aetates adponebantur. aliquid tamen iam Graecis chronographis de historia Romanarum litterarum delibatum erat, scilicet de Ciceronis Sallusti Vergili Lucani vita. quam memoriam repetiverunt ex Phlegontis Tralliani Hadriani liberti ὀλυμπιονίκαις, quae praeclara Scaligeri in animadversionibus ad Eusebium observatio est. nam nullus dubito quin summus ille vir, qui quidem sola de Vergilio (cf. Photius p. 84 a 18) et Sallustio excerpta diserte ad Phlegontem rettulit, idem cadere intellexerit in ea quae de Lucano et Cicerone apud Graecos chronographos traduntur. ceterum a Westermanno et Muellero haec fragmenta omnia neglecta esse video. deinde Hieronymus Eusebiani chronici interpres hac tenui Graecorum memoria fere praetermissa ex plenissimo fonte haustas plurimas de Latinis scriptoribus adnotationes Eusebio addidit. quae in nova semper Latina chronica transcriptae sunt tantumque afuit ut augerentur, ut pleraeque ab hominibus contrahendae antiquae memoriae intentis omitterentur. sed ex eorum numero excipiendi sunt duo Cassiodorius et Matthaeus Westmonasteriensis vel auctor potius eius Rogerus Wendoverus in floribus historiarum, qui a. 1235 scripsit. apud hos enim notationes ad litteras Latinas pertinentes extant, quae in Hieronymi additamentis non reperiuntur quaeque cum ex antiquo auctore manasse adpareat Suetonio deberi viris doctis visae sunt. Cassiodori igitur additamenta haec sunt: 1. *C. Mamilius et Q. Valerius* (a. u. c. 514). *his coss. ludis Romanis primum tragoedia et comoedia a L. Liuio ad scenam data.* 2. *Sp. Posthumius Albinus et Q. Marcius Philippus* (a. 568). *his coss. athletarum certamina primum a Fuluio edita.* 3. *M. Metellus et M. Scaurus* (a. 639). *his coss. L. Metellus et Cn. Domitius censores artem ludicram ex urbe remouerunt praeter Latinum tibicinem cum cantore et ludum talorum.* 4. *Sescenna Statilius et L. Scribonius* (a. 769). *his coss. mathematici urbe pelluntur.* quae Rothius praef. p. LXXVI in reliquiarum corpus Suetonianarum recipere se non ausum esse dicit, quamquam fortasse Suetonio debita; de eis autem Theodorum Bergkium se commonefecisse. sed miror egregios viros non meminisse ab ipso Cassiodorio auctores fastorum consularium earumque quae his interdum additae sunt notationum adpellari Livium Aufidiumque historicos: vide I p. 369 ed. Garet. quid quod adeo liber Livi extat unde additamentum quod secundo loco posui repetitum est. videlicet

Digitized by Google

XXXVIIII 22 haec leguntur: *apparatos deinde ludos M. Fuluius quos uouerat Aetolico bello fecit. multi artifices ex Graecia uenerunt honoris eius causa. athletarum quoque certamen tum primo Romanis spectaculo fuit* c. q. s. primum deinde manavit ex libro XX, tertium ex libro LXII, quartum, cum terminos Liviani operis excedat, debetur Aufidi Bassi libris *a fine Titi Livi.*

Rogerus vero Wendoverus — hunc enim in historiam suam maiorem transcripsisse videtur Matthaeus Parisius, quem rursus auctorem secutus est, qui solus de tribus his chronographis typis descriptus est, Matthaeus Westmonasteriensis in libro cognomini Rogerianae historiae — praeter excerpta Hieronymo debita duas notationes habet, quibus tempora Trogi Pompei et Valeri Maximi definiuntur: 1. *anno diuinae incarnationis 9, Caesare Augusto imperii sui 51 agente annum Trogus Pompeius chronica sua terminauit, in quibus quasi mundi praeteriti cursum ad memoriam posterorum reduxit. ita namque Romanorum rem publicam et arma quae gens illa late per orbem terrarum circumtulit ab initio usque ad praesens tempus prosequitur, ut qui res eius legeret ad construendum Romanum imperium uirtutem et fortunam discat contendisse.* 2. *anno diuinae incarnationis 19 Valerius historiographus Romanorum dicta descripsit et facta.*

Gutschmidius igitur in libro de fragmentis Trogi Pompei p. 260 sqq. hos computos, quod ad veritatem curis doctorum hominum investigatam proxime accederent, ab hominibus istis harum rerum inperitissimis inveniri non potuisse suo iure contendit. iam triplex ei via patere visa est, qua potuerint ad Anglos illos talia pervenire: aut usos eos esse libris Trogi id est Justini et Valeri Maximi in quibus haec notitiae legerentur, aut praesto eis fuisse pleniores Hieronymi codices, aut denique librum quendam virorum inlustrium eos adhibuisse. ad Suetonium quidem ut nulla dubitatio sit sola altera via ducimur: sed omni probabilitate caret, plenius Hieronymi chronicon ab Anglis adhibitum, cuius antiquissimi libri adhuc super sint, nisi forte pleniora Hieronymi exempla dicuntur chronica medii aevi, quorum fundus quidem Hieronymianus est, sed quibus pleraque alia quae scitu digna visa essent immiscebantur. nec Gutschmidius hanc viam ingredi voluit. item inprobata est ei tertia via, cum antiquus inlustrium virorum liber nullus quantum sciamus fuerit qui praesto fuisse dicatur hominibus illius aetatis. restat prima ratio eaque maxime

Digitized by Google

probabilis Gutschmidio visa, quae quidem cum et nobis placeat, laetamur iam nullam necessitatem nos cogere, ut cum Gutschmidio ad Suetonium illas notationes referamus. nam debemus cogi ut credamus Valerium Maximum a Suetonio in numerum inlustrium virorum relatum esse. quocum conexa Trogi memoria, quamquam certum paene puto Suetonium vitam eius inlustrasse, cum descriptione historiarum Philippicarum coniuncta est, quae Bielowskio quidem ex Trogo hausta videbatur, qua tamen Trogi historias non posse significari prudentem lectorem non poterat fugere. atque sunt Flori verba, qui in ipso epitomae principio I 2 haec dicit: *ita late per orbem terrarum arma circumtulit, ut qui res illius legunt non unius populi sed generis humani facta condiscant. tot in laboribus periculisque iactatus est, ut ad constituendum eius imperium contendisse uirtus et fortuna uideantur.* quo autem modo haec verba ad Trogi historias describendas adhibita sint, sagaciter Gutschmidius p. 257 sqq. indagavit. usus est enim Rogerus (cf. Matth. Westm. V 4) historia Romana, quae vulgo dicitur historia miscella, ita ut adpareat in exemplo eius Iustini epitomam ad amplificandam istam farraginem adhibitam esse. iam si memineris in vulgatis historiae miscellae libris cum Eutropio et Orosio coniungi hic illic excerpta de Valeri historiis, non improbabile videtur Rogerum in hoc libro notationes illas repperisse haustas illas quidem ni fallor ex antiquissimis Iustini et Valeri codicibus.

Quae cum ita sint, solus Hieronymus auctor nobis et fons est Suetonianae de inlustribus viris memoriae in chronica translatae. cuius antiquissimo Bongarsiano libro, quem nemo post Pontacum et Scaligerum adhibuit, uti licuit insigni Ritscheli beneficio. facillime enim in meum usum concessit quam paraverat descriptionem partis eius, qua excerpta Suetoniana continentur, accuratissimam. quam qui confecit, non simpliciter codicem descripsit, sed in charta tenuissima singulos litterarum ductus per eam pellucentes secutus est. cum vero de codicibus Hieronymianis sermonem instituerim, non potest memoria praetermitti summi viri de emendatione temporum meritissimi. Iosephus enim Scaliger de libris chronici certissimum iudicium fecit, quorum duplex genus distinxit. qua de differentia velim perlegas quae praeclare in animadversionibus ad chronologica Eusebi p. 559 exposita sunt. hic tantum ea quae ad nostram rem faciant adponere libet:

Digitized by Google

prioris generis . . . plurima extant exemplaria, cuiusmodi codicum habuimus scripta aut cum scriptis collata, tam inter se similia, ut uno dictante a pluribus eodem tempore excepta esse videantur: in quibus a consulatu Ausonii et Olybrii pro chronico consulari Prosperi subiectum est aliud eiusdem scriptoris chronicon sine consulibus et per omnia alteri dissimillimum, quod excipit chronicon Sigeberti monachi Gemblacensis. ut hinc constare possit, huius exempli codices non admodum multae vetustatis esse. alterius generis exemplaria sunt melioris notae: cuiusmodi tres vidimus: primum Iacobi Bongarsii viri clarissimi e. q. s.*; secundum Freherianum, cuius paulo ante meminimus, tertium ex amplissimi viri Pauli Petavii senatoris Parisiensis archetypo descriptum manu Iacobi Gillotii viri amplissimi summa eruditione et singulari humanitate, senatoris Parisiensis. horum trium eximiorum codicum non tanta est inter se similitudo quam aliorum prioris exempli; sed tamen rara inter eos in situ annorum discrepantia est, in verbis quaedam. neque cuius maior apud me auctoritas sit, cum omnium maxima sit, temere dixerim, utpote cum in omnibus interdum recta lectio sit, quae in reliquis depravata est.* Bongarsiani igitur libri cum copia mihi facta esset, etiam duos alios saltem investigare decrevi. nec opinio me fefellit. cf. p. 22 sq. adnot. inf. sed denuo conferendi eas occasione non data contentus essem necesse erat eis quae Pontacus e Petaviano protulit et Freheriani libri tenuissima memoria in animadversionibus Scaligeri sparsa. igitur in auxilium vocanda erat ipsius Scaligeri scriptura, quae quidem non sine cautione adhibenda videbatur. nam non numquam corruptelas prioribus editionibus propagatas non sustulit, non numquam adeo arbitrio suo aut festinantia quadam, cuius excusatio facile a mole tanti operis parata est, verba transposuit vel mutavit. sed haec a codicum fide discerni possunt Bongarsiano et Petaviano quoad eius scriptura nota est adhibito. quod ad temporum notationes attinet, satis habui admirandam Scaligeri emendationem recepisse, quae non potest recognosci nisi tota librorum scriptura excussa. quamquam adfirmare non audeo, fere omnia excerpta Suetoniana, si Hieronymianas non veras ipsas temporum notationes spectas, numquam aliter quam a Scaligero factum sit constitutum iri. Angeli Mai vero editio nulla fide digna est, quippe qui et codicum memorias confuderit et temeritate qua maiorem non possis invenire in verba et computos Hieronymi grassatus sit.

Digitized by Google

Sed ut oratio revertatur ad excerpendi rationem Hieronymi, iam certius ea de re verbis eius ad codicum scripturam reflictis iudicare licet. audiamus igitur quae ipse de ratione sua chronico praefatus est (VIII p. 7 Vall.): *a Troia usque ad uicesimum Constantini annum nunc addita nunc mixta sunt plurima, quae de Tranquillo et ceteris illustribus historicis curiosissime excerpsimus.* vides ipsum curam suam praedicare; quam tamen laudem eum non meruisse clamant fere omnes, qui occasione data de eius notationibus disputarunt. ac demonstratum est a Ritschelio l. c. 623 sqq. comparatione instituta inter excerpta chronographi et librum de grammaticis et rhetoribus, computos eius in hac quidem parte satis inbecilla ratione niti. nam fere semper cum Suetonius generaliter tantum tempora, quibus grammatici rhetoresve vixissent, significasset, Hieronymus audacter certo anno floruisse eos scribit, quem non poterat nisi coniectura eaque saepe levissima adsequi. sed haec tolerabilia essent, nisi latius eius neglegentia pateret, cum etiam ubi aetatis certa definitio apud Suetonium extabat incuria sua passus sit saepenumero eam corrumpi. cuius neglegentiae emendationi maiorem fidem accrescere nemo non videt, si ea per quaedam quasi genera describitur, quam si ut adhuc factum est singula eius exempla proferuntur. sic commode explicatur, quo pacto factum sit, quod factum esse certa Ritscheli ratiocinatione constat, ut in excerptis de vita Plauti (fragm. 7*) pro *clarus habetur* scriptum sit *moritur*. nam id quod uno exemplo vix patiare tibi persuaderi, Hieronymum has duas notiones confudisse, duobus aliis eiusdem socordiae exemplis patefaciam. Gallum enim Asinium diris suppliciis a Tiberio enecatum esse (fragm. 68*) eo anno tradit, quo primum Tiberi animum eius libertas offendit, quoque si attendisset Hieronymus e more ipsius clarum eum fuisse scribendum erat. eadem neglegentia conspicua est in eis quae de Fenestella (fragm. 78*) dicuntur. quem cum novissimo Tiberi principatu obisse Plini testimonio sciamus, Hieronymus eo tempore eum mortuum esse scribit quo iure suspicere clarum eum fuisse. levius est incuriae genus quo consules cognomines confudit. cf. fragm. 22* 23* 60*. uno deinde loco accidit Hieronymo, ut errorem Acci quem Suetonius sine dubio post Varronem et Ciceronem exagitaverat pro vera notatione arriperet. quod factum esse equidem puto in excerptis de Livi Andronici vita (fragm. 5*). quae exempla ita con-

Digitized by Google

parata erant, ut quasi quaedam neglegentiae ratio dispiceretur; sed non desunt pleraque simplicis socordiae documenta. cf. fragm. 20* 53* 81* 82*. ex quorum numero eximendi sunt unius anni qui videntur prochronismi. nam Merkelius in prolegomenis ad fastos Ovidi p. CCLXVII sq. egregie docuit in chronico Hieronymi annos qui consulibus designarentur parte sua minore incidere in annos Eusebianos sive Abrahae, qui inciperent ab illorum mense Septembri. sic mortem Lucani, quem pridie Kalendas Maias a. u. c. 818 supremum diem obisse scimus, Hieronymus non ei numero adnotavit, qui respondet consulibus Vaccae vel Suetoni, sed proxime praecedenti. quare perperam et ipse p. 50 de prochronismo Hieronymi cogitavi et eum cum eodem errore in Gallionis nece conspicuo (fragm. 88*) conposui, in quem Merkeli observatio non cadit. praeterea non numquam Scaliger Hieronymi incuriam detexisse sibi visus est, ubi ipse potius errore captus est, quod temporis notationem non ad primariam quo referenda erat sententiam rettulit sed ad ea quae epimetri loco vel explicandi causa addita sunt. veluti, ut uno exemplo defungar, ad excerpta de vita Votieni Montani (fragm. 70*), ubi Hieronymus tempus mortis non relegationis annum notaverat, biennii metachronismum commisisse chronographum non recte insimulavit.

Tantum de conputis Hieronymianis. non curiosius versatus est chronographus in ipsa brevi de singulis scriptoribus notitia ex Suetonio excerpenda. Voltacilium Plotum Pompei libertum et doctorem dicit, cum Suetonius de gramm. et rhet. 27 eum Pompeium quidem docuisse et libertinum fuisse tradiderit, sed patronum eius omnino non nominaverit. porro polyhistoris cognomentum Hieronymus Hygino tribuit, quod auctor eius l. c. 20 Alexandro illius magistro fuisse scripsit. quae quidem peccata facile deprehenduntur, cum ea unde hausta sint adhuc extent. similia tamen reperta sunt, ubi Hieronymi excerpta per se examinanda erant. ut singulare documentum eligam, Ennium in Scipionis monumento sepultum esse dicit (fragm. 9*), in quo tantum effigiem eius ex marmore positam fuisse plurimi locupletissimique testes adfirmant. quid quod ipsius Hieronymi quibus illa excipiuntur verba sepultum Ennium esse in Ianiculo testantur: *quidam ossa eius Rudiam ex Ianiculo translata adfirmant.* sed ut Hieronymus hoc loco veritatem nisi aliunde nota esset socordia sua plane de hominum memoria delevisset, ita alibi grata nobis eius neglegentia ex-

Digitized by Google

titit. veluti eundem Ennium Tarenti natum esse perhibet (fragm. 8*), quem Rudinum fuisse constat. ubi subtiliter Fr. Ritterus in diario antiquitatum 1840 p. 370 suspicatus est, Hieronymum urbem in qua natus erat cum ea confudisse in qua educatus Graecisque litteris institutus esset. unus autem error non tam Hieronymi est quam aetatis eius atque adeo antiquiorum temporum. nam quod Plinium maiorem et minorem Plinium non discrevit, eandem confusionem commiserat Serenus Sammonicus. cf. fragmentum eius apud Macrobium sat. III 10. idem Hieronymus in commentario Iesaiae 54 tom. IIII p. 637 Vall. Plinium Secundum *eundem oratorem et philosophum* librorum de naturali historia XXXVII auctorem citavit. cf. Rothius praef. p. LXXXVIII.

Redeo ad librum de poetis, unde generalis illa quaestio de Hieronymo, qua omnes pariter inlustrium virorum libri partes conplectendae erant, nos abduxerat. praeter fragmenta igitur quae in chronico super sunt integrae poetarum vitae extant a grammaticis posterioris aetatis, a quibus ex libro Suetoni excerpebantur, ut scholiis praemitterentur. quarum integerrima, si fidem eius qui sustulit spectas, vita Terenti (fragm. 11) est. quam Donatus ipse in subscriptione Suetonio deberi testatur; qua re quantum auctoritatis apud se Suetonius habuerit doctissimus grammaticus non poterat apertius significare. nam eius aetate antiquiores etiam vitas veluti Probi Terenti interpretis superstites fuisse cum per se probabile sit, tum eis arguitur quae Donatus epimetro vitae exposuit. Terenti autem vita pro exemplo artis Suetonianae haberi debet quippe quae a Donato neque interpolata neque breviata videatur.

Infeliciori fortuna usa est vita Horati (fragm. 40). iam ipsum scriptoris nomen neque in inscriptione neque in subscriptione conparet. sed eam ex Suetoni libro receptam esse scholiorum testimoniis conprobatur, in quibus Suetonio auctore nominato ea referuntur, quae in hac vita legimus. cf. p. 46. itaque ei vindicaverunt statim primi editores Nannius et Muretus, qui *ex antiquissimo Blandinio* publici eam iuris fecerunt. antiquioris autem vitae nec vola nec vestigium super est, nisi in eo aliquid eius modi latere putamus, quod Porphyrionem (cf. schol. sat. I 6, 41) scimus narrationem de vita poetae scripsisse; cui probabile est praeter vitam Suetoni antiquiorem praesto fuisse. nam relicuae Horati vitae in libris poetae et ipsae repertae tantum abest ut antiquiorem auctorem referant ut

Digitized by Google

ne ullam quidem antiquam memoriam nisi quae ex ipsis carminibus recepta sit contineant. Suetoniana igitur vita a scholiastis Horatianis non ea fide quam in Donato agnoscimus nobis servata est, ut non ipsam Suetoni vitam habeamus sed recensionem eius antiquo tempore cum scholiis praeposita esset factam. vitae enim quotquot conlati sunt codices eandem nobis eius imaginem exhibent, nec breviatae vitae libros ex alio exemplo fluxisse adparet. nam non melioris libri memoriae sed epitomatoris correctioni debentur p. 45, 1 *dilexerit* p. 47, 11 *ut*, quod nolim Rothium recepisse, cum propius ad genuinam librorum scripturam *cum*, quod Salmasius effecit, *quo* accedere videatur. contra consentiunt in gravioribus corruptelis, de quibus infra agendum erit. aliquantum quidem a vulgata vitae forma discrepat Blandinius, quo primi editores usi sunt; sed non antiquius immo recentius eius exemplum expressisse videtur. nam scriptura *satis monstratur* p. 45, 1 pro huius vel similis corruptelae *satis tatur* correctione habenda est. similis refingendi lubido p. 47, 9 *sed si* procreavit. deinde interpolatum est p. 47, 4 *item* ante *habitu*. eodem versu *brevis fuit* pro *fuit brevis* legitur, quam verborum conlocationem constans in his descriptionibus Suetoni usus agnoscit. praeterea lacunis insignis est, quibus p. 45, 6 *iudiciis* p. 46, 3 sq. *opinatus est* absorptum est. duobus vero locis Suetonianam manum in reliquis libris deletam praebet, sive antiquo libro debetur, sive coniectura librarii recuperata est. p. 46, 3 *perpetuo* habuit, 47, 16 inter *domusque* et *ostenditur* in solo Blandinio *eius* legitur vel potius olim lectum est. in hac autem scriptura, si solam interpolationem *item* particulae, quam Muretus eiciendam esse vidit, exceperis, cum Nannius et Muretus consentiant, eos unius libri vestigia sequi adparet. quodsi Rothius alius libri descriptionem a Mureto adhibitam esse statuit, deceptus est cum neglegentia Nannii tum tacita quam Muretus instituit emendatione. illa orta sunt in exemplo Nannii haece: p. 44, 6 *cubito emungentem* 7 *philippense* 9 *deinde* quod etiam in libris bibliothecae olim regiae nunc Caesareae 7974 (*D*) et 8214 (*E*) legi falso nuntiatum est Rothio; 10 *locum in amborum amicitia* quod item in *E* non extare, quamquam Rothius tradit, mei testes produnt; p. 45, 2 *epigrammate*, *ubi inquit* 7 *Flacce* et *memor esto* et *ei epistolarum officium obtulit* 9 *scribendis epistolis amicorum sufficiebam* 10 sq. *a te cupio abducere* quae quidem scriptura non incuriae sed felici emendandi consilio deberi videtur; ibid. 12

Digitized by Google

scribendis epistolis et *iuvat* quod in uno Parisiensi *E* legitur; 14 *ex quibus* 15 *subiecit* 16 *uictor* 19 *Septimo* 21 *enim* omissum; item 22 *cum* et p. 46, 6 *suorum*; ibid. 11 *tibi infame* 12 *elogium* p. 47, 5 sq. *qualis a se ipso et in* 7 *protulit* (in notis Nannius *pertulit* agnoscit) 15 *Tiburtini* quod etiam in *E*, qui liber neglegentissime scriptus est, reperitur; 17 *meas* omissum; p. 48, 1 *commendans*. Mureti vero emendationes hae sunt: p. 44, 4 *uero* p. 45, 1 *dilexerit* 4 *tu tuum* p. 46, 1 *penem* p. 47, 7 *Dionysius*. duobus locis Mureti auctor Morillonus peccavit: p. 45, 11 enim pro *ergo* scripsit *igitur*, p. 47, 17 autem *eius* ante *titulo* posuit. relicua scripturae discrepantia veluti ea quae in Graecis verbis conspicitur ex diversa eiusdem verbi lectione orta est. uno loco p. 47, 10 Blandinii scriptura evanida fuit; Morillonus tamen acutiores Nannio oculos habuisse videtur cum quae scripta essent dispiceret. ceterum curiosissime de libris vitae egit idem Rothius praef. p. LXXX sqq., deinde in mus. Rhen. nov. XIII p. 517 sqq.

In vita igitur, cuius omnes libri eandem reddunt speciem, interpolatricem manum duobus locis viri docti deprehenderunt. sic in initio vitae verba *ut uero creditum est salsamentario, cum illi quidam in altercatione exprobrasset: quoties ego uidi patrem tuum brachio se emungentem* interpolata esse Iani intellexit. nam absurda est omnino haec argumentandi ratio, absurdius etiam eam ipsius Horati testimonio opponere. deinde narratiuncula ficta est ad Graeci proverbii similitudinem, quod usitatissimum rhetorum scholis exemplum fuisse videtur. cf. Cornificius ad Herennium IIII 54 Macrobius sat. VII 3, 6 Plutarchus moral. p. 631 d Diogenes Laertius IIII 46 Suidas s. v. *ἀγχών* proverbia Schotti 1, 9 (Rothius l. c. p. 527 sq.). altera interpolatio magis etiam studia criticorum excitavit, qua sublata Horatium suum a crimine foedae nequitiae defenderent. est autem celebratissimus locus hic: *ad res uenerias intemperantior traditur. nam speculato cubiculo scorta dicitur habuisse disposita, ut quocumque respexisset ibi ei imago coitus referretur.* alii haec omnia eicienda censuerunt, alii verba *ad res . . . traditur* servarunt recto consilio, ut Rothius ostendit l. c. p. 531, cum his sublatis ansa interpolatori defuisset. quodsi haec Suetoniana sunt, interpolatori quae secuntur deberi prodit particula *nam*, quasi hoc exemplo superiora verba inlustrentur, cum eis profecto nihil argutae istius obscenitatis indicetur. cuius emblematis fons ut in propatulo sit, Rothi opera

Digitized by Google

effectum est. nam quod Lessingius in vindiciis Horatianis hunc locum cum Hostio apud Senecam commemorato conposuit, cuius inpudicitia in simile Horati nomen translata esset, non reputavit summus ille vir, apud philosophum de pathiço agi, deinde specula quidem ab hoc adhibita esse sed talia quibus res augerentur. contra simillimam narratiunculam Rothius e scholiis Horatianis ep. I 19, 1 de Cratino in comparationem attulit hanc: *ut cubiculum suum speculis adornaret, qualenus et coitum suum spectare posset.* accedit quod similia nomina Cratinus et Horatius a librariis confunduntur. cf. p. 9, 15. nolim tamen interpolatori, cum sententia ceteroquin non ineleganter conformata sit, talia tribuere *speculato cubiculo* et *habuisse disposita ut quocumque respexisset ibi ei*, neque absurditatem illam, qua plura scorta inferantur, ut malim lenissimis emendationibus Lessingi et Oudendorpi adhibitis emblema sic restituere: *nam specula in cubiculo scortans ita dicitur habuisse disposita, ut quocumque respexisset sibi imago coitus referretur.*

Quae interpolationes cum eandem vel simillimam Horatio aliena adfingendi lubidinem prae se ferant, inter se componendae sunt, ut iudicium de altera alterius proscriptioni fidem faciat. eius igitur quam secundo loco posui quod origo in scholiis quaerenda est, nec alteram ante in vitam inrepsisse puto, quam ea scholiis anteposita esset. nec inprobabile sane etiam in hoc emblema aliquam scholiorum memoriam detortam esse. eiusdem aetatis alia corruptela est, quae egregia Ottonis Iahni quam mecum communicavit observatione patefacta est. nam postquam de domo Horati sermo fuit, ecce haec secuntur: *uenerunt in manus meas et elegi sub titulo eius* e. q. s. p. 47, 17. nempe intercidit genuinorum poematum mentio, id quod cum per se verisimile sit, tum *et* particula aperte demonstratur. hanc autem omissam esse adparet ab eo qui vitam in codices Horati transtulit; supervacaneam enim eam habuit, cum poemata ipsa sequerentur.

Restare video aliud recentioris manus indicium. nam dubitari sane nequit, quin in eis quae in fine vitae leguntur p. 48, 8 *humatus et conditus est extremis Esquiliis* '*humatus*' explicandi rarioris '*conditus*' gratia additum esse. qua re recte H. Stephanus hanc voculam delevisse videtur. praeterea suspicionem movent *extrema iudicia Maecenatis* p. 45, 6, cum omnes boni auctores in his Suetonius testamenta aut iudicia aut suprema iudicia dicere

Digitized by Google

soleant. nec apte defenditur exemplo unico e Theodosiano codice l. 20 de episc. petito, quod adeo indicium esse suspiceris eius aetatis, qua haec vita mutationes quas supra descripsi subierit. sed nolim tamen in hariolationis crimen incurrere; quoniam praefracte negari nequit, testamenta cum dicerentur suprema iudicia facillime iam antiquioribus temporibus extremorum iudiciorum nomen sibi adscivisse.

Proxime vero omnes pariter vitae libros a communi fonte abesse, vel levissimis illis corruptelis *dilexit* p. 45, 1 *expressitque* p. 46, 12 probatur. nec deest consensus in gravioribus vitiis. sic p. 47, 7 sq. in omnibus haece extant: *pertulit ad me Onysius libellum tuum, quem ego ut accusantem quantuluscumque est boni consulo. ut accusantem* corrupta esse unusquisque videt. nec fugit priores vitae editores, qui ad sententiam sanandam eandem viam ingressi sunt, quam praeiverat princeps editor Nannius scribendo *ut non accusem breuitatem*; siquidem *ne accusem breuitatem* correxit Lambinus, Casaubono placuit *ne accusem te*, Bentleius denique scripsit *ut accusem te:* nemo novam rationem iniit, etsi in aperto esset antiqua molestam tautologiam inferri, desiderari vero semper Augusti consilium, quo libellum Horati quamvis brevem probasset. quam Caesaris rationem non recuperavit Rothius, cum scriberet *ut a causante*. nam et aliena haec verba ab usu latinitatis videntur — interpretatur autem sic l. c. p. 525 *von einem Verfasser, der so viele Ausreden bei der Hand hat* — neque intellegitur, cur hoc nomine libellus ab Augusto boni consulatur. ne multa, non alium libellum significari puto, quam epistulam illam (II 1), quae Horatio ab Augusto ipso Suetonio teste expressa est. cuius principio, ut scholiastarum verbis utar, cum laude Caesaris sese excusat quod non ad ipsum quoque plurima scribat; noluisse enim occupatum in republica suis impedire sermonibus. vides quo tendam: nempe facili mutatione refingendum est *ut excusantem*.

Non tam leni manu restitui possunt ea quae de mortis tempore Suetonius scripsit. libri enim haec habent: *decessit V. Kl. Decembris C. Marcio Censorino et C. Asinio Gallo consulibus post nonum et quinquagesimum annum*. pridem intellectum est annum aetatis, quo Horatius obiisse dicitur, non consentire cum nominibus consulum. sed locum gravioribus etiam offensionibus laborare quod nemodum senserit miror. nam primum desideratur *aetatis* vocula, quam non omitti posse regula docet in scholis decantata. tum bar-

Digitized by Google

bari hominis est dicere aliquem post annum quinquagesimum nonum decessisse. rem conficit Hieronymi testimonium, quem in Suetonio legisse *LVII aetatis suae anno* adparet. quod quidem ne simpliciter reponamus cavendum est. nam ut certum puto Suetonium scripsisse *LVII aetatis* vel *aetatis suae* quod perinde est *anno*, ita *post* residuam particulam existimo additamenti, quo Suetonius simplicem temporis notationem amplificaverit. iam vero Cassius Dio tradit LV 7 anno 745, quo Horatium obisse Suetoni testimonio constat, decessisse amicum eius Maecenatem. nec falli videor si eius verbis indicari contendo in mensem Septembrem vel Augustum mortem illius incidisse. nam in eis quae praecedunt sermo fuit de mense Sextili, quod eius nomen hoc anno in honorem Augusti commutatus est. pergit Cassius sic: *ἐπὶ μὲν οὖν τούτοις ἐγαυροῦτο, τοῦ δὲ δὴ Μαικήνου τελευτήσαντος ἤλγησεν.* quodsi meminerimus Horatium mense Novembri mortuum esse, comparato fragm. 10* *mortuus est* (Caecilius) *anno post mortem eius* (Enni olim contubernalis) consentaneum est mortem Maecenatis a Suetonio sic commemoratam esse: (decessit Horatius) *post L• dies quam Maecenas obiit LVII aetatis anno.* patet ipsam numerorum similitudinem in causa fuisse ut quae supplenda esse intelleximus interciderent.

Transeo ad vitam Lucani, cuius origo Suetoniana diserta externorum testimoniorum fide non nititur. non desunt vero certa scriptoris indicia. nam praeter apertissima Suetonianae dictionis vestigia, quae Weberus in programmate Marburgensi, cui inscriptum est *Vitae M. Annaei Lucani collectae a Car. Frid. Weber. Particula I*, p. 6 accuratissime conlegit, verba quae in fine vitae leguntur p. 52, 2 sq. *poemata eius etiam praelegi memini* non cadunt in scriptorem alius aetatis, quam qua Suetonius vixit. deinde invidiosior in Lucanum animus, quem haec vita prodit, testis est locupletissimus, non vitam scholiastae esse, qui non posset de poeta suo tam inique iudicare. quorum argumentorum speciem non fallacem esse excerptis de vita Lucani Hieronymianis conprobatur, quae re vera ex hac vita exscripta sint. quae cum ita essent, suo iure Scaliger in appendice Virgili ad culicis initium Suetonium scriptorem adpellavit. alia etiam ratione peculiaris vitae conditio est. incipit enim in libris sic: *prima ingenii experimenta* e. q. s., ut initium eius truncatum esse pateat. cuius rei quae ratio sit, perspicitur, si reputaverimus in Bernensi codice 370 *(B)* primo loco

Digitized by Google

scholiastae vitam poni, sequi Suetonianam. itaque consentaneum est, in capite vitae praeter nomina poetae, quae in Montepessulano libro *(M)* ex Hieronymo addita sunt, omissas esse a scholiasta temporum notationes, quas plene persecutus esset in vita priori loco posita. cuius scriptor Suetonio aperte usus est, sed ita quidem, ut patroni partes contra Suetonium obtrectatorem agat. quod ut probaret Weberus apte inter se haec conposuit: Vacca p. 77, 17 sqq.: *certamine pentaeterico acto . . . laudibus recitatis in Neronem fuerat coronatus et ex tempore Orphea scriptum in experimentum . . . edidit*; Suetonius p. 50, 3 sq.: *prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit.* sed non solo Suetonio eum usum esse adparet, cum hic illic multo pleniora tradat, ut cum cautione adhibendus sit, cuius testimoniis vita Suetoni suppleatur. atque potuit facile eius scriptor antiquioris scholiastae vitam exscribere, cum eum Vaccam esse commentatorem Lucani feliciter indagatum sit a Webero l. c. p. 15 sq. neque adeo dubito fabulas, quibus apud eum natales Lucani exornantur, ex antiquiori fonte repetere; nam quam inepte Lucani carmina iam ab aequalibus praedicata sint (cf. Suetonius p. 52, 3 sq.), luculenter Stati genethliaco inlustratur.

Vitam igitur Suetoni in initio mutilatam esse vidimus. nec magis integritatem suam reliqua pars servavit. sic magno hiatu insignia sunt quae p. 50, 5 sq. leguntur, cum non habeant quo referantur verba *ut praefatione quadam* e. q. s. sed nunc valde paenitet, quod l. c. post *recitauit* lacunam signavi, quae ante id verbum statuenda erat. nam non bene dicas *ciuile bellum . . . recitauit*, cum aut *ciuile bellum . . . epico carmine perscripsit* aut *Pharsaliam recitauit* scribendum sit. unde conligitur *recitauit* ad ea referenda esse, quibus insolentem qua Lucanus in recitando usus est adrogantiam castigaverat Suetonius: quorum nunc solum exemplum quo eam inlustravit super est. item hiulca sunt, quod ab Ernestio intellectum est, ea quae paulo post secuntur: *hic initio adulescentiae, cum ob infestum matrimonium patrem suum ruri agere longissime cognouisset reuocatus Athenis a Nerone* e. q. s. in quibus quae interciderunt, si sententiam non ipsa verba requiris, sic probabiliter refingamus: *cognouisset, in Graeciam secessit. sed mox Romam se contulit reuocatus* e. q. s. verba me recuperasse puto tertio loco p. 51, 4, ubi codicum scriptura haec est: *non tamen permansit in gratia: siquidem aegre ferens recitante subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicto senatu recessisset,*

neque uerbis . . . neque factis . . . temperauit. desiderantur tria: particula *quod*, Neronis nomen, significatio eius qui recitabat id est Lucani. quae omnia non sine probabilitate cum homoeoteleuton existat post *ferens* addi possunt. sed mirum videri debet, quod in libris *recessisset* legi adfirmavi, cum Bernensis ille 370, quem omnium optimum Weberus et Rothius praedicant, *recessisse* suppeditet. sed ut per se clarum est *recessisse* correctori deberi, ita falsissimum est iudicium de libri auctoritate; quod luculento exemplo demonstrare licet. nam ubi narratur quae offensa Lucanus vanitate contra Caesarem molitus sit p. 51, 7 sqq., haec est vulgata scriptura: *adeo ut quondam in latrinis publicis clariore cum strepitu uentris emissi hemistichium Neronis magna consessorum fuga pronuntiarit: 'sub terris tonuisse putes'.* in quibus *strepitu uentris* et ab usu alienum est neque legitur in eis libris quos ego optimos aut certe bonitate a Bernensi non superari puto, Montepessulano et Parisino 7502 *(P)*: in hoc *crepitu* in illo *trepitu* scriptum est; ex *trepitu* autem quam facile *strepitu* effectum sit in propatulo est. *emissi* quidem, quod nolim Rothium defendisse non apta analogia adhibita — dicitur enim *alvus deici* et *descendere*, equi *ventrem facere* — in omnibus libris extat, sed simpliciter delendum videtur, quod ex dittographia trium syllabarum vocis quae sequitur *emistichium* ortum sit. verum quamquam Bernensis optimus liber adpellari nequit, qui duobus locis interpolatricem correctoris manum passus sit, tamen negandum non est, eum iure adhiberi quo testimonia Montepessulani et Parisini corrigantur. sic ille solus *exarauit* p. 52, 1 ostendit; deinde in sententia quam supra perscripsi *consessorum* Bernensi debetur, cum in *M* et *P cum sessorum* adpareat. relicui vero codices quorum discrepantiam Weberus l. c. adnotavit, nullam utilitatem habent, quibus tantum absit ut scriptura trium illorum librorum emendetur, ut eandem depravatiorem exhibeant; tum interpolationem *strepitu* cum Bernensi agnoscunt.

Restant vitae poetarum nonnullae, quae et ipsae scholiis eorum vel carminibus praemissae sunt. in his vita Persi ipsa inscriptione de commentario Valeri Probi sublata dicitur? quod testimonium neglegebatur fere et adeo premebatur, cum ad unum paene omnes Suetonianam eam esse praedicarent, donec Otto Iahnius suam ei auctoritatem restituit. in prolegomenis enim ad Persium p. CL sqq. M. Valerium Probum Berytium hic indicari do-

Digitized by Google

cuit, cuius aetas et auctoritas ea esset, quam in hac de vita Persi notitia inveniremus, in qua ea tradita essent, quae non nisi a viro aetate proximo scribi potuissent. quod non licet eo nomine inpugnari, quod Suetonius in vita Probi eum in antiquorum memoria revocanda occupatum fuisse dicit. nempe antiquorum nomine non solus Ennius Plautus ceteri antiquissimi poetae significantur, cum scriptores Augusti saeculi aetate Neronis ut antiqui possent adpellari et adpellarentur, ita poetis Neronianis contemptui essent. deinde alio Suetoni testimonio (fragm. 108* p. 138, 6 sqq.) scimus, Probum studia posuisse in Vergilio et Horatio emendandis. Persius denique ipse fere totus ab antiquis illis poetis Lucilio et Horatio pendebat, *lectoque Lucilii libro decimo*, ut ipsis verbis, quae in vita Persi posita sunt p. 75, 7 sqq., utar, *uehementer saturas conponere instituit, sibi primo mox omnibus detracturus, cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione, ut etiam Neronem illius temporis principem culpauerit.* restat unus scrupulus sed talis qui facile eximatur. Suetonium enim scripsisse vitam Persi excerptis Hieronymi docemur; ea autem ita conparata sunt, ut ex ea vita, quae de Valeri Probi commentario sublata dicitur, recepta esse possint. at non poterant ea, quae chronographus excerpsit, aliter a Suetonio tradi quam a Probo factum erat; deinde certum est, si a Probo vita Persi scripta sit, ea potissimum usum esse Suetonium. itaque cum perierit Suetoniana vita praeter tenuem illam Hieronymianam memoriam (fragm. 45* 46*), nostro iure Probiana vita utamur tamquam supplemento Suetoniani libri. verum enimvero Probi ratio simillima est ei quae in vitis Suetonianis conparet eademque et concinnitate et curiositate insignis est. ut eundem auctorem in singulis vitis perscribendis secutus sit Suetonius, cuius vestigia in commentariis de arte poetica eum pressisse supra vidimus. neque tamen peculiaris haec erat Probi ratio. nam consimilis conspicua est in vitis scriptorum Graecorum, quas malim ad Didymum potius auctorem rettulisse Fr. Ritterum quam ipsas ei restituisse. Didymum autem quod secuti sunt Latini grammatici, non mirum debet videri, quippe qui inter Graecos grammaticos proximum Romanis tenuisse locum vel ideo dicendus sit, quod ne Romanas quidem litteras a Chalcentero neglectas esse scimus.

Sublata autem quod vita dicitur de commentario Probi, optime compositum est a Th. Bergkio in antiquitatum diario 1845 p. 125

Digitized by Google

cum inscriptione Thucydideae vitae: *Μαρκελλίνου ἐκ τῶν εἰς Θουκυδίδην σχολίων περὶ τοῦ βίου αὐτοῦ Θουκυδίδου καὶ τῆς τοῦ λόγου ἰδέας.* iam interpretationi quam O. Iahnius l. c. proposuit, sublatam dici vitam de commentario quae ex singulis scholiis Probi ad ipsum poetam conlecta sit, duo gravissima argumenta adversantur. primum non intellegitur, qua opportunitate data plurima quae in vita leguntur in commentario poetae exposita fuerint; deinde non potest negari in eis quae in vita narrantur certum vitae conscribendae consilium dispici. dispicitur quidem solummodo; nam sane quae hodie de antiqua Probi vita super sunt, eorum condicio tam turbata est, ut proclive sit vitam ex variis scholiis consarcinatam esse suspicari. sed cum rationes quas ante exposui de tali vitae origine cogitare non patiantur, in propatulo est hos non vitam antiquam sed misella eius excerpta habere. sic statim ea quae in initio extant p. 72, 15 sqq., ut non poterant in scholiis adnotari, ita vitae quidem sed turpiter illa deformata fragmenta se esse produnt. in quibus etiam notabilem errorem excerptor commisit, cum Persium decessisse tradit *ad octauum miliarium uia Appia in praediis suis*, nempe ut responderent haec eis quae praecedunt. in vita autem antiqua nullus dubito quin sic scriptum fuerit: *sepultus est ad octauum miliarium* e. q. s. quae cum ita sint, non mirabimur sententias quae aperte cohaereant, ut fit in excerpendo, sine coniunctionibus positas esse. in his igitur cavendum est, ne addendis eis quae absunt epitomae naturam obscuremus neve frustra antiquae vitae formam recuperare conemur. sic intellectum est eis quae p. 73, 5 sqq. leguntur: *cum esset annorum XVI, amicitia coepit uti Annaei Cornuti, ita ut nusquam ab eo discederet: inductus aliquatenus in philosophiam est* indicari a Cornuto Persium in philosophiam inductum esse; quam ob rem veteres editores violenta sane ratione sed tali quidem, quae bonam coniungendi formulam efficeret, *a quo inductus* scripserunt. lenior deinde mutatio haec inventa est *et inductus*; sed sententia sic restituta non dicitur quod dicendum erat. magis etiam pessumdata sunt haec verba (pag. 74, 14 sqq.): *uerum a Cornuto sublatis libris, pecuniam sororibus, quas heredes frater fecerat, reliquit.* deinde nomini Fulviae Sisenniae (p. 73, 1), quae quidem in editionibus mater poetae, quae erat, appellatur, in libris nihil adponitur.

In quibus omnibus inperiti breviatoris manus deprehenditur.

Digitized by Google

sed longius etiam progressa est vitae depravatio: foedis enim inquinata est interpolationibus partim eis quae ex scholiis poetae petitae videntur, partim eis quae perverso interpretandi studio procreatae sunt. nam illa quae de Cornuto traduntur (p. 73, 12sq.) quaeque mirum in modum sed eo quo emblema prodatur non ibi posita sunt, ubi prima mentio philosophi facta erat, ex male scripto scholio hausta videntur, quod ea ratione restituas, qua Pithoeus et Martinius Probi verba emendare sibi videbantur. ad idem interpolationis genus referendum est illud *Chrysippi* p. 74, 14, quod *septingentis* Persi *libris* additum est. nam cum hic Chrysippi librorum numerus fuisse tradatur, mirum vero esset, si Persius omnes philosophi libros possedisset neque alius scripta in bibliotheca sua habuisset, debemus hoc verbum cum O. Iahnio a sciolo adscriptum esse putare: sed repetivit is hanc notitiam ex scholio sat. VI 80 nunc quidem deperdito, ubi commode poterant libri philosophi commemorari. interpolationem alterius generis repperisse videor in loco quem viri docti exquisita non numquam sed frustra adhibita doctrina sanare studuerunt. sunt enim celebrata illa verba p. 74, 20sq.: *scripserat in pueritia Flaccus etiam praetextam uescio.* nempe in *uescio* cum index tragoediae latere videretur, quo hunc restituerent, nova semper novis commentis addita sunt. equidem nullum titulum traditum esse aut certe e *uescio* non posse eum recuperari quovis pignore contendam; quippe quod ortum sit ex glossa huiusmodi *praetexta uestis*, cuius similes adeo correctiones in recentioribus libris extant, in quibus *praetexta uestitus* vel *indutus* scriptum est, nimirum ut eadem sententia, quae verbis *in pueritia* significatur, ornatior si dis placet repeteretur. nec improbabile mihi videtur, titulum praetextae a matre Persi abolitae ipsi Probo incognitum fuisse.

Sed confitendum est in hac vita mira semper eis quae magis miranda sunt excipi; nam paulo post illa, cum dictum esset Persium decessisse, ecce ad vivum Persium revertitur oratio narraturque, quo pacto saturarum scribendarum studium eius natum sit et progressum. quae visa sunt O. Iahnio l. c. e scholiis primae saturae derivata. nec possunt pars Probianae vitae haberi, a qua etiam quadam sermonis concinnitate differunt. attamen quae in hoc epimetro narrantur, apte poterant in vita poetae exponi; commemorantur autem ita, ut adpareat adferri ea non tam ad saturam quandam enarrandam, quam ut ipsum poetae ingenium des-

Digitized by Google

cribatur. itaque fere adducor ut cum Bergkio l. c. hoc epimetrum ex diversa diversi scriptoris vita desumptum esse credam. atque possis adeo suspicari, Suetonianae vitae fragmentum hic servatum esse plane in eundem modum, quo in libris Lucani vitae commentatoris vita Suetoniana item mutilata subiciatur. sed cum non ausim hac de re certum quid decernere, illud quidem pro explorato habeo, inepta illa verba *sed mox ut a schola magistrisque diuertit*, quae in principio additamenti leguntur, ineptius etiam a librario quodam addita esse, quibus mortui Persi memoriam cum memoria vivi coniungeret.

Vidimus igitur vitam Lucani mutilatam suppleri commentatoris vita, qui Suetonium adhibuerit, rursus tenuitatem reliquiarum quae de vita Persi super sunt conpensari antiquiori Probi vita, qua ipse Suetonius usus sit. iam vitae Vergilianae iactura duplici modo potest reparari: et antiquioris Suetonio vitae excerptis et vita Donati, quam a Suetoni auctoritate pendere in aperto sit. quibus supplementis commode additur vita Vergili a Foca grammatico urbis Romae versibus edita. vita igitur illa Suetonio antiquior commentario anteposita est, cuius plurimam partem iure Valeri Probi nomen prae se ferre O. Iahnius in prolegomenis ad Persium p. CXLI sqq. demonstravit: quocirca ad eundem auctorem vitam referre nullus dubito. cuius emendatio, quia eandem fortunam passa est atque Persiana vita, eadem prudentia instituenda est. quod cum Keilius neglegeret, tale monstrum sententiae procreavit p. 52, 5 sqq.: *P. Vergilius Maro natus idibus Octobribus Crasso et Pompeio consulibus matre Magia Polla patre rustico in uico Andibus, qui abest a Mantua milia passuum XXX tenui facultate nutritus.* nempe sunt duae sententiae, quas excerptor non tam pronuntiavit quam signavit, ut post *XXX* interpungendum sit. ceterum sicut ipse commentarius emblematum labes traxit, ita neque huic vitae quamvis brevi interpolatrices manus parserunt. e margine enim inrepserunt ea quae in fine vitae extant p. 54, 1 sqq.: *quod et Seruius Varus hoc testatur epigrammate:*

iusserat haec rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quae cecinere ducem.
Tucca uetat Variusque simul; tu maxime Caesar
non tibi sed Latiae consulis historiae.

quos versus non Servi Vari sed Sulpici Karthaginiensis esse

Digitized by Google

Donati testimonio p. 63, 14 sqq. scimus. atque suspectum est nomen Vari, cuius originem ex ipsis versibus repetere a probabilitate non abhorreat. iam ipse Servius non est poeta nobis incognitus, sed notissimus Vergili interpres, e cuius vita Vergiliana haec manarunt*). sed forsitan mireris me tam confidenter dicere, Servium hoc testimonium in vita Vergili posuisse, cum in vita Servi quae aetatem tulerit omnino non legatur. at ista vita grammatici nomen ementita est, quamvis in non nullis codicibus in principio commentarii in Aeneidem reperiatur. de quorum aetate cum nihil sciam, in antiquis Servi libris eam non extare G. Thilo epistula ad me data testatus est. insunt vero aperta noviciae originis indicia, quorum unum sic significasse sufficiat, ut locus huius vitae cum Donati loco simpliciter conponatur:

Pseudoservius	Donatus p. 62, 19 sqq.
Periit autem Tarenti in Apuliae ciuitate. nam dum Metapontum cupit uidere, ualetudinem ex solis ardore contraxit.	*Dum Megara uicinum* (Athenis) *oppidum ferentissimo sole cognoscit, languorem nactus est eumque non intermissa nauigatione auxit, ita ut grauior aliquanto Brundisium appelleret, ubi diebus paucis obiit.*

scripsisse quidem Servium vitam poetae et commentarius eius fidem facit et probatur ipsa illa interpolatione, quam pro fragmento eius vitae iure habere videor. cuius vitae iacturam facile possumus tolerare, cum antiquior Servio Vergilianae vitae memoria ad nos pervenerit, quae plenissima sit summaque fide digna. Donati me vitam dicere neminem fugiet; sed haec eius laudes summopere offendent eos qui meminerint, a viris doctis semper de futilissimis in hac vita commentis clamitari. sed omnia huiusmodi absunt a vera Donati vita, quae quidem de hominum memoria excidisse videtur. cuius locum inde a renatis litteris occupavit vitae exemplum, quod ut nulla codicis auctoritate nititur ita putidissimis interpolationibus insigne est, quarum plerumque fundus adeo sunt fabulae de Vergilio mago media aetate decantatae sed ita illae inmutatae, ut fucatam antiquitatis speciem ferant. veram autem vitam primum e codicis sui (nunc Bernensis 172) fide dedisse P. Danielis meritum est, culpa vero posterio-

*) Haec scripseram, cum O. Iahnius mecum communicat coniecturam admodum speciosam, delitescere in *Varus* Servi cognomen *Maurus*.

Digitized by Google

ris aetatis ad hunc purum fontem non rediisse sed vulgatam vitam mira socordia propagasse. atque adeo nostris temporibus, quibus Rothius in editione Suetoni Teubneriana p. 296 veritatem indicavit, accidit ut C. G. Müllerus, cum in programmate Rudolphopolensi a. 1847 veram vitam ex codice, quo Daniel usus erat, ederet, eandem se dare putaret, quae in Burmanni Vergilio legeretur.

Talis vituperatio non cadit in virum mea laude maiorem, I. Fr. Gronovium, qui in notis ad vitam a Burmanno editis vulgato exemplo spreto Danielinam vitam tantopere admiratus sit, ut Suetonium eius auctorem adpellare non dubitaverit. quae summi viri suspicio nos monet ut inquiramus, num recte Donatum vitae scriptorem adhuc nominaverimus: postea tempus erit interpolati exempli origines inlustrare. a libris igitur nullum fere certum peti potest argumentum, in quorum plerisque vitae simpliciter inscribatur *Virgilii uita*. in uno tamen Vaticano codice Thilo se repperisse dicit *V. u. a Donato edita*. cui inscriptioni fidem facit glossa Isidori a Scriverio apud Burmannum anthol. lat. I p. 369 ad eandem quaestionem solvendam prolata: *Lenociniis. Donatus: pronunciabat autem cum suauitate cum* (immo *tum*) *lenociniis miris*. leguntur enim haec in vita eadem adeo corruptela insignia p. 61, 4sq. sed etiam nunc ambiguum est, quem Donatum intellegere debeamus, cum duo grammatici nobis noti sint, quibus hoc nomen fuerit. unus est celeberrimus Terenti interpres, quem Hieronymus ut magistrum suum praedicavit: eundem scholia in Vergili bucolica et georgica scripsisse e Servio discimus. alterius extat commentarius Aeneidos ab omni antiquae eruditionis memoria remotissimus; cuius plenum nomen Ti. Claudius Donatus fuit. hunc vero vitae scriptorem esse satis mira sententia fuit Georgi Fabrici, qui, ut nec titulus interpolatae vitae interpolatione careat, inscriptionem commentarii illius imitatus eum sic edidit: *Tiberii Claudii Donati ad Tib. Claudium Maximum Donatianum filium de Pub. Vergilii Maronis vita*. quod omnes deinceps editores receperunt. sed haec coniectura cum per se satis inprobabilis sit tum redarguitur certissimis Servi testimoniis ab eodem Scriverio adhibitis, quibus demonstretur Donatum vitae scriptorem esse Donatum illum Servio antiquiorem. namque vita in libris anteponitur commento de poesi bucolica deque Vergiliana Theocriti imitatione. in quo leguntur, quae Servius in prooemio ad bucolica Donatum de primo

pede bucolici versus et de ordine quem Vergilius in scribendis carminibus secutus esset docuisse dicit; ut adpareat nos veram Donati vitam et principium adeo eiusdem scholiorum possidere. sed tamen quae adhuc disputata sunt ita intellegi nolim, quasi iam pro explorato habeam Donatum vitae scriptorem esse, cum id tantum ostenderim, hunc grammaticum eam scholiis praemisisse. quid quod idem in commentario Terentiano rem ita gessit, ut vitam poetae de libro inlustrium virorum Suetoniano simpliciter sublatam hypomnematis suis anteponeret. nec iam parvi momenti est comparatio, quam Gronovius l. c. inter multas dictiones quibus vitae scriptor utitur et simillimas quas Suetonius usurpare amat instituit. attamen cavendum est ne hac similitudine decepti calidius Gronovio adsentiamur. nam statim prima vitae sententia (cf. p. 504, 10 *egregieque substantiae . . . auxisse reculam*) docemur, non Suetonium loqui sed grammaticum posterioris aetatis. neque consentiunt ita ut par est excerpta Hieronymiana (cf. fragm. 37* cum vita p. 63, 5). quae cum ita sint, patet opinor, vitam quidem Suetoni nos habere sed retractatam illam Donati cura.

Revertor ad interpolatum vitae exemplum. quod cum in nullo codice manu scripto quantum sciam legatur, tamen inde ab inventa arte typographica genuinae vitae locum occupavit. nec plus centum annos ante hoc tempus interpolationes ortae videntur, utpote quae primam fere renascentium litterarum aetatem referant, qua fabulae medio aevo propagatae cum antiquitatis memoria recens detecta adhuc confundi et commisceri sint solitae. quod genus commentorum conspicitur statim initio, ubi notitia de Vergili studiis mathematicis quae ex vita Donati recepta est adhibetur ad Vergili magi personam inducendam. in huius adeo propriam sedem ac domicilium, quae fuit Neapolis, poeta migrasse dicitur ab interpolatore, cum in genuina vita, quae cum excerptis apud Hieronymum (fragm. 36*) aperte congruit, Vergilius transiisse in urbem tradatur. sed haec magi persona non nisi umbra est eius, cuius artes medio aevo homines admirabantur. nam quae interpolator narrat de naturis canum et equorum Vergilio cognitis etsi satis mira sunt tamen cum illis comparari nequeunt. praeterea georgicon recordationi originem debere videntur, ut non ineptum sit ea cum Pliniano iudicio componere nat. hist. VIII 42: *forma equorum quales maxime legi oporteat pulcherrime quidem*

Digitized by Google

Vergilio uati absoluta est. deinde etiam alia antiqua memoria abusus est interpolator, qua narratiunculas illas consarcinaret. Suetonius enim in vita Augusti c. 4 refert, Antonium despicientem etiam maternam Augusti originem obiecisse, proavum eius Afri generis fuisse et modo unguentariam tabernam modo pistrinum Ariciae exercuisse. Vergilius igitur interpolatoris non solum mira sagacitate intellexit Augustum pistoris filium esse, verum etiam quae est huius Vergili sinceritas, Caesari aperit. nec Augustus quod expectes talem insolentiam aegre fert; immo ut iam verbis inepti hominis utar, *placuit ei facetia. 'at deinceps' inquit Caesar 'non a pistore sed a rege magnanimo dona feres' illumque plurimi fecit et Pollioni commendavit.*

Eadem ratio conspicitur in ea narratiuncularum varietate, quae in finem vitae coniecta est. incipiunt a fraude satis memorabili. nam cum Donatus in fine Asconi Pediani librum, quem contra obtrectatores Vergili scripsit, commemorasset eiusque summam breviter perstrinxisset, hac nobilissimi historici auctoritate commentorum farraginem exornavit interpolator, quibus Vergilium ut summum virtutis et sapientiae exemplum inlustrare studet. in his memoratu dignae sunt fabulae, quae versuum illorum qui in antiquis anthologiae latinae libris Vergili esse dicuntur explicandorum causa fictae videntur. quae quidem ex antiquiore tempore scilicet ex ipso medio aevo repetendae sunt, quod similia iam ab Alexandro abbate Celesini monasterii in libro de rebus gestis Rogerii Siciliae regis p. 127 ed. Burm. (thes. Sicil. V) referuntur, paene eadem vero in chronico Mantuano, cui inscriptum est: *Aliprandina osia cronica della città di Mantova di Buonamente Aliprando cittadino Mantuano* (Murat. ant. Ital. V p. 1063 sqq.) lib. I cap. 3 leguntur. quorum ille vixit circa annum 1140, hic circa annum 1414. Bathylli deinde poetae nomen (Egeus dicitur apud Aliprandum) quod narrationi, quo ex antiquitate recepta videretur, inlatum est, repetitum videtur ex obscura memoria familiae illius mimorum temporibus Caesarum celebratissimae. iam quae finem facit narratiuncula, qua Augustus de reddenda re publica amicos consultans inducitur, pendet rursus a recordatione Tranquilli, qui hoc eius consilium fuisse c. 28 tradit. cetera adfinxit interpolator.

Aliud emblematum genus ex scholiis Vergilianis receptum est, in quibus quae ad vitam poetae visa sunt pertinere vitae

Donati inmiscebantur. cf. Servius ecl. X 1 VI 3. 11. in tota denique vita orationem ad saeculi sui morem interpolator refinxit, credo ne nimium sermo ipsius, quo et rudius et adfectatius nihil potest cogitari, a latinitate et simplicitate Donati recederet. ceterum non prorsus neglegenda est vulgati exempli scriptura, ut quae interdum melioris libri, quam nostri sunt, memoriam sequi videatur. cf. p. 60, 4 etc.

Focas denique grammaticus urbis Romae vitam Vergili versibus edidit, in qua conscribenda Donatum non adhibitum esse indicare videntur quae de patre poetae traduntur: siquidem Donatus eum secundum quosdam figulum, secundum plures Magi viatoris mercenarium fuisse scribit, Focas vero re inversa p. 69, 5 plurium testimonio constare dicit, figulum eum fuisse. cui diversitati, quae quidem a Foca ad acumen efficiendum p. 69, 7 quaesita videtur, ne multum tribuamus, obstant luculenta Donati auctoris in ipsis adeo verbis vestigia. notabiliora infra subiecci adpositis Donati locis.

Focas	Donatus
p. 60, 10. 13	p. 55, 1 sq.
haec cum maturo premeretur pondere uentris,	*praegnans eo mater somniauit, enixam se laureum ramum.*
Phoebei nemoris ramum fudisse putauit.	
p. 70, 1 sqq.	p. 55, 9 sqq.
insuper his genitor, nati dum fata requirit,	*Virga populea more regionis in puerperio eodem statim loco depacta ita breui eualuit tempore, ut multo ante satas populos aduequanisset.*
populeam sterili uirgam mandauit arenae:	
tempore quae nutrita breui dum crescit in omen	
altior emicuit cunctis, quas auxerat aetas.	
p. 71, 14 sqq.	praef. bucol. p. 5 ed. Müller.
Mantua tu coniuncta loco sociata periclis:	*ut non sufficiente agro Cremonensium Mantuani quoque, in quibus erat etiam poeta Vergilius, maximam partem finium suorum perdidissent eo quod uicini Cremonenses fuerant. sed Vergilius merito carminum fretus et amicitia quorundam potentium centurioni Arrio cum obsistere ausus esset e. q. s.*
non tamen ob meritum miseram uicinia fecit.	
iam Maro pulsus erat: sed uiribus obuius ibat	
fretus amicorum clipeo, cum paene nefando	
ense perit.	

Vis huius consensus eo non elevatur, quod uno loco narrationem Donati Focas augere videtur. nam praeter tria illa praesagia, quibus Vergili natales celebratas esse a Donato narratur, Focas nova miracula prodit p. 69, 22 sqq.: terram ministrasse flores, atque adeo apum examen in labiis dormientis pueri haesisse. quae fabula in genus earum referenda est, quas Graeci grammatici ab alio in alium transferre amant; quod studium imitati sunt Latini: memineris velim idem scholiastam Lucani de poeta suo fabulari. quod de Lucano commentum cum supra antiquiori aetati restituerimus, non est profecto cur Focae p. 69, 25 fidem denegemus, ipsum haec de Vergilio non finxisse.

Ceterum vita Focae non integra ad nos pervenit, siquidem p. 70 v. 13 sq. et v. 27 sq., qui non conexi sint cum ceteris, interpolati sunt. quarum prior interpolationum rursus duplex genus emblematum procreavit v. 15—17. v. 18—25; ortum vero utrumque studio Vergilianorum versuum imitandorum. deinde vita Focae fine truncata est. quod damnum non resarcitur versibus (289 ed. Meyer.), quibus inscribi solet: *Phocae grammatici ex uita Vergilii fragmentum.* hi enim nihil sunt nisi imitatio versuum, quae in anthologia (II 184 Burm.) Octaviano Augusto adscribuntur, quibus rursus versus illi Sulpici Carthaginiensis expressi sunt. iam cum tertia extet eorundem imitatio sic inscripta *eiusdem* (Focae) *imitatio uersuum Sulpicii Carthaginiensis*, non inprobabile est, haec tria carmina diversas scholiasticorum recensiones esse unius eiusdemque imitationis, quam Focas in fine vitae posuerat ita ut Augustum in hos versus prorumpentem induceret.

Hae sunt vitae poetarum, quae aliquo modo cum memoria Suetoniana cohaereant. nam vita Iuvenalis, qui poeta e conputo Borghesiano Hadriano regnante saturas edidit, cum fines Suetoniani libri excedat, Suetonio vindicari nequit. nec commemoravit eum in praefatione, ubi satiricos poetas enumerat. recentiorem etiam originem Horati quas supra praeter Suetonianam extare dixi vitae referunt, ad quas concinnandas sola poetae testimonia adhibita sunt. eiusdem generis sunt vitae Tibulli et Ovidi, quarum illa quidem epigrammate Domiti Marsi, quod carminibus poetae in libris praemitti vel postponi solet, usa est. nullam vero auctoritatem habent vitae Ovidi et Lucani, quas antiquas et Pomponi Lacti esse Burmannus eodem versu dicit. quarum na-

Digitized by Google

turam optime describas, si simillimas esse dicis interpolatae Vergilianae vitae.

Seposui in hunc locum particulam vitae Bavi (fragm. 29*), quae apud Philargyrum servata est. huic enim grammatico librum de viris inlustribus bene notum fuisse declarant ea quae schol. ecl. VIIII 35 de Zmyrna Cinnae exposita sunt: *fuit autem liber obscurus adeo, ut et nonnulli eius aetatis grammatici in eum scripserint magnamque ex eius enarratione sint gloriam consecuti.* cf. Suetonius de gramm. et rhet. 18: *donec commentario Zmyrnae edito adeo inclaruit* e. q. s. prorsus deinde convenit mori Suetoniano, quod ad inlustrandam Bavi vitam Domiti Marsi testimonium adhibetur.

Transeo ad oratorum librum, cuius imaginem ut animo informemus solus fere nobis dux Hieronymus est. cuius beneficio praefationis quoque particulas recuperare licet. nam quae apud eum de claris artis rhetoricae Graecis qui Romae docuerunt praeceptoribus (fragm. 48*) leguntur, ea Suetonium in praefatione huius partis, qua initia et progressus Romanorum eloquentiae enarravit, rettulisse veri est simillimum. quocum apte contendas, quod Apollodori Graeci oratoris memoriam (fragm. 56*) in vita discipuli eius Calidi oratoris Tranquillus posuit, quae valde probabilis Mommseni l. c. p. 676 coniectura est. quod vero idem, ut illis graecis rhetoribus suum in libro Suetoni locum adsignaret, eos commemoratos esse suspicatus est in additamento ad partem de rhetoribus, non reputavit sagacissimus ille vir, talem appendicem alienam esse a consilio totius libri, in quo Graecarum litterarum viri inlustres non nisi in transcursu neque aliter quam ut eorum memoria Romanae litterae inlustrarentur possent nominari. eidem igitur praefationis loco Isaei rhetoris commemoratio (fragm. 49), cuius Tranquillum meminisse Probus scholiasta Iuvenalis perhibet, restituenda videtur. vixit ille circa Domitiani tempora, quod ideo moneo, ne quis cum scriptore scholii, qui *Atheniensis* addit, et Osanno in praef. ad lib. de gramm. et rhet. p. IIII adnot. hunc rhetorem et cognominem Atheniensem oratorem confundat.

Graecorum autem rhetorum studia breviter tantum in praefatione perstringi poterant, in qua praecipue sermonem fuisse de primordiis Romanorum eloquentiae ex praefationibus quae ad nos pervenerunt certo conligitur. quae historia ad eam usque aetatem perducebatur, e qua inlustrium virorum vitam perscribere Suetonius coepit. quodsi apud Hieronymum nullius ante Ciceronem no-

Digitized by Google

men conparet, Suetonium priscos illos oratores non in numerum inlustrium virorum, quorum vitam inlustravit, recepisse sed brevem de eis notitiam in praefatione dedisse consentaneum est. quae ratio cum prorsus congruat cum Quintiliani iudicio, qui et ipse libro decimo, ubi exempla eloquentiae iuvenibus proponit, antiquis illis praetermissis a Cicerone oratorum seriem auspicatur, tum Tranquillo ineunda erat, quem antiquariis suae aetatis se opposuisse ipsius verba fidem faciunt. ut in Atei Philologi vita (de gramm. et rhet. 10): *coluit postea familiarissime C. Sallustium et eo defuncto Asinium Pollionem, quos historiam componere aggressos alterum breuiario rerum omnium Romanarum, ex quibus quas uellet eligeret, instruxit, alterum praeceptis de ratione scribendi. quo magis miror Asinium credidisse, antiqua eum uerba et figuras solitum esse colligere Sallustio: cum sibi sciat nil aliud suadere quam ut noto ciuilique et proprio sermone utatur* e. q. s. in quibus verba *noto ciuilique et proprio sermone* maxime notabilia sunt, quibus sermo ipsius non poterat aptius describi. deinde in vita Augusti c. 86 haec dicit: *genus eloquendi secutus est elegans et temperatum uitatis sententiarum ineptiis atque concinnitate et reconditorum uerborum ut ipse dicit foetoribus; praecipuamque curam duxit, sensum animi quam apertissime exprimere.* et paucis interiectis sic pergit: *cacozelos et antiquarios ut diuerso genere uitiosos pari fastidio spreuit.* haec nunc sufficiant, alia eiusdem Suetoni rationis documenta infra proferam. ceterum elucet opinor, ipsum Suetonium consulto omisisse antiquos oratores neque esse cur cum Mommseno l. c. p. 674 Hieronymo potius hoc consilium tribuamus, praesertim cum eodem modo Suetonium in historicorum libro rem egisse duce Hieronymo intellegatur. quod Suetoni iudicium apertissime etiam eo expressum est, quod neoterici illi oratores, Cassius Severus Votienus Montanus Passienus Crispus Domitius Afer, quos antiquarii spernere solebant, in numerum oratorum recepti sunt. atque adeo eum, quem antiquorum admiratores primum adfirmabant flexisse ab illa vetere atque directa dicendi via, Cassium Severum oratorem egregium apud Hieronymum (fragm. 69*) praeeunte nimirum Suetonio nominari videmus.

In ipsa oratorum vita perscribenda praecipue inlustrium causarum mentio fiebat: cf. fragm. 51* 52* 65* 67*. felici vero invento contigit, ut et aridiora Hieronymi excerpta supplerentur et distinctiorem oratoris vitae imaginem lucraremur. fere integra enim

Digitized by Google

Passieni Crispi vita (fragm. 71*) apud scholiastam Iuvenalis extat, quam Tranquillo O. Iahnius restituit, quod nec poterat facile scholiasta aliunde hanc accuratam notitiam recipere et eum inlustrium virorum librum consuluisse supra vidimus. nec deest ut rem conficiat consensus cum excerptis Hieronymianis. quae quidem vita mira fata habuit, cum scholiasta Vibi Crispi vitam se exscribere putaret. sic factum est ut apud eum Passienus Vercellensis esse diceretur. quae vero interpolatio cum in libris scholiorum corrupta esset, ecce fraus ut committeretur in causa fuit. nempe Georgius Valla in editione Probi scholiastae suam patriam Italorum more decoraturus Placentinum eum fuisse scribit.

In praefatione historicorum libri, cuius nullam particulam super esse magnopere dolendum est, Tranquillus primordia artis historicae ad aetatem usque Sallusti enarravit. ut etiam in hoc libro se antiquariorum quidem adversarium sed eundem Quintiliani sectatorem prodat, qui decimo libro nullum Sallustio antiquiorem historicum studiosis quem legant commendaverit.

In excerpenda historicorum vita parcissimum se praestitit Hieronymus, apud quem nihil de Trogo Pompeio Aufidio Basso Servilio Noniano referatur. quod commode possis sic explicari, ut Hieronymus cum initio diligentissimus fuerit, quod multitudine de poetis et oratoribus adnotationum demonstratur, in medio libro excerpendi molestia defatigatus in fine demum eius ubi rhetores positi erant ad pristinam adsiduitatem se revocaverit. quae reliquiarum paucitas aliquo modo conpensatur eo quod de uno historico Plinio Secundo uberior notitia (fragm. 80) in libris eius residua est, quam ipsius inscriptionis testimonio ex libro Suetoni desumptam esse scimus. attamen ne hanc quidem pro integra habeamus eius condicio flagitat, qua quidem non nulli abusi sunt, si propter indoctam brevitatem, ut dicebant, Suetonio indignam iudicaverunt. in hac autem vita contexenda ipsa verba iunioris Plini, qui etiam Taciti auctor fuit, secutus est; sed curiositatem Tranquilli illius testimoniis non contentam fuisse, quae in fine vitae p. 93, 7 sq. traduntur, ostendunt, quoniam nihil de isto rumore Tacito Plinius scripsit. qua re conprobari inscriptionis fidem in propatulo est.

Priusquam ad librum de philosophis adgrediar, pauca de philosophiae Romanae historia delibanda sunt. Augusti aetate Sextiorum secta extiterat, Romani illa quidem roboris, ut Se-

necae iudicio utar. cuius auctor ut veterem Pythagoreorum doctrinam resuscitare studebat, ita summo fervore dum vitam hominum ad naturae leges reformare cupit physicas disciplinas colebat; cuius sectatores fuere quodam modo Fabianus Celsus Seneca Plinius, in eorumque numerum recipiendum esse Tranquillum infra patebit. quae ideo praefanda duxi, ut facilius rationem adsequaris, quam Suetonius in hac parte secutus sit. neque dubito, quin de his studiis potissimum in praefatione egerit. Sextiorum enim patris et filii, cum Graece scripsissent, non potuit alibi mentio fieri. ad eandem igitur referenda existimo quae de exiliis Anaxilai (fragm. 81*) et Musoni Rufi (fragm. 82*) apud Hieronymum narrantur, quorum ille Graecus fuit, hic Tusci quidem generis, sed Graece philosophatus est. iam magi epitheton, quod Anaxilao Hieronymus dedit, non debebat Mommseno l. c. p. 679 mirum videri, quoniam veteres scriptores ut Sextus Empiricus Pyrrh. I init. Plinius XXXV 176 huic philosopho eandem artis significationem addere solent. sumpsit autem ni fallor chronographus eam ex edicto illo, quo Agrippa mathematicos et magos vel ut graecis Cassi Dionis 49, 43 verbis utar *τοὺς ἀστρολόγους τούς τε γόητας* urbe expulit. idem cadit in Nigidium Figulum (fragm. 85*), cuius altera Pythagorici cognominatio ut ipsi cum Larissaeo philosopho communis est, ita Sextiorum nos admonet. fuit idem summus rerum naturalium indagator. Marcus vero Terentius Varro philosophis quod adnumeratus est (fragm. 83* 84*), optime adiuvatur Quintiliani I 4, 4 testimonium: *Empedoclen in Graecis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui praecepta sapientiae uersibus tradiderunt.* cf. fragm. 125* p. 197. quod carmen cum de natura rerum scriptum fuisse videatur, eandem studiorum rationem iterum agnoscimus, quam Sextii persecuti sunt. eundem Pythagoricum fuisse mirabilia quae de numeris excogitavit facile persuadent. denique non poterat aptior in Suetoniano inlustrium virorum libro locus ei adsignari, qui semper id egisset, ut vitam populi Romani ad antiquitatis ritum normamque revocaret, siquidem Romanis philosophia numquam aliud quid fuit quam vitae magistra. physicus deinde et Sextiorum admirator fuit tertius philosophus, de cuius vita Hieronymus notationes habet (fragm. 86* 88* 89*)], L. Annaeus Seneca. in qua Annaeorum omnium tristem exitum narratum fuisse reliquiae ostendunt, in quibus cum Gallio Senecae frater egre-

Digitized by Google

gius declamator diceretur, non debebant statim Hermannus et Mommsenus de confusione Gallionum patris et filii cogitare, cum etiam filius in arte declamandi non obscuram operam posuisse videatur. cf. Quintilianus III 1, 21. eidem vitae accuratam de Seneca notitiam, quam Probus scholiasta Iuvenalis dedit (fragm. 87*), iure restituisse videor, quod in his scholiis iam duobus locis usum Suetoniani libri deprehenderimus.

Pervenimus ad eam partem, quae integra fere aetatem tulit. liber enim de grammaticis et rhetoribus iam antiquo tempore a relicua parte separatus videtur nescio quo consilio. qui quo modo inventus sit, traditum est a Ioviano Pontano in subscriptione codicis Leidensis, quam supra p. 363 sq. perscripsimus. narratur ibi, repertum esse ab Enoc Asculano, qui temporibus Nicolai V (a. 1447—1455) in Galliam et inde in Germaniam conquirendorum librorum gratia profectus esset, in lucem autem rediisse post mortem Bartholomei Faci, qui Tiraboschio storia della litterat. Ital. VI 734 sq. auctore a. 1457 obiit. cuius testimonii vis eo profecto non infirmatur quod in brevi vita Henochi, quam Vespasianus Florentinus in libro de viris illustribus c. 92 (Mai. spicil. Vat. I p. 665) volgari sermone scripto dedit, eum praeter Porphyrionem in Horatium et Apicium de caenis nihil memorabile ex Germania rettulisse legimus. nec gravioris momenti sunt Poggi qui auctor Vespasiani videtur esse verba in epistula ad Franciscum Coppinum posita: *novissime a summo pontifice* (Nicolao) *missus est ad eos libros* (Livi) *perscrutandos Henoch asculanus, qui adeo diligens fuit, ut nihil iam biennio invenerit dignum etiam indocti hominis lectione.* ad quae inlustranda infra redeundum erit.

Non contemnenda sane nec doctorum etiam hominum cura indigna Henoch repperisse dicendus est, qui praeter Suetonium ex eodem antiquo libro duo Taciti scripta Germaniam et dialogum in lucem protraxisset. cuius rei fidem faciunt apographa libri Henochiani quinque, scilicet Vaticani 1862. 1518. 4498, Neapolitanus, qui vulgo Farnesianus dicitur, denique ipsum Pontani apographum, quod Leidae adservatur, quippe quibus tria illa scripta contineantur. in relicuis vero unus saltem Taciti liber Suetonio adiungitur, in uno Gudiano solus Suetonius extat. codicem autem in Germania inventum esse Pontani verba indicare videntur: sed non desunt alia certissima indicia, quibus ipsum adeo monasterium, in cuius bibliotheca ille latuerit, aperiatur. Poggius enim in epistulis

Digitized by Google

ad Nicolaum Nicolum nobilem Florentinum datis identidem de spe quaedam Taciti scripta adhuc incognita recuperandi scribit. quam monachus Hersfeldensis excitaverat, cuius beneficio Poggius inventarium acceperat cuiusdam vetustissimi monasterii in Germania, ubi ingens librorum copia erat. atque promiserat ille monachus, librum quo Taciti scripta continerentur in Italiam se adlaturum. sed cum in patriam redux postea iterum Romam profectus esset, ad Poggium sine libro venit. a quo increpatus, quod promissis non stetisset, adseveravit se cito rediturum et portaturum librum. at ex eo tempore nihil iam ea de re Poggius scribit, ut adpareat eum spe sua frustratum esse. quam narrationem concinnavi ex diversis epistularum locis ab anno 1425 ad annum 1428 scriptarum, qui a Massmanno in editione Germaniae p. 176 sqq. conlecti sunt. de quibus unum, qui inprimis ad rem nostram faciat, adponam: *mitto autem ad te nunc partem inventarii sui, in quo describitur volumen illud Taciti et aliorum, quibus caremus, qui cum sint res quaedam parvulae, non satis magno sint aestimandae. decidi ex maxima spe, quam conceperam ex verbis suis: ea extitit causa, propter quam non magnopere curavi hoc ad te scribere, nam si quid egregium fuisset dignum Minerva nostra, non solum scripsissem, sed ipse advolassem ut significarem.* quae verba, ut adposita sunt ad invidiosius iudicium Poggi de invento Henochiano inlustrandum, ita eis Henochianum describi non annalium librum, quae fuit Ritteri sententia, recte sensit Massmannus, sed inconsiderate eo delapsus est, ut codicem illum in bibliotheca Hersfeldensi fuisse adfirmaret. quae opinio facile refutari potest. nempe litigabat monachus ille, ut Poggi verbis utar, Romae nomine monasterii, quoque Poggi in hac re favorem sibi conciliaret, promiserat librum illum vel vi vel gratia ei se paraturum. quodsi codex in bibliotheca sui coenobii fuisset, neque vi oportebat agere ut eum Romam deferret neque gravati monachi Hersfeldenses essent, Poggium cuius gratiam quaerebant dono libri sibi obligare. iam vero in vicino Fuldensi monasterio Tacitinae Germaniae saltem librum anno 865 fuisse facile conligitur ex translatione S. Alexandri, quem librum Ruodolfus monachus Fuldensis a. 863 scribere adgressus quominus eum perficeret a. 865 morte exclusus est. transcripsit autem is plura Germaniae capita, nec in eis scripturae discrepantia deprehenditur qua diversus a nostris libris fons indicetur. quid igitur veri similius,

Digitized by Google

quam Fuldae a. 865 Ruodolfum eundem Germaniae librum adhibuisse, de quo monachus ille Hersfeldensis a. 1425 Poggio narraverat quemque postea circa a. 1457 Henoch Asculanus rumore illo ni fallor ductus in Germania repperit. quod cum Ritterus coniectura adsecutus esset, corrupit recte inventum aperte falsa admiscens, quae quidem refutare non est huius loci.

Invenit igitur nisi omnia falluut Asculanus in nobilissima Fuldensi bibliotheca codicem minimum noni saeculi, quo res illae parvulae scilicet Taciti Germania et dialogus et Suetoni de grammaticis et rhetoribus liber continebantur. cui sententiae adversatur apertissime Rothi iudicium, quo Henochianum librum saeculo decimo tertio antiquiorem haberi noluit. sed etiam hunc, id quod primo adspectu insanientis videatur adfirmare, veri quid sensisse persuasum habeo. nolim quidem ad quaestionem de aetate archetypi solvendam ab Rothio orthographiam apographorum consultam esse, cum notissimum sit, Italos tum temporis pro antiqua scribendi ratione noviciam suam induxisse, et vero super sunt veteris scripturae vestigia quamvis rara in codicibus nostris. contra alterum argumentum Rothi gravissimum est: repetitum est a conpendiorum genere, quod in corruptelis veluti p. 126, 4 *tantum modo* ibid. 15 *personalem* p. 126, 3 *yspeum* deprehenditur. cui observationi cum nihil sit quod iure opponas, quaeritur quo pacto sententiae tam aperte pugnantes concilientur. nam concilientur necesse est, cum utraque per se ipsa summam habeat probabilitatis fidem. neque ratio difficilis inventu est, qua sua utriquo auctoritas maneat: scilicet invenit quidem Henoch in bibliotheca Fuldensi veterem illum librum, sed nostri codices omnes non ex eo ipso manarunt, sed ex uno eodemque eius apographo ab Henocho vel eius aequali facto. ut codex quidem Henochianus a. 865 non recentior sit, nostrorum vero librorum archetypus a. 1457 vel 1456 non sit antiquior. atque rem vere ita se habere, alia observatione probare licet, qua simul intellegatur, cur vetus ille Fuldensis liber semel tantum descriptus sit. saepe enim in libris nostris fit, ut duae lectiones altera super alteram scriptae sint. quae duplices scripturae in omnibus eaedem sunt, nisi quod non nunquam unus liber utramque, relicui modo hanc modo illam exhibent, ut iam in eorum archetypo eandem diversitatem fuisse adpareat. quarum de origine ut facilius iudicium fiat, eas fere omnes hic conligam:

Digitized by Google

p. 102, 12 *t sagat Panosagacema* etc., p. 104, 19 *idem t at ac*, p. 105, 8 *t duarũ dinarũ* p. 106, 6 *hic hoc*, p. 107, 19 *palliati t e*, p. 108, 1 *notus t a*, p. 108, 11 *hermam haere*, p. 109, 14 *Inscripsit t is*, p. 109, 15 *Lydia t lycida*, p. 110, 21 *hero t eros suo nametra metre*, p. 112, 1 *possem i*, p. 114, 9 *hoc t hanc*, p. 117, 14 *parcisse t s*, p. 120, 7 *latinos* et *latine scilicet*, p. 122, 22 *res cognita est* et *recogniti sunt*, p. 123, 14 *hordearium* et *hordinarium*. quae si quis libero animo perlustraverit, ei suapte sponte subnascetur suspicio, eiusmodi varietates eo ortas esse, quod librarius codicem describeret, cuius scriptura adeo evanida esset, ut ambiguum videretur, utrum hoc an illud scriptum extaret. qua coniectura veritatem nos adsecutos esse intellegemus, si animadverterimus uno loco p. 106, 6 duplicem lectionem lacuna excipi: nempe relicua vetustate ita deleta erant, ut legi omnino non possent. eadem codicis antiqui condicio comparet, ubi a Suetonio auctorum, quorum libri super sunt, testimonia proferuntur. quorum conlatione intellegitur apud Suetonium aut plures voculas absorptas esse, aut quasi quandam earum umbram residuam esse. cf. p. 125, 4 sqq. 111, 9 sqq. iam vero haec optime cadunt in librum ab Henocho repertum, quem satis antiquum fuisse liceat suspicari quique tam misere pessumdatus fuerit, ut Suetoniana pars fine truncata sit, in alia vero eius parte Tac. dial. c. 35 sex pagellae vetustate consumptae dicantur. nec curam, quae in adnotanda duplici eorundem verborum lectione comparet, antiquioribus temporibus facile tribuas, quam quibus Henochus vixit. eadem renascentium litterarum aetas indicatur studio, ex oblitterata scriptura coniecturae ope veram memoriam resuscitandi. quo p. 110, 21 lectionis varietas procreata est, ubi Henochus vel eius scriba cum litterarum evanidos ductus sequeretur, *eros nametra* legere sibi visus est. quod cum corruptum esse videret, superscripsit *hero suo metre* i. e. *Metrae*, ut indicaret hoc fortasse in obscurato codicis testimonio delitescere. quam suspicionem falsam fuisse docet Erotis cognomen, quod cum Staberio grammatico fuisset, codex et debebat agnoscere et agnovit. qua re nolim Rothium genuinae codicis scripturae manifestam eius correctionem praetulisse unde veram Suetoni manum eliceret. alio loco mihi quoque accidit ut corruptam codicis memoriam spernens levem scribae coniecturam re-

Digitized by Google

haere
ciperem. etenim 108, 11, ubi in libris *hermam* legitur, *haere* cruce praefixa scribendum erat, cum *Hermam* neque loco corrupto satisfaceret et ipsum per se dubitationes provocaret *). quibus observationibus coniecturam supra positam conprobari unus quisque opinor concedit. atque intellegitur, cur unum tantum Henochiani libri apographum sit factum, quippe cuius pagellae vetustate ita essent corrosae, ut et scriptura in dies magis evanesceret et verendum esset ne iterata tractatione totus deperiret. possis etiam suspicari, non ipsum antiquum codicem propter miseram eius condicionem sed descriptionem eius Fuldae ubi repertus esset factam ab Henocho in Italiam transportatam esse.

Vt quae adhuc disputata sint breviter conprehendam, libri de grammaticis et rhetoribus, qui praeter finem integer fere ad nostram aetatem pervenisse putabatur, non habemus nisi fallacissimum simulacrum, cum adeo desperandum sit, veteris Fuldensis libri scripturam recuperare. cuius obscura tantum memoria reconcinnanda erit ex testimoniis codicum ab Italis exaratorum, quorum communis fons fuit Henochianum apographum. neque dubito quin idem dicendum sit de Taciti Germania et dialogo, praesertim cum ne in hac quidem parte Henochiani libri duplices lectiones non conspiciantur, quibus eadem origo confirmetur.

Itaque in eo sumus, ut testium, quos significavi, fidem aestimemus. qui cum ad unum omnes Itali fuerint eaque aetate vixerint, qua tantum aberat ut nostro more singulas librorum litteras diligenter exprimerent ut quo quis doctior esset eo magis testimonia corrigere ut ipsis videbatur, ut nos iudicare debemus interpolare studeret, vix credibile est, Germaniae editores Massmannum et Fr. Ritterum superstitiose Pontani auctoritati, cuius apographum Leidae a L. Trossio inventum est, se addixisse. qua de re ut severissime ita verissime Lachmannus in commentario in Lucretium p. 10 iudicavit: *neque Iohannem Iovianum Pontanum unum Taciti libellum tam superstitiosa sedulitate transcripsisse ullus homo suspicari potuit nisi insigniter perversus.* praeterea alia gravissima momenta neglecta sunt, quibus Itali illius auctoritas vel maxime diminuatur. mittam, auctore Gelio catal. libr. man.

*) Eodem loco nescio quo infelici casu in textum *Laelium* inrepsit, quod ut deleat benevolum lectorem rogo.

Digitized by Google

p. 121 sq., qui harum rerum peritissimus iudex est, constare nos ne habere quidem ipsum Pontani apographum, sed descriptionem tantum eius. quid quod adeo probare licet, Pontanum non adhibuisse ipsum apographum Henochianum atque extare codicem, qui ei libro quem transcripsit ille simillimus sit, cuiusque testimoniis multas Pontani interpolationes detegere possimus. conspirat enim Leidensis liber cum Vaticano 1862 omnibus locis, ubi ceteri libri ab hoc discrepant, dissentit ab eo in eis scripturis, quas coniecturae eique interdum felici Pontani deberi relicuorum cum Vaticano consensus ostendit. quas fere omnes, ut uno conspectu oculis subiciantur, hic conlegi, orsus ab ipsa statim inscriptione, quam sic edidit: *Caii Suetonii Tranquilli de uiris illustribus sic incipit.* deinde librum bipertite distribuit, cum singulis partibus titulos singulos praefigeret. quae divisio ab eo usque tempore ab editoribus retenta est. tum haec fere in ipsa verborum continuatione novavit *): *Virginius* p. 99, 11 *generque* * p. 101, 12 *Laeneus* p. 102, 11 *Fescennius* p. 103, 2 *Ticida* * p. 103, 13 *patrum nostrorum* p. 104, 9 *e ludo* p. 104, 10 *custodis* p. 110, 2 *miretur* p. 110, 3 *sit sapientiam* * p. 110, 4 *cauliculi* * p. 110, 5 delevit *et* * p. 113, 9 *inscribuntur* * p. 116, 4, quae correctio etiam in *G* **) reperitur; *pepercisse* p. 117, 14 (consentit cum *O*) *plurimos* * p. 119, 4, quod etiam idem *O* habet; *Messala* * p. 119, 13 *ita* * p. 120, 4 *exoluerunt* * p. 122, 6 *synthesis* p. 123, 1 *Mancino* p. 124, 14 *salsum* * p. 125, 6.

Iam vero Pontanum non Vaticanum librum exscripsisse, quod ut credas facile adducaris, uno loco p. 100, 15 docemur, ubi Vaticanus solus *et* habet, Pontanus autem cum relicuis libris *ae* scripsit. neque communem eorum fontem ipsum Henochi apographum fuisse, sed unum codicem inter eos et illud interponendum esse, conligitur ex duobus vel tribus compendiis, quod scribendi genus Henochus ut fuit huius et proxime antecedentium saeculorum mos adamasse videtur, perperam explicatis, cum relicui librarii recte ea interpretati sint: unde haec scripturae ortae sunt: *personalem* pro *proconsulem* p. 126, 15 *yspeum* pro *ꝯspēu* i. e. *conspectu*, quod Pontanus — vide mihi interpolatricem eius manum — in *ipseum* ut latino verbo similius videretur inmutavit. quibus fortasse adnumerare licet *adnotum* pro *annotatum*, quamquam illud

*) Coniecturis quas recepi asteriscum adposui.

**) Codicum notas p. 98 sq. adnot. explicavi.

etiam *O* agnoscit; qua de testium quidem confusione infra agam. codicem autem, unde et Vaticanus et Pontani apographum manarunt, qui scripsit non satis doctum se fuisse prodit, quippe quem ratio illorum conpendiorum fugerit. quod in causa fuisse videtur, ut interpolatione omnino abstineret, cum in Vaticano, qui praeter unum illud *et* accuratissime eius vestigia secutus est, nullum aliud emblema deprehendatur, quam quod iam in Henochiano apographo fuisse consensu testium evincatur. idem tam anxie et religiose apographum Henochi expressit, ut Vaticanum, quo eius iactura plenissime conpensatur, pro optimo duce in reconcinnanda Henochi memoria habere non verear. itaque contrariam viam inii atque Germaniae editores quos supra dixi: illi scilicet Pontani apographo principem locum tribuerunt propter doctrinam scriptoris, ego Vaticano propter testis ignorantiam.

Sed cum non liceat dubitare, quin interdum bonus ille librarius dormitarit, ex relicuis libris quattuor (*NOGI*) elegi, in quibus etsi interpolatio pullulare coeperit, tamen non ita grassata sit quam in ceteris, veluti Berolinensi Harleiano 2639 Parisino 7773, quos iam Rothius praef. LVIII libros deteriores dicit. in quorum numero praeterea habendi sunt Vaticanus 4498 et Vrbinas 1194, quorum scripturam ex Lerschi conlatione cognovi. neque editionum ullam rationem habui. quattuor igitur illi, quamquam inter se singuli affines sunt et omnes interdum secum consentiunt, discrepant a Vaticano, tamen modo hic modo ille propius ad Vaticani memoriam accedunt. nec possis omnino ex eis unius apographi imaginem restaurare, ut ex diversorum librorum testimoniis conflati videantur. quod adeo in uno librarius professus est: nempe in *N* Tac. dial. c. 35 haec scripta sunt: *multum deficit in exemplaribus quae reperiuntur*. accedit ad hanc testium confusionem interpolatio quam supra significavi. quocirca eorum scriptura cum cautione adhibenda est, quibus Vaticani memoria corrigatur. neque ab hoc certissimo duce recessi, etiamsi omnes illi ab altera parte starent, nisi rei rationem secutus illorum memoriam veriorem intellegerem. de quibus *O* proxime a Vaticano abesse visus est, sed ita, ut pluribus locis ab diversa memoria pendeat; idem solus scripturas praebet, quae postea a Beroaldo Statio aliis inventae sunt, ut malim eum cum Lerschio s. XVI adscribere quam cum Rothio s. XV vindicare. sic p. 103, 20 *titulo* habet, p. 111, 12 *Niciae* addit, p. 111, 16 *illum mecum* Cicerone item adhibito trans-

Digitized by Google

ponit, p. 116, 1 *quo delegante* emendat, p. 119, 10 *sero*, p. 123, 1 *appellatione Graeca*, p. 124, 14 *Nucerino*, p. 125, 10 *immunia*. etiam *N* non numquam solus, praecipue in duplici illa scriptura exhibenda, cum Vaticano facit, veluti p. 109, 14 bis, p. 114, 9 sim. plerumque vero simillimus est *G* libro, cum quo has fere scripturas communes habet: *quidam* p. 100, 5 *acroasis* p. 100, 18 *ea re* p. 102, 8 *cuius* p. 109, 6 *filio quoque* p. 110, 17, quae quidem vera correctio est; idem cadit in *posthac* p. 102, 6; deinde eis communis memorabilis illa scriptura *Cato grammaticus* etc. neque vero peculiari liber est interpolatione, quippe qui ut uno exemplo defungar pro corrupto *post huius* p. 104, 19 leni scilicet mutatione *Nicanor* praebeat. iam *I* ut non numquam Vaticani memoriam agnoscit, ita plerumque inconsulta depravatione sic corruptus est, ut saepe me pigeret futilia eius testimonia referre. notabilis vero est eius consensus cum prima manu *G* libri, cuius mira peccata altera fere semper sustulit, ille constanter fere reddit: *labor* pro *liber* p. 109, 17 *uenit* pro *iecur* p. 110, 15 *non numquam non* pro *numquam non* p. 110, 18 *perite* pro *parieti* p. 114, 1 *uota* pro *nota* p. 114, 11 *sibi* om. p. 117, 14 *prouincialium* pro *promercalium* p. 117, 18 *se* pro *omnes* p. 118, 11 *aliquorum* pro *aliquot* p. 119, 2 *erudierunt* pro *exercuerunt* p. 121, 15 *Carnutius* p. 124, 11. quod sane indicat *G* ex simili libro pendere. praeterea hic quidem propriis emblematis insignis est: *conductum ut* p. 102, 15 *docuit ad* p. 103, 3 *in iudicio* p. 107, 11 *censebatur sic philologus quod* p. 108, 16 *consuetudinemque* p. 111, 18. saepe autem fit ut hi tres: *NGI* eandem simul scripturam ostendant, raro contingit, ut scriptura Vaticani emendetur ut factum est p. 100, 7. 117, 7. 119, 3. fere semper deterior est: p. 98, 3 *Seruius* p. 100, 6 *utramque linquam* p. 103, 17 *absolutum* p. 103, 25 *in tam* p. 104 ter *Seruius* p. 105, 15 *que* p. 110, 21 *Straberius* p. 112, 8 *oris improbi* p. 112, 13 *subrectus* p. 115, 1 *libros* p. 126, 5 *tantum modo*. et ne tum quidem, cum *O*, quem medium inter eos et Vaticanum locum tenere adparet, eis adstipulatur, huic consensui multum concedendum esse his fere locis docemur: p. 104, 1 *ipsi* vel *ipsius* vel *ipsis* p. 104, 3 *alias* p. 110, 5 *et libra* p. 112, 14 *domino rettulisse* p. 114, 14 *ad. Q. atque* p. 115, 7 *quidem* p. 116, 13 *sed sibi* p. 126, 4 *adoranter* p. 126, 13 *sua*. itaque nisi certa rei ratione eorum testimonia conprobabantur eis non potui non fidem derogare, ut in his: p. 101, 3 *etiam* p. 103 8 *aliquid diligenter* p. 113, 18 *sestertia centena* p. 113, 20 *inferiore* p. 113, 20

Digitized by Google

circa. contra obedivi lubenter, ubi eorum scripturas aut ipsa sententia aut dicendi usu Suetoniano commendari vidi: p. 103, 7 *uulgo quidem* p. 106, 8 *grammatica* p. 111, 1 *litterarum studium* p. 121, 11 *profluxit* p. 122, 17 *infuit* p. 122, 22 *res cognita est* p. 126, 15 *proconsulem* p. 127, 3 *conspectu*. sic pedetemptim eo progressi sumus, ut et adfinitates deteriorum librorum et utilitatem quam ad emendandam Vaticani scripturam adferant perspectam habeamus. restant duo loci, ubi duo huius interpolati generis testes *NO* veram memoriam retinuerunt; quorum illum proxime ad Vaticani scripturam accedere, hunc non ita ut relicuos consulta et inconsulta depravatione laborare eum non fugiet, qui librorum testimonia oculis semel usurpaverit. p. 119, 1 enim *grammaticae* soli praebent, quam formam, cum Graecanica *grammatices* Suetonius non usus sit, recipere debemus, etiamsi nulla librorum auctoritate confirmaretur. eidem libri p. 124, 16 *aurcis* addunt, quod verbum in relicuis omnibus frustra quaeris. quod cum primus Suetonio restituam, non vereor ne interpolationem induxisse arguar. qua de cogitare vetamur ipso mendo quod voculam insedit. quo vero pacto factum sit, ut in omnibus libris ne Vaticano quidem excepto hae scripturae deletae sint, extricare nequeo.

Reconcinnata igitur Henochiani apographi memoria multum abest, ut veteris Fuldensis libri scriptura recuperata sit, cuius umbram tantum, ut repetam quod supra exposui, quasi per tenebras dispicimus. itaque desperandum mihi quidem videtur, fore ut unquam gravissima illa ulcera, quorum quattuor nominasse sufficiat: p. 102, 15 *multos* p. 108, 11 *haere* p. 110, 21 *nametra* p. 124, 20 *extricte*, probabiliter persanentur. atque adeo eam scripturam, quae nobis integra videtur, non quovis pignore equidem contendam in Fuldensi codice fuisse, siquidem consentaneum est, Henochum dum evanidam eius scripturam interpretatur interdum invitum ut fit de suo eam supplevisse et vero saepius eam omnino non adsecutum esse. quod ut exemplo probem, quisnam si Ciceronis orationes philippicae non extarent, p. 125, 7 *dicta* desideraret? quisnam, cuius quidem animus ab hariolationibus abhorreret, ibidem 5 pro *in quem uellet* reponeret *in te quae uellet*?

Ceterum iam ipsam antiquissimi Fuldensis codicis scripturam interpolandi lubidine deformatam esse uno eoque certissimo documento discimus. nempe in vita Caecili Epirotae grammatici, quem libertum Attici fuisse cum ipsius nomina ostendant tum Suetonius

Digitized by Google

diserte tradit, Attici nomini haec addita sunt: *ad quem sunt Ciceronis epistolae* p. 112, 17. quae verba cum Suetonius scribere non potuerit, cui sufficere debuit et vero suffecit, ut celeberrimi historici, ut alia omittam, memoriam apud aequales revocaret, equitem eum Romanum (cf. Nepos vita Attici 1) nominasse, pro emblemate habenda sunt, quod eo tempore factum est quo de Attico nulla iam alia notitia superstes fuit, quam esse ad eum Ciceronis epistulas. recepta autem ea est ex ipso hoc libro p. 105, 14. atqui hanc interpolationem Italorum memoria antiquiorem esse in propatulo est, quippe quibus Attici nomen demum recuperandum fuerit ex corruptela *Satti*, quam in Henochiano saltem apographo fuisse consensus meorum librorum docet. non ita certa est aetas alius interpolationis, quae in indicem grammaticorum p. 98 inrepsit. eiciendum enim est inde Aeli Praeconini nomen, qui cum a Tranquillo in praefatione tantum commemoratus sit in indicem recipi non potuerit. eodem iure Servius Clodius hunc locum sibi poscere poterat. atque ut fraus manifesto prodatur, in indice eadem corruptela *Praeconius* conparet, quae in praefatione p. 101, 14 occurrit, ut hinc illuc invectum esse nomen pateat. antiquissimum vero me iudice est emblema quo rhetorum index insignis est. qui nomina etiam eorum rhetorum continet, quorum de vita, cum Fuldensis liber hanc partem fine truncatam exhibuerit, nulla alia notitia super est, quam ea quae ab Hieronymo ex integro Suetoni libro excerpta sunt. desunt autem si indicem sequimur vitae undecim rhetorum. de septem igitur eorum excerpta dedit Hieronymus, de quattuor rhetoribus sola nomina residua sunt. iam vero ultimus eorum post Quintilianum producitur Iulius Tiro. at rhetorem huius nominis fuisse alio testimonio non constat. hoc tantum Plinius ep. VI 31 tradit, hominem aliquem, cui illud nomen fuit, mortuum esse, cum Traianus in Dacia esset. deinde suspicionem movet, quod ita statuendum esset post Quintilianum alius etiam rhetoris vitam posuisse Suetonium, quod eo magis mirandum esset, quod iam Quintilianus de omnibus inlustribus viris proxime ad Tranquilli aetatem accedit. atqui apud Hieronymum alius Tironis mentio fit, scilicet clarissimi illius Ciceronis liberti. sed dixerit quispiam: nescisne M. Tullium Tironem non fuisse rhetorem nec si fuisset potuisse eum post Quintilianum poni? audio; sed contendere nolui, a Suetonio hoc factum esse. quaeris unde huc eius nomen inrepserit? ut iam nunc dicam, quod infra coniuncta complurium indiciorum vi evin-

Digitized by Google

cam, petitum est nomen Tironis notarum potissimi auctoris (*qui primus notas commentatus est* fragm. 105* p. 135, 16) et a librario in indice et in chronico ab Hieronymo ex commentatione, quam Tranquillus operi de Romanarum litterarum viris inlustribus epimetri loco addidit quaque de bibliothecis deque eis quae ad conservanda inlustrium virorum scripta pertinerent omnibus disseruit. quod si probaverim, efficietur simul, grammaticorum et rhetorum vitas ultimo loco a Suetonio positas fuisse.

Itaque Isidorus origg. I 21 (cf. fragm. 106*) eadem verba repetit quae Hieronymus Suetonio nimirum auctore de Tirone usurpat, sed ita ut adpareat ea non ex chronographo desumpta esse. intexta vero sunt argumento, quo notarum quas dicit vulgarium ratio et historia explicatur. idem continuatur paucis interiectis de notis iuridicis et militaribus, in quibus non ut in illis recondita doctrina eminet, capite 24 (cf. fragm. 107*), quo sermo est de notis litterarum, quas inter se veteres faciebant, ut quidquid occulte invicem per scripturas significare vellent mutuo scriberent. ibi adhibetur Augusti epistula ad Liviam ni coniectura me fallit scripta, qua usum suum notarum id generis Caesar explicat. cuius memorem se prodit Suetonius Aug. 88, cum eundem Augusti morem eisdem verbis describat. iam vero his commentis de notis vulgaribus et eis quarum significatio occulta fuit anteponitur disputatio c. 20 de notis grammaticorum, quae versibus poetarum et historicorum adponi consuerunt. cuius consimilem epitomam (fragm. 108*), quam Th. Mommsenus in cod. Paris. 7530 s. VIII (a. 780) repperit, cum Bergkius in diario antiquitatum 1845 p. 85 sqq. publici iuris faceret, Suetonium eius auctorem adpellare non dubitavit. scriptorem enim eius aetatis qua Suetonius vixit indicari monuit his verbis: *Probus et antiqui nostri* p. 139, 4. 7, quibus Probus Varguntcio et Aelio antiquis grammaticis tamquam novus opponeretur. ipsum vero Suetonium eiusmodi disputationem scripsisse Suidae testimonium arguit, qui s. v. *Τράγκυλλος* Suetonium *περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων* librum singularem dedisse scribit. sed eo erravit Bergkius, quod hunc titulum angustius interpretatus notas, quas veteres grammatici versibus adponere consuessent (*τὰ παρατιθέμενα τοῖς στίχοις σημεῖα*), solas significari putavit. nempe ille de Parisina tantum epitoma Tranquillo restituenda cogitavit, Isidori vero commentum *de notis scripturarum* ex hac vel simili epitoma fluxisse statuit. quod contra nobis Suidas non est premendus, ut minus dicat, quam manifesto dixerit, cum

Digitized by Google

aliam viam ingressi hanc Isidori disputationem, quam Suetonio deberi Bergkiana ratiocinatione patefactum est, non divelli posse ab eiusdem commentis de relicuis notis in codicibus adhibitis (fr. 106* 107*) intellexerimus, quod etiam in his Suetonianae eruditionis indicia emineant. capita quidem de notis iuridicis et militaribus notisque digitorum (c. 22. 23. 25) nolui Suetonio vindicare, quod nec Suidae indice conprehenduntur nec in additamento, quo inlustrium scriptorum liber cumulabatur, commode poterant poni. quibus in eundem modum Suetoniana Isidorus interpolavit, quo Christianarum notarum explicationes commento *de notis scripturarum* inniscuit. quam multa vero rursus omiserit, conparatione cum Parisina epitoma instituta facile docemur. atque inprimis ea resecuit, quae reconditioris doctrinae videbantur. ceterum et ipsum Parisinum commentum recte a nobis cum Bergkio epitomam vocari uno maxime loco proditur: *diple periestigmene apponebatur, quae Zenodotus Ephesius non recte adiecerat aut detraxerat aut permutaverat. in his et nostri ea usi sunt* p. 140, 4sqq.

Sed redeundum est ad Suidae testimonium, cuius altera pars, qua ipse index refertur, a nobis conprobata est, alteram, qua librum singularem de notis scripsisse Suetonium tradit, non possumus non reicere. quod nostro iure nos facere infra suo loco ostendere liceat, ubi exemplis certissimis efficiemus Suidae in catalogo illo contexendo accidisse, ut partes maiorum operum pro singularibus libris haberet. quae cum ita sint, Suidas certe inpedimento non est, quominus Tranquillum in hoc additamento non solum de notis disseruisse sed totam quaestionem de litteratura exhausisse statuamus, quae optima clausula scriptorum inlustrium libri esset. atque licet probare Suetonium de bibliothecis opera data disputasse simulque quae huc facerent omnia executum esse. in scholiis enim Horatianis art. poet. 354 Tranquilli testimonium de bibliopolis usurpatur (cf. p. 135 adnot.). iam vero eadem verba recurrunt apud eundem illum Isidorum in libro sexto, ubi inde a capite tertio de argumento quod paulo ante significavi exquisita doctrina adhibita exposuit. nam cum capite 3 de Pisistrati et Ptolemaeorum bibliothecis egerit, capite 5 brevem Romanarum bibliothecarum historiam pertexit (cf. fragm. 102*). deinde c. 9 cerarum, c. 10 cartarum usum inlustrat. et vero in illo Attae fragmentum conspicuum est, in hoc cartarum genera docte describuntur, et ita quidem ut adpareat Isidorum non adhibuisse Plinianam (nat.

Digitized by Google

hist. XIII 68sqq.) ea de re expositionem. quae c. 11 excipiuntur disputatione de membranis, in qua praeter alia erudite veterum artificum consuetudo explicatur (cf. fragm. 103*). postremo loco posita sunt capita (12. 13. 14) de libris conficiendis librorumque vocabulis deque librariis et eorum instrumentis (fragm. 104*). in quibus praeter Cinnae de malvarum libellis testimonium ipsa illa Suetoni verba a scholiastis Horati excitata (p. 134, 18) extant. quibus quidem multa Isidorus ut solet modo de suo modo ab aliis auctoribus petita inmiscuit, quae quidem facile a genuina Suetoni memoria possunt internosci. fere omnes enim super sunt auctores, quos ad illam interpolandam adhibuit, ipsius vero additamenta aut ineptiis produntur aut vulgari doctrina aut denique eo, quod res Christianas respicit. sed non id tantum Isidoro vitio vertendum est, testes et res confudisse, quod ferri potest, cum eius rei remedia non desint, verum etiam hoc quoque loco molestissima menda Suetonianam disputationem eo insederunt, quod misere eam breviator mutilavit. cuius rei singulare documentum extat, ubi de scriptura antiqua quae βουστροφηδὸν fiebat sermo est: *uersus autem uocati uulgo, quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra. a sinistra enim ad dexteram primum deducebant stilum, deinde conuertebantur ab inferiore et rursus ad dexteram uersus: quos hodieque rustici uersus appellant.*

Sic accurate Suetonianae auctoritatis indiciis conlectis egregias reliquias doctissimae commentationis recuperavimus, quae quam apte in fine libri de inlustribus viris posita fuerit exponere facile supersedeo.

Tantum de ipsis libri fragmentis. pauca addam de universa totius operis ratione. quodsi aetatem, qua inlustres viri vixerunt, spectas, ultimum eorum, quantum quidem per reliquias indicare licet, Quintilianum rhetorem, qui idem inlustrium virorum agmen clausit, Tranquillus produxit. qua re efficitur litterarum Romanarum historiam eum finem non excedere, quem in libris de vita Caesarum Suetonius tenuit. atque inter haec opera quandam intercedere necessitudinem non obscurum est, siquidem studiorum, quae Caesares in litteris posuerunt quaeque plenissime in eorum vita executus aut executurus erat, memoriam in inlustrium virorum libro omnino non attigit. quamquam non praefracte negaverim, in praefatione ad oratorum librum sermonem fuisse de Divi Iuli eloquentia. eodem scilicet modo in praefatione libri de rhetoribus Augusti et Neronis declamationes data opportunitate commemorat.

Digitized by Google

Iam de tempore, quo hic liber scriptus sit, quem Rothius p. LXXVIII intra annos 106 et 113 conditum esse contendit, equidem nihil certum adfirmare ausim. nempe illum terminum conprobare sibi visus est eo quod Iuli Tironis vitam Tranquillus conscripsisset, quem anno 105 vel 106 decessisse recte ex Plinianis in epistula VI 31 verbis conlegit. quam quidem coniecturam probabilitate carere supra me evicisse puto. nec certiore fundamento nititur altera temporis definitio. quamquam enim Rothius confusione duorum Pliniorum Hieronymiana suo iure usus est, ut demonstraret non scripsisse Suetonium Plini iunioris vitam, tamen iusto longius progressus est, cum silentium scriptoris de homine amicissimo ita interpretatur, ut librum ante mortem eius id est ante a. 113 editum esse statueret. eodem iure possis suspicari Suetonium, quod nihil de vita Nervae et Traiani tradidit, Caesarum libros ante a. 96 publicasse. quod quidem ne facias, diserta testimonia obstant. igitur ne plus dicam nihil nos moratur, quominus aliam explicandi viam ingressi Suetonium vitam Plini oratoris propterea non scripsisse dicamus, quod eum finem quem sibi proposuisset Domitiani aetatem noluisset excedere.

In superioribus passim iudicium Suetoni detegere conatus sum, quo litteras Romanas earumque auctores pertractavit. quibus observationibus nonnulla quae eodem pertinent adicere lubet. sex litterarum genera constituere Suetoni aetate usu videtur receptum fuisse, siquidem eandem litterarum divisionem Iuvenalis satura VII agnoscit. desiderantur quidem apud eum philosophi, sed eorum commemorationem inter historicos et oratores intercidisse probabiliter O. Iahnius suspicatur. nam et de historicis si relicua spectas ut nunc res se habet nimis breviter agitur et versu quo transitus ad oratores fit (105) *sed genus ignauum quod lecto gaudet et umbra* aptius philosophorum studia inridentur quam historicorum. inprimis autem ad rationem et consilium libri inlustrandum faciunt, quae supra de oratoribus et historicis ante Sallustium et Ciceronem a Suetonio in numerum inlustrium virorum non receptis exposui, quo instituto manifesto se opposuit antiquariorum studiis, quae aetate eius in dies magis efflorescere coeperunt, donec Hadriani exemplo ad summum fastigium evecta sunt. pari fastidio sprevit Neroniani saeculi ingenia, quorum studiosam rerum novarum cacozeliam non minus detestatus est quam morosam antiquitatis adfectationem. cuius rei egregium documentum est vita Lucani;

Digitized by Google

neque aliter Suetonium de Seneca in vita eius iudicasse verbis quae in Nerone c. 52 extant indicatur: *a cognitione ueterum oratorum Seneca praeceptor* (avertit), *quo diutius in admiratione sui detineret.* veteres autem oratores, ut sententiae nexus ostendit, Ciceronem nominat eiusque aequales. quem huiusmodi verborum usum apte conponas cum simili in Probi vita sententia, quam supra p. 395 inlustravimus. a quo non dissidet, quod antiquissimorum poetarum memoriam, quae cum Neronis aetate omnino abolita esset, a Probo resuscitata erat, religiose ad posteros propagare studuit. qua re non magis a ratione sua descivit, quam dux et auctor eius Quintilianus, qui libro decimo poetas vetustate sacros silentio premere noluit.

Restat ut paucis quaestionem de auctoribus, quos Suetonius consuluit, absolvam. Varronis praecipue copiis, in his libro de poetis, usum esse Ritschelius parerg. Plaut. p. 622 monuit. veluti ea quae de Plauti vita apud Hieronymum super sunt (fragm. 7*), manifestus cum Varronis testimonio a Gellio III 3, 14 prolato consensus huic deberi evincit. nec recessit a diligentissimo investigatore antiquitatis in anno mortis Naevi constituendo (fragm. 6*); cf. Cicero Brut. 15, 60. nec eiusdem iudicium de Terenti adelphis in vita poetae praeteriit, cui etiam lectissimas adnotationes in eadem positas inprimis excerpta ex libris Licini Porci et Volcati Sedigiti de poetis, qui versibus conscripti erant, vindicandas esse probabiliter Ritschelius coniecit l. c. p. 244. verum non solam de poetis et poematis memoriam Varronianam secutus videtur: sic ea quae de Servio Clodio grammatico p. 102, 2 sqq. tradit, Varronis fide niti Plinianis n. h. XXV 24 verbis docemur. deinde ceteros inlustrium virorum scriptores adhibuit, quorum de memoria vitas suas concinnaret. Santrae testimoniis in vita Terenti et Curti Niciae grammatici utitur; Nepotis vero auctoritatem in eadem vita Terenti et in vita Voltacili Ploti rhetoris usurpat. quibus auctoribus adnumerandus est Hyginus de inlustribus viris, etsi in reliquiis nostris nomen eius non comparet. praeter libros vero de vita inlustrium virorum Tranquillo ad manus fuerunt vitae, quas grammatici in his Probus hypomnematis suis anteponere solebant. cui vitarum generi reddenda puto Asconi Pediani scripta, quae de vita Sallusti et Ciceronis dedit. veri enim simile est ea commentariis illius praemissa fuisse. postremo Fenestellam nomino, cuius in annalibus ne litterarum quidem memoriam praetermissam esse non obscure eis indicatur, quae de vita Terenti ab eo tradita fuisse ipse

Digitized by Google

Suetonius adnotavit. eidem libro restituenda sunt, quae Gellius XV 28, 4 cum falso de vita Ciceronis scripsisse Asconio Pédiano auctore monuit. hoc vero Gellianum caput propterea memorabile est, quod eo pars Suetonianae Ciceronis vitae quodam modo reconcinnatur. refert enim Nepotis et Fenestellae errores de anno aetatis, quo Cicero primam iudicii publici causam egerit. iam Suetonius, ut conligitur ex excerptis Hieronymianis (fragm. 51* 52*), cum Pediani Asconi iudicio conspirat, qui illorum errores teste Gellio castigaverat. ut suspicio suboriatur, Gellium hanc notitiam ex vita Suetoniana in electa sua transcripsisse. quae eo confirmatur, quod idem Gellius in deperdito octavo libro plenissimas narrationes de Laberio et Publilio mimographis dederat, quas Macrobius perpetuus Gellianarum copiarum expilator nobis servavit. cui vero auctori haec restituenda sint, non admodum dubium esse puto, cum de eorum vita Suetonium scripsisse excerpta Hieronymiana (fragm. 25* 26*) fidem faciant. sed tamen satius habui, cum non omnis dubitatio exclusa sit, et haec et illa in adnotatione superiori conlocasse, cuius eam quoque dotem esse volui, ut conpositis antiquorum testimoniis tenues Suetonianorum librorum reliquiae resarciantur et pleniori illi memoriae, in cuius continuatione olim lectae fuerint, facili negotio restituantur.*)

Iam vero ubi auctores qui de eodem argumento libros conscripserunt Suetonium deficiebant, adducor fere ut credam, vitas eius non iam fuisse lecta illa eruditionis copia insignes, quam in eo alibi admiramur. scilicet in eorum Caesarum vita qui propius ad aetatem Suetoni accedunt fontibus simul et rerum copia destitutus aridius et sterilius historiae conscribendae genus secutus est, ut Niebuhrius verissime animadvertit. quod quidem ita accipi nolim, quasi Tranquillus non ipse denuo in res inquisiverit, ut praetermissam ab aliis de scriptoribus memoriam indagaret. sed ut nunc res se habent, cum antiquae vitae non super sint, quarum conparatione de Tranquilli opera iudicium fiat, nos nescire faten-

) Ibidem etiam alia posui, quae in ipsas reliquias recipere non ausus sum; veluti Domiti Marsi querellam de morte Tibulli, de qua supra p. 380 sermo fuit, eiusdem Gelli narrationem de Pacuvio et Accio XIII 2 cf. fragm. 13, Cassi Dionis de Asinio Gallo narrationem cf. fragm. 68*, Hieronymianam Hateriani ingeni descriptionem ad Pammach. 12 tom. II p. 419 Vall. ubi idem dictum Augusti refert, cuius Seneca rhetor meminit, scholion denique de Vari Thyeste a Quicheratio in codice Paris. 7530 repertum.

dum est, quae propria rerum investigatione priorum historiis adiecerit. ceterum raro rebus quas narrat suum iudicium interponit cf. vita Horati p. 47, 17 sqq. saepius fit, ut diversas auctorum sententias referens suam ipsius mentem non aperiat. quod in vita Terenti fecit, ubi omnino in incerto reliquit, num poeta et a quibus in scriptis adiutus sit.

Digitized by Google

CAPVT II

Ad pratorum libros me converto, quorum memoria nostris demum temporibus a viris doctis resuscitata est. quorum unus non praetereundus est, quod laudabili consilio et eventu primus hanc quaestionem tractavit. Gustavi enim Beckeri meritum est, in prolegomenis ad Isidorum de natura rerum p. XII sqq. et titulum libri ab omni suspicione vindicasse et egregias eiusdem reliquias sagaci investigatione eruisse. attamen ut multum abest, ut rem absolverit, ita de consilio et instituto operis Suetoniani minus vera eum protulisse infra elucebit.

Prata Suetonium scripsisse Isidorus de natura rerum duobus locis c. 38 (cf. fragm. 152*) et c. 44 (cf. fragm. 157*) testatur; praeterea idem liber diserte citatur in eis differentiis, quas Dorvillius e codice Montepessulano in miscellaneis observationibus criticis novis tom. VIIII publici iuris fecit (cf. fragm. 176 p. 296). quocum titulo recte iam a Grialio ad Isidorum l. c. conparatur graeca inscriptio *λειμῶνος*, qua de Suidas s. v. *Πάμφιλος*: *ἔγραψε λειμῶνα· ἔστι δὲ ποικίλων περιοχή**). abusus vero est his verbis Graefenhanius hist. phil. ant. IIII p. 87, cum pratum non fuisse diversum librum contendit ab eo, cui Suetonius *de rebus uariis* inscripsit cuiusque notitiam Charisio vel potius C. Iulio Romano apud Charisium p. 236 (cf. fragm. 205) debemus. nam nec Suetonium pratorum inscriptioni hanc addidisse credibile est nec si fecisset Romanum Suetoni scriptum hoc altero indice significasse putaverim. contra iure Regentius de vita et scriptis Suetoni p. 24 Gelli verba praef. 5 ad describendum pratum adfert: *nam quia uariam et miscellam et quasi confusaneam doctrinam conquisiuerant, eo titulos quoque ad*

*) Eadem tituli festivitate Cicero, quem Marcum esse non certum puto, si fides est Suetonio in vita Terenti p. 34,1 carmen Limonem inscripsit.

Digitized by Google

eam sententiam exquisitissimos indiderunt. nempe in ea titulorum varietate, quam deinde Plinianam praefationem imitatus conlegit ut suae ipsius inscriptionis simplicitatem exornaret, ecce haec posuit: *est praeterea qui pratum* (scripsit). quibus Tranquillum indicari recte monuit primus Dorvillius l. c. p. 966.

Eundem vero librum etiam a Prisciano citari, in cuius libris ter *Suetonius in praetorum* libris usurpabatur (cf. fragm. 111. 114* adnot.), coniecit Baehrius hist. litt. Rom. II p. 160. cui recto iudicio usi consenserunt Regentius l. c. p. 25 et Beckerus p. XIII sq. ita tamen, ut hic iactam ab illis vel futili ratiocinatione munitam sententiam iusta argumentatione quasi corroboraret. sed ne eius quidem rationes ab omni parte mihi probatae sunt. primo enim hoc argumento usus est, praetorum libros nihil aliud esse posse nisi historiam vel vitas praetorum. at fugit eum inscriptionum usus, qualis et apud alios et apud Macrobium sat. I 13: *Tuditanus refert libro tertio magistratuum* conspicitur, ut adpareat etiam praetorum libros iure dici libros de praetoribus. maiorem tamen vim recte Beckerus alteri argumento tribuit, quod omnes dubitationes removeret. apud Isidorum enim in eo libro, quo Suetoni pratis et scriptore et libro nominato usus est, *de natura rerum* I 4 eadem de diebus fastis leguntur, quae secundum Prisciani p. 387 libros *in octauo praetorum* Suetonius dixit, et vero ita, ut iam nemini in mentem venire possit, talia exposuisse Suetonium in libris de praetoribus. nam praeclare Beckerus totam paragraphum, in qua verba illa leguntur, Suetonio restituendam esse vidit (fragm. 114*). agitur autem ea simul de feriatis profestis festis atris sideralibus iustis praeliaribus diebus; quod argumentum non iam convenire praetorum libris ei concedent quibus observatio de fastis diebus haud immerito iustam eius particulam efficere visa est, cum praesertim alterum fragmentum quod bis a Prisciano usurpatur (fragm. 111), quippe quo lex Plaetoria commemoretur, de iure civili sermonem fuisse indicaret. eidem disputationi de diebus reddendam esse scholiastae ad Lucanum V 7, qui Suetonium auctorem nominat, dierum congluvialium definitionem (fragm. 115), Beckerum non fugit, quo testimonio et Suetonium de diebus in universum disseruisse et Isidorum eius expositionem mutilasse conprobatur. e quibus sane consectarium est ut apud Priscianum pratorum libros reponamus. eosdem nunc Prisciani libri, quorum scriptura tum temporis nondum plene nota erat, XVIII 149 agnoscunt, ubi Hertzius Beckeri

Digitized by Google

argumentationi adstipulatus fere eadem tamen arguit, quae etiam nobis in ea inprobanda videbantur.

Prata autem bis nominat Isidorus: uno loco (fragm. 152*) signa tempestatum, quae nautis observantur, ex eis repetuntur, altero (fragm. 157*) nomina maris ac fluminum explicantur. quibus fragmentis iam ipsa argumenti natura accedit, quod c. 37, 5 (p. 132, 3sqq.) legitur. ubi quamquam Suetonius tantum, non liber eius dicitur — sermo autem est de ventis quos dicunt veteres ἐγχωρίους sive regionales — eidem operi Suetoniano tribuere Beckerus non dubitavit. sed simul hoc loco iterum novum pratis caput restituit ipsa ratione qua Isidorus Tranquillum nominat usus. nam eo quod dicit *quosdam autem Tranquillus* etiam superiora de nominibus ventorum ex eodem auctore se hausisse prodit. quam observationem egregie firmat carmine a Theodoro Ochlero reperto (p. 304sqq.), cui inscriptum sit *uersus de XII uentis Tranquilli physici.* quibus eadem de ventis traduntur quae Isidoriana ventorum descriptione continentur, quam Suetonio deberi intelleximus, ut pateat incertum poetam pratorum caput versu inclusisse. fuisse autem posterioris saeculi morem, ut scriptorum disputationes versibus ederent, aptis exemplis Beckerus docuit. nec deesse alia eiusdem artis in aliis Suetonianae eruditionis monumentis adhibitae et vero super esse alterum Tranquilli physici ut breviter dicam de ventis carmen suo loco infra aperiam, ubi hanc consuetudinem omni ex parte inlustrare licebit.

Vnum Beckeri argumentum, quo ventorum nomina et naturas auctore Suetonio ab Isidoro referri probare conatur, consulto omisi. utitur enim Plini et Gelli locis, quibus ventorum ordo et nomina exhibentur, ut ex ipsa diversitate Isidorum diversum auctorem adhibuisse ostendat. quod ut recte conclusit, ita nolim eum credidisse ea re iam Tranquilli auctoritatem ab Hispalensi episcopo usurpatam constare. nempe non reputavit, extare alios scriptores, qui eandem rem pertractaverint, quorumque duo adeo Seneca nat. quaest. V 16. 17 et Vegetius V 8 cum Isidoro fere consentiant. qui consensus in eo maxime conspicitur, quod octo ventorum tabulae numerosiorem duodecim ventorum rationem praeferunt. quod contra Plinio et Gellio simplicior ratio placuit, a quibus non discrepat Ampelius 5, quem Woelfflinus Nigidio Figulo usum esse suspicatur. praeiverat autem illis, qui a contraria parte stabant, Varro, quem sequi se et Seneca et Vegetius professi sunt. quorum hic

Digitized by Google

adeo nos de libro Varronis unde haec deprompta sint certiores facit, cum V 11 prognostica, quod est adfine argumentum, tradere se dicat ex Varronis in libris navalibus sententia. itaque etiam Suetonium, quem Isidori fontem esse duobus illis argumentis Beckerus aperte evicit, cum Varrone fecisse, quod eosdem duodecim ventos agnoscit, pro explorato habendum est. sed tamen eundem non iurasse in verba auctoris, eis quae hic et illic novavit facile docemur.

Duobus igitur locis Isidorum a Suetonio pendentem casu miro Beckerus deprehendit. qua re iure nisus est, ut omnes locos doctrinae plenos, quorum alios auctores demonstrare non possimus — diligentissime autem Beckerus cetera Isidori subsidia indagavit — Tranquillo tribuat. sed quae est eius prudentia eos tantum enumerat, quorum origo Suetoniana aliqua ratione possit probari. sic p. XXI sq. alteram capitis primi paragraphum de initiis diei, deinde alterum de nocte caput, dubitanter tertium de hebdomada, certo iudicio usus quartum de mensibus, postremo sextum de anno Suetonio vindicavit. quod ut faceret maxime movit eum, quod similia sed non prorsus eadem Varronem de his rebus scripsisse scimus. cui indicio alterum infeliciter copulavit, interdum prorsus nova de his Isidorum dare, veluti quae de Cingo Sabinorum rege dicat (fragm. 118* p. 166, 2). sed ipse in adnotatione critica hoc nomen corruptum merito habet, Sancum latere docte suspicatus. equidem fere adducor ut credam Isidorum, quem neglegentissimum breviatorem fuisse postea aptis exemplis ostendam, Cinci fastorum scriptoris, quem a librariis Macrobi Cingium adpellari videmus, commemorationem a Suetonio hoc loco iniectam et veteris illius Sabinorum regis nomen confudisse. infelicius etiam Beckerus eodem argumento usus est, ut annorum naturalis et magni definitiones (fragm. 121 * p. 170, 3 sqq.) Suetonianas esse demonstraret, hanc capitis sexti partem ita novam esse dicens ut Grialio suspicionem moverit. at recte optimo huic viro de mendo suboluit. nempe Isidorus annum naturalem solis eclipsim esse alucinatur, annum vero magnum, quando ut ipsius verbis utar omnia sidera certis temporibus numerisque conplotis ad suum locum vel ordinem revertuntur, quasi hic magnus Metonis annus esset, ridicule undevicensimo anno secundum antiquos finiri perhibet. in quibus perversa excerpendi ratione Isidorus verissimis Suetoni notationibus falsissima inmiscuit. nam intercedit sane aliqua ratio inter annos naturales et solis eclipsim,

Digitized by Google

quod, cum annus naturalis ad solis simul et lunae cursum convenire deberet, ad solis synodalem circulum inveniendum opus erat eius eclipsis observare. itaque veteres Graeciae civitates cum ut annum naturalem adsequerentur primum trieterida instituissent postea errore cognito hoc tempus duplicarunt et tetraeterida vel pentaeterida fecerunt. hoc quoque tempus cum ad solis modo cursum nec ad lunae congruere videretur duplicatum est et octaeteris facta vel ne a Graeco computandi more recedam enneateris. tum vero diligentioribus solis eclipsium observationibus Meton Atheniensis eo adductus est, ut annum illum magnum, qui solis et lunae ad eandem inter se conparationem confectis spatiis efficitur, undevicensimo anno finiri intellegeret. cf. fragm. 139* p. 217, 2sq. 5. ab his vero annis magnis debebat ille distingui et poterat optime solus anni magni nomine insigniri, quem non solum solis et lunae sed solis et lunae nagarumque quinque stellarum orbes conficiunt, cum ad idem signum ubi quondam simul fuerunt una referuntur. atque Aristoteles teste Censorino XVIII 11 maximum eum quam magnum adpellare maluit. vides me reconcinnatis quae Isidorus disiecit membris obscuram sane Suetonianae disputationis memoriam recuperasse. sed inscitia breviatoris etiam aliis documentis in eodem hoc capite arguitur. interposuit enim more suo antiquis notationibus diversissima instituta, quorum descriptionem ex Christianis de paschali canone auctoribus repetivit. qua re magis etiam Suetonianae eruditionis reliquias dilaceravit, cum post hanc expositionem quasi nihil interiecisset ad antiqua annorum magnorum genera rediret, ut olympiadem, quam stulte annum quartum esse interpretatur et lustrum id est Romanorum pentaeterida inlustraret. quam quidem simillimorum Graecorum et Romanorum institutorum conparationem non poterat Isidorus de suo addere, eamque optimorum auctorum esse eo quod Censorinus eandem profert intellegimus. cf. Mommsenus chronol. Rom. p. 162. his iterum Hispalensis ille addit annum magnum, quem posterior aetas invenit, inductionum. deinde aerae meminit Augusti Hispanis usitatae, cuius commemoratio per temporum rationes certissimas apud Suetonium non poterat fieri. in fine deinde capitis turbarum plenissimi ad paschalem canonem revertitur. ad hunc enim pertinere observationem de bisexto discimus ex distincta illius descriptione, quam Isidorus origg. VI 17 dedit, in qua non solum haec recurrunt, sed simul superiora illa posita sunt, quae ante a Suetonianis secludenda

Digitized by Google

esse docui, de annis solstitiali lunari vel communi embolismo bisexto.

Itaque in hoc capite Isidorum Suetoni auctoris vestigia premere remota demum et explicata ipsa illa confusione intellectum est, quam nolim Beckerum pro indicio antiquae eruditionis habuisse. deinde non poteramus totum caput, quod quidem Beckerus voluisse videtur, Suetonio restituere, cum ab antiqua memoria certa rei ratione cogeremur ut novicia paschalis cycli instituta secerneremus. iam vero capite septimo Beckerus Isidorum a Suetonio abscessisse atque ad patres ecclesiasticos et Hygini scholiastaeque Germanici enchiridia se convertisse putat, dum c. XXXVII iterum ad Tranquillum refugeret. quo iudicio falsum eum esse mox videbimus.

Nunc quaerendum est, in cuius argumenti continuitate reliquiae illae, quas aut certo Isidori testimonio aut sagaci Beckeri investigationi debemus, olim in Suetoni pratis positae fuerint. atque ipsae per se satis ea quibus olim telae intextae fuerint fila ostendunt. primum animadvertimus duos eosque diversissimos siquidem antiquorum scriptorum morem spectas eruditionis locos tractari. ad alium enim referenda esse certum est quae Suetonium de diebus de nocte de mensibus de annis disputasse didicimus, ad alium quae Isidorus eum de ventis de signis tempestatum de nominibus maris et fluminum tradidisse dixit. quod quidem sic accipias nolim, quasi in naturalibus quaestionibus potuisse temporum mentionem fieri negaverim; sed illud certissimum habeo, quippe quod stabilitum sit Pliniano in naturali historia exemplo, non potuisse hanc materiam nisi in transcursu a physico attingi. et vero quae de diebus fastis feriatis profestis festis atris praeliaribus proferuntur in libro de natura rerum exponere soli Isidoro poterat aptum videri, qui diversissimas res diversissimosque auctores confundere solet. sed ne iniquius de eo iudicasse videar, habebat sane cur hoc faceret. nam propterea a die initium naturalium quaestionum duxit, quod eius paene prima procreatio in ordine rerum visibilium extaret. cf. praef. 3. quod cum semel fecisset, etiam ceteras eiusdem argumenti partes perstringere non dubitavit. atqui Suetonium quod quidem per se ipsum certissimum est quae separanda essent separasse speciosa Beckeri emendatione confirmatur, qua quidem ipse ad distinctam pratorum imaginem reconcinnandam non usus est, etsi sane uti debuit. apud Isidorum enim c. 38 unus Bam-

Digitized by Google

bergensis liber (*A*) corruptam memoriam in relicuis omnibus libris ut fit oblitteratam praebet hance *Tranquillus in partes non libertis.* feliciter igitur *non libertis* intellexit corruptum esse ex *non. lib.* id est *nono libro.* nempe librarius cum ipsum pratorum titulum iam non agnosceret etiam haec conpendia non poterat non perperam interpretari. quae emendationis ratio praeferenda sane est Rothi suspicioni, qua de glossemate cogitavit in hunc modum restituendo: *nomen libri.* egregium scilicet sibi finxit librarium qui in depravata *partes* scriptura nomen libri latere perspexisset. atque extat etiam aliud in libris testimonium, cuius condicionem non diversam ab illo Beckerus habere debuit. in c. enim 44 ubi iterum Isidorus Tranquilli auctoritatem usurpat in Oxoniensi libro pratorum inscriptioni haec adiuncta sunt *in annalibus.* quod cum nemo possit pro emblemate habere, librarium puto quo titulum libri refingeret, cum verba *in pratis* non intellegeret, eundem libri numerum *non. lib.* in hunc novum Suetonianum indicem detorsisse. quae infelicissima correctio graviorem etiam corruptelam procreavit, quam Arevalus in Vaticanis libris legi testatur *in annalibus libris patrum.*

Nancti igitur sumus nonum pratorum librum, quo naturales illae quaestiones de ventis de signis tempestatum de nominibus maris et fluminum continebantur. iam memineris velim Priscianum dierum fastorum notationem diserte repetere ex octavo pratorum libro. quod cum ita sit, non sane audacis hominis est eidem libro omnia ea restituere quae Isidorum inde a c. primo usque ad c. sextum exceptis eis quae de hebdomada et de concordia mensium docuit e Suetonio hausisse intelleximus. quod si probaveris, ipsa librorum vicinitate Isidorum etiam facilius eo adductum esse concedes ut diversissima librorum argumenta in unum conflaret. iam inquirendum est accuratius, quodnam fuerit octavi libri argumentum. quod dicere etsi in proclivi est, tamen quo id significem lubentius diserti Suidae in catalogo illo iam saepius ad partes vocato utor testimonio, quo Tranquillum *περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ* librum singularem scripsisse adfirmat. vides in hunc indicem optime quadrare, quae fragmentis 113* (Is. 1, 1. 2) 114* (1, 4. 5) 116* (2) 118* (4) 121* (6) de anno Romanorum eisque quae huc pertinent exponuntur. vix opus est dicere ex eiusdem argumenti continuitate dierum conglu-vialium definitionem repetitam esse quam scholiasta Lucani (fragm. 115) Suetonio acceptam refert. iam vero Isidorus eadem de re alia praebet, quae cum nullum eorum auctorem indicare possimus

Digitized by Google

Suetonio deberi veri est simillimum. veluti c. tertio de hebdomade disserit, c. quinto describit concordiam mensium, c. septimo tradit quattuor anni temporum nomina naturas principia, denique c. octavo de solstitio et aequinoctio brevem notitiam adiungit. quae omnia ut non dubito Suetonianae disputationis particulas nuncupare, ita etiam hic fatendum est antiquam memoriam ab Isidoro saepius eo corruptam esse quod novicia Christianorum instituta cum veteribus confunderet. quod in primis factum est in c. tertio (fragm. 117 **), quo septenariam dierum secundum nomina planetarum divisionem, quae a Romanis Suetoni fere aetate (cf. Cass. Dio 37, 18) in usum communem recepta est, cum Christiano feriarum ordine commutavit. at remanserunt tamen veteris instituti vestigia, ubi narratur qua ratione ducti antiqui ex planetis diebus nomina dederint. sed ne quis credat ipsum se huic superstitioni addixisse caute addit: *talis quippe gentilibus extitit stultitia qui sibi finxerunt tam ridiculosa figmenta.* deinde c. quinto ubi de concordia mensium sermo est nimium se Isidorus in breviando praestitit. composita enim est illa mensium concordia ad horologii rationem; sed quomodo ea existat Isidorus exponere supersedit. quod damnum resarcitur plenissima ea de re Palladi disputatione, qui in librorum finibus horarum mensuram eius mensis cuius naturam inlustrasset eiusque quocum ille conveniret accurate comparavit. qui cum in verbis adeo Isidoro consentiat eundem auctorem sequi arguitur quem exscripserit Isidorus. c. septimo Tranquilli verba more suo Ambrosiana temporum anni descriptione interpolavit, sed tamen ita ut huius qui super est verba facili negotio ab illis secernas. Suetoniana autem propterea maxime notabilia sunt quod inde discimus eius aetate temporum principia propius etiam quam ab Eudoxo factum erat (cf. Mommsenus chronol. Rom. p. 65) ad naturales anni cardines solstitia et aequinoctia constituta esse. quae ratio cum nostrae congruat tamen paululum ab ea differt, siquidem temporum principia non ipsis solstitiis et aequinoctiis fiunt sed semper uno mense hos anni cardines praecedunt. quod ideo factum videtur ne haec nova anni divisio nimium a priori ratione recederet. sic ex Suetoniano ut breviter dicam instituto ver VIII Kal. Mart. exoritur: quo die hirundinem, quae rusticis veris nuntia fuit, primam in Italia visam esse Plinius N. H. II 122 docet (cf. Columella II 15). media est igitur Suetoni ratio inter veterum Romanorum et nostram consuetudinem; quo pacto recuperatus est quasi quidam transitus, quem desideravit Mommsenus l. c. p. 303.

Hactenus de eis huius libri reliquiis quae Isidori opera servatae sunt. eodem libro usus est Censorinus de die natali, qui 20, 2 (fragm. 119), cum Licinius Macer et postea Fenestella annum vertentem Romae statim ab initio duodecim mensium fuisse scripsissent, magis Iunio Gracchano et Fulvio et Varroni et Suetonio aliisque credendum existimat qui decem mensium putavissent fuisse, ut tunc Albanis esset unde orti Romani. eandem sententiam protulerat Isidorus p. 165, 5 ut etiam hinc constet vere nos Suetonium Isidori auctorem adpellasse. neque Censorinum omnino in ea parte libri ubi de temporibus et praecipue de Romanorum anno agit Suetonium non adiisse ipse eo prodit quod Suetonium postremum si aetatem scriptorum spectas nominavit. O. Iahnius enim in prolegomenis ad Censorinum p. VIIII idoneis exemplis comprobavit Censorinum eos scriptores quorum testimonia adfert interdum neque legisse neque omnino eorum accuratam notitiam habuisse, sed alium recentiorem qui eos adhibuerat secutum esse. atque licet omnino negari nequeat Varronis antiquitatum humanarum libros Censorinum habuisse, tamen facile demonstres scriptore eum usum esse qui post Varronem et Fenestellam, cuius quidem libros ab ipso usurpatos esse aegre patiar mihi persuaderi, in rem inquisiverit. ut uno exemplo defungar haec si quid sentio e Suetonio narravit 18, 13 sqq. p. 180: *idem tempus anni magni (pentaetaeris) Romanis fuit, quod lustrum adpellabant, ita quidem a Seruio Tullio institutum ut quinto quoque anno censo ciuium habito lustrum conderetur. sed ita non a posteris seruatum; nam cum inter primum a Seruio rege conditum lustrum et id quod ab imperatore Vespasiano V et T. Caesare III Coss. factum est anni interfuerint paulo minus DCL, lustra tamen per ea tempora non plura quam LXXV sunt facta et postea plane fieri desierunt. rursus tamen annus idem magnus per Capitolinos agonas coeptus est diligentius seruari, quorum agonum primus a Domitiano institutus fuit duodecimo eius et Ser. Cornelio Dolabellae consulatu.* qua re Censorino recte usum me esse puto cuius copiis tenuis Suetoniani libri apud Isidorum memoria suppleatur.

Accedit ad Censorinum ut pleniorem Suetonianae eruditionis notitiam lucremur Macrobius sat. I 12, 2sqq. a quo Suetonium consultum esse non dissimili ratione efficitur; non potest enim ad alium auctorem referri quod de Domitiani vanitate l. c. XII 36sqq. p. 186 habet: *mensis September principalem sui retinet appellationem, quem Germanici appellatione, Octobrem uero suo nomine Domitianus in-*

Digitized by Google

uaserat, sed ubi infaustum uocabulum ex omni aere uel saxo placuit eradi, menses quoque usurpatione tyrannicae appellationis exuti sunt.

Sed etiam his adhibitis supplementis unam tantum partem Suetoniani libri reconcinnare licet, alterius, qua ex instituto libri de feriis Romanorum disputandum erat disputatumque fuit, nulla fere particula residua est. quam cur presserit Isidorus in aperto est, cum Christiano scriptori earum memoria omnino abolenda visa sit: neque confugere volui ad Ioannis Laurenti Lydi de mensibus farraginem unde Suetonianas eius generis reliquias erucrem. satis habeo adnotasse Macrobium de saturnalibus disputantem cum Fenestellae I 10, 5 et Masuri Sabini I 4, 6. 15. 10, 5 auctoritates adhibeat Suetoniani libri usum prodere. quibus indiciis addi potest Iulius Modestus Hygini sectator de feriis a Macrobio l. c. 4, 8 laudatus.

Duo addam, primum eo quod Augustinum contra Faustum XVIII 5 ab Isidoro c. 4 adhiberi videmus ad mensium nomina explicanda nos non impediri quominus has mensium notationes in reliquiarum Suetoniarum corpus recipiamus. nam ipsum composuisse Augustinum cum Suetonio neque diversa eos tradidisse ipse Isidorus indicat quod Mai et Iuni nominum explicationi Augustinae alteram eorum interpretationem quam Augustinus non commemoraverat adicit. cf. fragm. 118* p. 164, 2sqq. deinde eius disputationem auxit ubi de Septembri et similibus mensium nominibus agitur, quos Augustinus l. c. numerorum ex ordine pronuntiari dicit. cf. p. 164, 8sqq. porro memorabilis est consensus Isidori et Cassiodori var. I 35 in originatione mensium in *ember* desinentium, quos uterque ex numero imbrium vocabula accepisse putat, cum sic dicendum esset, nomina eos habere a numero et ab imbrium multitudine. sed et hic maior Isidori neglegentia fuit, qui cum his etymologiis tertiam sic confudit: *iam September eo quod septimus sit a Martio qui est principium ueris. simili quoque ordine et October et Nouember et December ex numero imbrium atque ueris acceperunt uocabula.*

Cognatum huic libro argumentum fuisse videtur libri quarti, qui duplici Prisciani testimonio nititur bis idem fragmentum (111) libri quarti adferentis. quo cum de lege Plaetoria sermo sit, libro quarto Tranquillus de legibus egisse videtur, quod eodem iure ex illo fragmento concludere videor quo Beckerus p. XV, quod cautius sibi videatur, de adulescentium condicione eum disseruisse opinatur. atque

Digitized by Google

Suidas s. v. *Τράγκυλλος* Suetonium scripsisse *περὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν βιβλία β'* testatur. quodsi Suetonium in libro octavo pratorum unum idemque argumentum tractasse mihi concesseris, veri esse simillimum iudico duos illos Suidae libros eosdem esse cum quarto et quinto pratorum. in quarto scilicet libro Suetonius leges populi Romani recensuit vel ut Varronianis verbis utar de iure civili egit: in quinto eiusdem mores descripsit vel ut cum eodem Varrone loquar vitam populi Romani inlustravit. neque enim dubium est quin in his libris perscribendis Varronem potissimum auctorem Suetonius secutus sit. quinti autem libri fragmentum esse videtur quod Charisius protulit (fragm. 112), quo ni fallor de rege mensae quem Macrobius sat. II 1, 3 dicit sermo est.

Nec a vero aberraverim si in primis libris pratorum Suetonium omnino de antiquitatibus populi Romani disputasse conicio. ut octo primis pratorum libris *περὶ Ῥώμης* egerit: cui opinioni certe Suidae auctoritas opponi non debet, qui illis duobus tantum libris hunc titulum praefixum esse testatur. ex his igitur libris de populo Romano duo illa fragmenta, quibus ut Varroniano indice utar Suetonium de bello et pace scripsisse indicatur, recepta sunt. altero enim fragmento (109) de triumphi veriloquio et ratione, altero (110) de rebellatione vel potius rebelliono disseruit.

Ex his quae modo disputata sunt iam clariorem pratorum imaginem animo informare licet quam quae a Beckero p. XI proposita est, ubi materiam eius variam fuisse dicit. nam adparet Suetonium non ut Gellium diversissima eodem libro protulisse sed idem argumentum per plures libros continuasse. quod Gelli verbis non refragatur qui de varia et miscella et quasi confusanea doctrina loquitur, quandoquidem inter eos titulos, quos ad eam sententiam exquisitissimos a viris doctis eiusmodi libris inditos esse dicit, etiam naturalis historia Plini conspicitur, in qua et ipsa certus ordo conparet. attamen Suetoni prata ne in eius quidem similitudinem facta esse ut unum idemque argumentum toti libro esset, ab Isidoro docemur qui in eodem libro de natura rerum, a cuius pervestigatione paulisper recessimus, in nono pratorum physicas observationes positas fuisse testatur. haec cum interno nexu inter se cohaereant idem argumentum a Suetonio pertractatum esse produnt quode Isidorus librum suum scripsit id est de natura rerum. atque adeo hunc titulum Isidorum Suetonio de-

Digitized by Google

bere possimus nostro iure suspicari. neque nos hac opinione a vero declinasse certissimo testimonio ut omnis dubitatio absit conprobatur, quod cum diutino situ obductum et ipsis medii aevi tenebris abditum fuisset nos demum in lucem protraximus. extat enim apud Cangium in glossario mediae et infimae latinitatis s. v. *baulare* haec memoria: *baulare, Vgutioni, latrare et est proprie canum. mox haec addit: Sindonius in libro de naturis rerum ponit propria verba animalium secundum vocem quae in parte ponemus: leonum* e. q. s. cf. fragm. 161. neminem credo fugit, hic Suetonium aperte indicari partemque laudari pratorum eam quam in superioribus significavimus. eiusdem fragmenti de vocibus animantium meminit Boxhornius ad Plauti Menaechm. IIII 2, 91: *vetus grammaticus Sidonius cuius fragmentum de vocibus animantium in aliquot glossariis mss. legitur: noctua cucubat.* quam Boxhorni adnotationem commemorat Osannus symb. litt. II p. 316, pro Sidonio addens Celidonium vel Cledonium a Colomesio ad Gyraldum p. 295 (cf. Fabricius bibl. lat. III p. 410 ed. Ern.) repositum esse. quam coniecturam recte inprobavit Osannus: sed quid ipse sentiret non indicavit, more suo ad hanc rem se rediturum pollicitus. interim corrupti nominis emendationem occupavit Rothius*). sed quod Sidonium grammaticum praeter Boxhornium levis auctoritatis hominem nemo adpellasset noluit flosculis atque herbis e prato decerptis caput de vocibus animantium addere. quod contra nobis de auctoritate paulo securioribus esse licet, quippe qui non sola Boxhornii adnotatione nitamur, sed etiam glossarii quod Vgutio anno circiter 1200 conlegit fide. quam ne facile impugnes prohibet titulus qui cum ipso excerpto ex antiquissima memoria receptus est. pluralis quidem ille *naturis* a nostra vulgari consuetudine discrepare videtur, sed usitatissimus est Plinio in naturali historia. nec alienum puto Isidori origg. VIII 6, 4 verba huc adponere: *physici dicti, quia de naturis tractant***). confirmatur autem et

*) Similiter depravatum est a librariis Suetoni nomen p. 266, 1. 268, 1. 350, 8. eandem vero corruptelam in Vaticano codice extare, in quo Ausoni versus, quibus Suetoni de vita Caesarum libros in epitomen coegit, Sidonio adscribantur, A. Michaelis O. Iahnio scripsit.

**) Eundem inscriptionis usum testatur Hieronymus, qui multis locis scriptorum huius generis meminit: comm. in Isai. XVIII 56 tom. IIII p. 810 sq. Vall.: *aiunt qui de animantium scripsere naturis, omnium quidem bestiarum et iumentorum et pecudum auiumque ingenitum esse in filios pullosque suos affectum, sed maximum esse amorem aquilarum, quae in excelsis et inac-*

suppletur illa Vgutionis memoria alius medii aeui scriptoris testi-

cessis locis nidos collocant, ne cohober fetus uiolet, ἀμέθυστον quoque inter pullos eius lapidem reperiri, quo omnia uenena superentur. comm. in Ezech. XIIII 47 tom. V p. 595: *aiunt autem qui de animantium scripsere naturis et proprietate, qui ἁλιευτικὰ tam Latino quam Graeco didicere* (sic) *sermone, de quibus Oppianus Cilix est poeta doctissimus, centum quinquaginta tria esse genera piscium.* comm. in Osee III 11 tom. VI p. 138: *aiunt qui de bestiarum scripsere naturis, inter omnes feras nihil esse ursa saeuius, cum perdiderit catulos uel indiguerit cibis: et non solum pantherae pardi et ursae ferociam comminatur, sed leonis quoque et omnium bestiarum, quae gignuntur in saltibus.* comm. in Daniel. tom. V p. 664: *aiunt enim hi qui de bestiarum scripsere naturis leaenas esse ferociores* (leonibus), *maxime si catulos nutriant, et semper gestire ad coitum.* comm. in Zach. I 6 tom. VI p. 819 sqq.: *ἐρωδιῶν quoque hi qui de uolucrum scripsere naturis tria genera autumant: unum album aliud stellatum tertium nigrum, quod et saeuissimum est et sanguinarium et pugnans, ad coitum impatiens ita ut ex oculis eorum erumpat cruor; upupam autem, quam nos de Graeci nominis similitudine traximus — nam et ipsi ἔποπα appellant ab eo quod stercora humana consideret — autem dicunt esse spurcissimam, semper in sepulcris semper in humano stercore commorantem: denique et nidum ex eo facere dicitur et pullos suos de uermiculis stercoris alere putrescentis.* comm. in Abdiam 1 tom. VI p. 368: *aquilam autem cunctis auibus altius uolitare etiam hi qui de natura auium disputant memoriae prodiderunt, tantique contuitus esse dicitur, ut cum super maria immobili penna feratur nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculos natare uideat, et cum iuxta littus fuerint tormenti instar descendere raptamque praedam pennis ad littus pertrahere.* comm. in Zach. III 14 tom. VI p. 932: *aiunt medici et hi qui de arborum et herbarum scripsere naturis, quod si quis florem salicis siue populi mixtum aqua biberit, omnis in eo frigescat calor et libidinis uena siccetur ultraque filios generare non possit.* comm. in Amos III 7 tom. VI p. 328 sq.: *de Xenocrate, qui scribit super lapidum gemmarumque naturis, pauca uerba ponentes: adamas sui nominis lapis quem Latine indomitum possumus appellare, eo quod nulli cedat materiae nec ferro quidem* e. q. s. in quibus certum puto Hieronymum illud scriptorum genus cum significaret Suetoni bene memorem fuisse; sed num ipsas illas observationes ei debeat valde ambigendum est, si talia legimus (comm. in Isai. XV 54 tom. IIII p. 638): *de natura autem duodecim lapidum atque gemmarum non est huius temporis dicere, cum et Graecorum plurimi scripserint et Latinorum, e quibus duos tantum nominabo, uirum sanctae et uenerabilis memoriae episcopum Epiphanium, qui insignis nobis ingenii et eruditionis suae reliquit uolumen, quod inscripsit περὶ λίθων, et Plinium Secundum, eundem apud Latinos oratorem et philosophum, qui in opere pulcherrimo naturalis historiae tricesimum septimum librum, qui et extremus est, lapidum atque gemmarum disputatione compleuit.* cf. adv. Iovin. II tom. II p. 332: *legat qui uult Aristotelem et Theophrastum prosa, Marcellum Sidetem et nostrum Fluuium hexametris uersibus disserentes, Plinium quoque Secundum et Dioscoridem et ce-*

Digitized by Google

monio. Giraldus enim Cambrensis*) in itinerario Cambriae I 7, qui anno circiter 1180 scripsit, Suetonium de animantium naturis hoc modo citat: *unde et exemplum unum quod Suetonius tangit in eo libro qui de animantium naturis inscribitur* e. q. s. cf. fragm. 162*. qua re recuperavimus indicem partis generalis de naturis rerum quaestionis, quam conlocatam fuisse in decimo pratorum libro e schol. Bern. Verg. Georg. IIII 14 conligitur: *meropes galbeoli ut putat Tranquillus. hae genitores suos recondunt iam senes et alere dicuntur in similitudinem ripariae auis quae in specu ripae nidificat; ut in libro X ostenditur* (fragm. 164). hoc loco decimum pratorum librum dici intellexit Rothius p. XCIIII, sed ut nulla ei de argumento pratorum subnasceretur suspicio. restat quartum fragmentum (163), quod in hoc pratorum libro de animantium naturis locum ha-

teros tam physicos quam medicos, qui nullam herbam nullum lapidem nullum animal tam reptile quam nolatile et natatile non ad suae artis utilitatem referunt. itaque tutius habui ea hic adponere. praeterea Hieronymus auctores nominat, *qui de physicis conscripserunt* comm. in eccl. 7 tom. III p. 444 (de hirundinis natura); comm. in Mich. I 1 tom. VI p. 438 (de draconis natura *secundum historias eorum qui de physicis disputant*); citat physiologos de turturis natura adv. Iovin. I tom. II p. 285, scriptores naturalis historiae (*quorum principes sunt apud Graecos Aristoteles et Theophrastus, apud nos Plinius Secundus*) de perdicis natura comm. in Ierem. III 17 tom. IIII p. 960; denique auctoribus non significatis inlustrat naturas aquilarum comm. in Is. XII 41 tom. IIII p. 495, comm. in Mich. I 1 tom. VI p. 438; cervarum comm. in Ierem. III 13 tom. IIII p. 938; hyenae comm in Ierem. III 13 tom. IIII p. 928; leonum comm. in Os. III 11 tom. VI p. 131; locustae comm. in Ion. 4 tom. VI p. 427; luporum comm. in Abacuc I 1 tom. VI p. 595; lyncum ep. 9 ad Chrysogonum tom. I p. 22; pulicis comm. in Os. III 13 tom. VI p. 146; cucurbitae et hederae comm. in Ion. 4 tom. VI p. 426; myricarum comm. in Is. V 17 VII 17 tom. IIII p. 193. 279; salicum comm. in Is. VI 16 XII 44 tom. IIII p. 268. 526; carbunculi comm. in Is. III 6 tom. IIII p. 91; iaspidum comm. in Is. XV 54 tom. IIII p. 638 sq.; stanni comm. in Zach. I 4 tom. VI 812.

*) Cuius notitiam Rothio debeo, qui p. CIIII haec dicit: *Suetonius de animantium naturis quando vixerit et quo modo scripserit, citatus ille a Guilelmo Malmesburiensi de gestis pontificum Anglorum I 2 et a Giraldo Cambrensi in itinerario Hiberniae I 7, quorum ille anno circiter 1125 hic 1180 scripsit, explorare mihi non licuit.* Malmesburiensis testimonium non potui reperire, Giraldi autem positum esse in itinerario Cambriae, non Hiberniae C. Halmius me docuit. ceterum Cambrensem suspicor Guilelmum exscripsisse, cuius auctor fortasse Aldhelmus fuit, qui et ipse de naturis rerum scripsit et glossarium de vocibus animantium Vgutianis excerptis consimile in libro de re grammatica et metrica posuit. cf. p. 449.

Digitized by Google

buisse iure dicas. servavit Guilelmus Capella de Auletta, qui circa 1421 vixit, cuius scholia in Lucanum Schneiderus evulgavit. canis autem Aegyptii naturam ibi inlustrari praeclara Rothi emendatione patefactum est. itaque omnia optime concinunt ut non possit maior nostrae disputationi fides accrescere.

Hanc partem de animalibus omnino praeteriit Isidorus in libro de natura rerum, id quod in causa fuisse videtur ut pro titulo Suetoniano Lucretium imitatus *de natura rerum* suum librum inscriberet. contra nonum pratorum librum cui fortasse *de mundo* inscriptum erat studiosissime adhibuisse videtur: nam summa probabilitatis species nos tuetur cum omnia ea quae a capite nono usque ad finem libri exponuntur si ad certos auctores referre non possimus Tranquilli primo de naturis rerum libro restituimus; diligentissime autem auctores Isidori indicavit Beckerus in prolegomenis, ut pauca tantum mihi emendanda in hac cura relinqueret. neque difficile plurimis locis aliena a Suetonianis secludimus ut haec ipsa facilitas maiorem commendationis gratiam nostrae reconcinnationi addat. sed quo expeditior haec opera est, eo magis exagitamur intricata illa quaestione, quae ratio inter Isidorum et scholiastam Germanici intercedat. duplicem esse ratus Beckerus p. VIIII sqq. et Isidorum scholiis Arateorum usum esse et ad scholiorum rursus farraginem augendam posteriori aetate librum Isidori adhibitum esse probare conatur. quod inpugnavit Breysigius in Philologo XIII p. 663 sqq. ita ut omnia quae scholiastae et Isidoro communia sunt a scholiasta ex Isidoro desumpta esse contenderet. e cuius disputatione discimus legi illa omnia quibus scholiasta cum Isidoro consentiat in ea tantum scholiorum recensione quam Vrbinas et Strozzianus libri praebent, abesse a codicibus Puteano et Basiliensi, quibus ea scholiorum forma traditur quam Lactantius de falsa religione I 11, 64 Caesarem in Arato citans agnoscit. relicua quae Breysigius disputat facile possunt refutari, etsi fatendum est simpliciorem eius rationem esse quam quae a Beckero inventa sit. nam primum Italam ut breviter dicam scholiorum recensionem non ita recentioris originis esse excerpto Pliniano evincitur, cuius scriptura Silligio iudice praef. p. XXXXI nostris Plini codicibus longe purior sit. deinde in nonnullis eorum locis qui et apud Isidorum et in scholiis leguntur scholiastam interdum pleniore fonte usum esse manifestum est. sic p. 109 cf. p. 108 de cursu solis et lunae disserens etiam horarum

Digitized by Google

numerum addit, quem Isidorus c. XVIIII 1, qui ceteroquin cum eo congruit, omisit; deinde de solis eclipsi p. 108 disputans differt ab Isidoro c. XX, sed ita ut non diversa ab eo tradat sed aliam eiusdem argumenti partem inlustret; consentit rursus p. 110 cum Isidoro c. XXI de eclipsi lunae, nisi quod hoc loco Isidori disputatio multo uberior est. nempe apud scholiastam absorpta est relicua pars fragmento quod Censorino adscriptum est, in cuius continuationem is qui scholia in hanc formam redegit pauca verba ex excerptis priori loco positis inmiscuit. quibus omnibus adducimur ut non alterum alterum exscripsisse sed utrumque ex eodem antiquo scriptore hausisse sua statuamus. quod iudicium confirmatur eis quae de Arctis Pleiadibus Orione Sirio sideribus potentissimis (cf. Ampelius 3) ab utroque referuntur, in quibus alterum ad alterius orationem supplendam optime adhibeas.

Seposui unius sed vix infringendi ut Beckero videtur argumenti mentionem, unde conligendum esse putat scholiastam Isidori librum exscripsisse. scholiasta enim p. 108. 112 signa tempestatis enumeraturus eadem antiquorum testimonia usurpat quae Isidorus c. XXXVII 2 — 5 adponit. iam inverso eorum apud scholiastam ordine indicari opinatur Beckerus Isidori librum ei ad manum fuisse. cuius argumenti vim cum non perspiciam tum Beckeri iudicium falsum esse eo argui existimo quod signa tempestatis in sole et luna, quae Isidorus sine distinctione profert, a scholiasta perite separatim tractantur. deinde scholiasta Varronis verba (p. 237, 5) puriora praebet quam Isidorus. at ne Isidorum rursus de scholiasta pendere putemus, praecedunt apud eum signis in sole et luna testimonia Varronis et Suetoni de aliis praesagiis, quorum nec vola nec vestigium apud scholiastam extat. iam nominavi eius nomen quem communem auctorem esse Isidori et scholiastae persuasum habeo. vidimus enim Isidorum Suetonio potissimum in libro de natura rerum usum esse. atqui cum scholiasta cum eo congruat et ita quidem ut eum non ab illius auctoritate pendere pateat, non dubitabis quin scholiasta quoque de Suetoni pratis quae ad suam rem pertinere viderentur decerpserit. eodem auctore usus est Vergilianorum scholiorum recensio quae codice Guelferbytano repraesentatur, in qua de lunae praesagiis eadem Arati et Nigidii testimonia adferuntur. quae Isidoro vel scholiastae Germanici deberi non poteris dicere, cum ab hoc teste illorum memoria eo expleatur quod de libro Nigidi qui fuit de ventis quartus certiores nos faciat. quo-

Digitized by Google

rum nemo ut hoc in transcursu dicam poterat Varronis vel adeo Nigidi libros ipsos adhibere; quod cum Beckerus infirmis sane argumentis demonstrare conaretur, non reputavit si haec opinio vera esset indicium eius de Suetonio Isidori auctore plane incertum fore; memineris enim eum non numquam felicissime Isidoriana capita Suetonio restituere quibus non dissimilia Varroniana continerentur. sed nolo hanc inconstantiam acrius castigare, cum ipsum hac de re nunc aliter sentire ex eis intellexerim quae contra Breysigium in Philologo XIIII p. 411 protulit.

Ad Breysigium revertor, qui ad suam de scholiasta opinionem stabiliendam uno potissimum loco usus est, cuius species quidem tam fallax est ut non facile miremur quod ea deceptus sit. Isidorus enim c. XV solis naturam describit Ambrosi hex. II 3, 14 IIII 3, 9 II 3, 13 verbis usus; ita tamen ut eis immisceat quorum apud Ambrosium ne tantum quidem extat haece: *quidam autem dicunt solis ignem aqua nutriri et e contrario elimento uirtutem luminis et uaporis accipere.* quae his Ambrosi verbis excipiuntur: *unde frequenter solem uidemus madidum atque rorantem, in quo euidens dat indicium quod elimentum aquarum ad temperiem sui sumpserit.* initio autem capitis haec Ambrosi verba posuerat: *solem philosophi negant calidae esse naturae eo quod albus sit non rubicundus aut rutilus in speciem ignis et ideo quod nec ignitus natura sit: si quid habet caloris ferunt per nimium motum conuersionis accidere.* quae repetere videtur scholiasta p. 108: *sol interea* (immo *natura*) *dum igneus sit prae nimio motu conuersionis amplius incalescit, cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri et e contrario elemento uirtutem luminis et caloris accipere, unde uidemus eum saepius madidum et rorantem,* sed videtur tantum; attendas enim primum ad verbum *caloris*, quod scholiasta usurpat: quam adpositum hoc est ad sententiam! contra *uaporis* Isidori imperitiae eius debetur, qua Suetonianam sententiam — nam hunc illius sententiae auctorem esse superiori nostra ratiocinatione efficitur — ex Ambrosio IIII 3, 9 *(at uero sol non solum uirtutem illuminandi habet sed etiam uaporandi: igneus est enim, ignis autem et illuminat et exurit)* his Ambrosi verbis praemissis turpiter interpolavit. deinde mirum foret si scholiasta felici sagacitate ex Isidoro ipsam Suetoni sententiam expiscatus esset qua farraginem suam exornaret. sed non necesse est ut scholiastae hoc acumen tribuamus, modo ne eum qui antiquo fonte usus est pauperis Isidori horrea expilasse putemus. atque demonstrare possu-

Digitized by Google

mus Ambrosium illa *unde uidemus cum saepius madidum atque rorantem* ex Suetonio recepisse. hexaemeron enim libros Ambrosius ex Basili cognomini opere expressit nec nisi paucis locis auctoris sui quam fere interpretatur orationem auget. iam vero illa narratiuncula de cane qui domini necem ultus est, quam Giraldi Cambrensis testimonio a Suetonio in libro de animantium naturis commemoratam fuisse supra conprobavimus, ab Ambrosio ex alio auctore Basilianis inserta est; narratiunculam autem Ambrosi eandem fuisse atque Suetonianam eiusdem Giraldi verbis discimus: *unde et exemplum unum quod Suetonius tangit in eo libro qui de animantium naturis inscribitur et Ambrosius quoque in hexaemeron narrat hic interserere non superfluum reputaui.* refert deinde historiam Ambrosi verbis fere non immutatis, differt autem ea a similibus narratiunculis quas veteres ad canis sollertiam inlustrandam adponere solent. itaque omnia necessario nos eo ducunt ut Ambrosium hanc ex Tranquilli pratorum decimo deprompsisse intellegamus. atqui illa verba *unde uidemus cum saepius madidum atque rorantem* nusquam in Basili homiliis leguntur. quid igitur obstat quominus etiam haec Suetonio vindicemus, de quo iam uno loco Ambrosium Basiliana augentem pendere vidimus? atque elucet Isidorum suo iure sibi visum esse Ambrosiana Suetonianis interpolare quod viros gentilem et catholicum (cf. praef. 2) idem argumentum eisdem adeo verbis enarrare sentiebat. quae cum ita essent, non dubitavi e scholiastae verbis fragm. 128* 130* 131* 134* 135* quae Suetonio adsignarem secernere, cetera autem quae ad idem genus excerptorum pertinent, praesagia solis et lunae et siderum potentissimorum nomina et effectus, malui in superiori adnotatione conlocare. quorum illa fragmento 152* subiecci, haec fragm. 142*, ut eorum comparatione Isidoriana memoria corrigeretur et suppleretur.

Iam vero demonstrare licet Suetoniana apud scholiastam excerpta aetatem Isidori superare. quamquam enim certissimum est Isidorum in libro de natura rerum eum non adiisse — nam quod uno loco c. 17 Aratum et Hyginum contendere dicit solem per se ipsum moveri non cum mundo verti uno loco manentem e. q. s., non Arati sub nomine scholiasten intellegit, ut putat Beckerus p. XI, sed ipsum Aratum Latinum cui Hygini astronomia fabularis adscripta fuerit — tamen in originibus Isidorus, quem librum ut conscribillaret maxime poetarum scholia consuluit, eius excerpta fere

Digitized by Google

omnia repetit ut adpareat cum aut illa scholiorum recensione quam Italam supra nominavimus usum esse, aut quod ut credam magis animus inclinat, epitomam ei fuisse Suetoni pratorum, quam etiam ille qui scholia Germanici in illam formam redegit usurpavit. nam non scholiastam Isidori origines exscripsisse eo quod plura habeat declaratur.

Post longum deverticulum ad primarium fontem Suetonianarum de naturis rerum reliquiarum redeundum est. Isidorus igitur easdem fere quaestiones naturales tractat quas scriptor Graecus quem Plutarchum esse dicunt in placitis philosophorum libris primo secundo tertio proponit. sed intercedit inter eos haec differentia quod ille semper auctores sententiarum nominat, Isidorus nominibus eorum suppressis generaliter eos sic fere significat: *gentiles, ueteres, antiqui, sapientes, philosophi, physici, alii, quidam.* quo breviandi studio praecipue Graecorum philosophorum memoria deleta est. unius Platonis nomen fragm. 127* p. 203, 8 intactum reliquit, deinde stoicorum mentio fragm. 137* p. 213, 7 odium eius veterum nominum subfugit. interdum vero nobis contingit ut veteres auctores quorum nomina siue dubio Suetonius adposuerat eruamus. Anaximandri enim sententiam Isidorus fragm. 136* sic profert: *alii autem dicunt defectum solis fieri si foramen aeris quo sol radios fundit aliquo spiritu contrahatur siue obturetur: haec physici et sapientes dicunt.* cf. Plutarchus plac. philos. II 24: Ἀναξίμανδρος, τοῦ στομίου τῆς τοῦ πυρὸς διεκπνοῆς ἀποκλειομένου. Latinis nominibus videtur magis pepercisse: sic Varronis versus e carmine de natura rerum quae quidem est mea sententia fragm. 125* p. 197 profert eiusdemque testimonia de praesagiis solis et lunae quae in libris navalibus posuerat premere noluit. ibidem Nigidi quoque auctoritatem usurpat. tum Ciceronis testimonium de polo notio fragm. 127* p. 205 servavit. multus vero est in poetarum versibus adponendis, quorum Ennium Lucretium Vergilium Suetonio debere videtur, nisi quod uno loco fragm. 124* p. 194, 9sqq. Vergili versus de suo addidisse deprehenditur, quoniam inepte eos in quibus de zonis sermo est ad regiones mundi inlustrandas adhibuit. idem studium poetarum movit Isidorum ut Lucani versus quem Suetonius certe non laudaverat ad Suetonianam disputationem firmandam insereret. uno vero loco poetae antiqui cuius nomen Suetonius dixerat fortasse Varronis de natura rerum nonnisi sententiam profert cum nomine etiam metricam formam abstergens: *in morem exi-*

Digitized by Google

lientium de stabulis quadrigarum sonus fragoris eius (tonitruum) *ad aures nostras emittitur* fragm. 143*. saepe autem fit ut easdem sententias paulo immutatas apud auctores reperiamus qui antiquiores Suetonio fontes adierint. veluti idem artificium quod fragm. 125* p. 196 adhibetur ad zonarum situm describendum eisdem paene verbis Probus georg. I 244 usurpat. deinde Macrobius comm. I 6, 55 easdem septem lunae φάσεις agnoscit quas Suetonius fragm. 133* statuit. porro fragm. 142* eorundem siderum nomina et vires Isidorus enarrat quae Ampelius 3 ut potentissima sidera Nigidio Figulo fortasse auctore enumerat; nisi quod ille cometas eis adiungit. ubi denuo inscitia Isidori eo deprehenditur, quod luciferum et vesperum diversas esse stellas opinatur nec veretur Veneris stellae mentionem quae ab hoc loco prorsus aliena erat Suetonianis addere.

Iam vero non antiquiore auctore sed ipso Suetonio uti videtur Servius VIII 429: *et bene in materiam fulminis uertit ea ex quibus fulmen nascitur, nubem imbrem uentum. nam ut physici uolunt, cum nubes uentis agitatae sunt, sic incalescunt ut accendantur.* cf. fragm. 144* p. 223, 8sqq.: *fit enim fulmen nube imbre et uento: nam cum uentus in nubibus uehementer agitatus est, sic incalescit ut accendatur.* alio loco, ubi Servius physicorum opinionem refert georg. IIII 51, schol. Bern. eandem tradentes Suetoni quoque nomen retinuisse videntur: *nunc secundum physicos dicit, qui dicunt, quo tempore hiemps hic, aestatem sub terris et uice uersa: ut Lucretius ostendit, putealem aquam aestate frigidissimam, hieme uero tepidiorem. hoc sentit et Iunilius dicit* (fragm. 160*). in quibus *sentit* corruptum nomen proprium esse adparet. atque cum corruptelae in nominibus propriis gravissimae in codice Bernensi extent, cuius rei ut tria exempla adferam, pro *Statius* legitur ad georg. IIII 125 *satiuo*, pro *Suetonio* l. c. 127 (cf. Servius h. l.) *stanio*, pro *Suetonius Tranquillus* l. c. 565 *Sitonius Crancillus*, has igitur turbas si perpensitaveris, non miraberis opinor, quod equidem *Suetonius* pro *sentit* restituendum esse puto. nam non credo cuiquam probari, in *sentit* latere *Gaudentius* (veluti IIII 31 et saepius legitur: *Gaudentius et Iunilius dicit*), cum incredibile sit, nomen quod tam saepe in scholiis positum sit uno loco ita corrumpi. et vero demonstrare licet, scholiastas Bernenses non solum decimo verum etiam nono pratorum libro usos esse. nam georg. II 158 haec adscripta sunt: *Adriaticum superum uocatur, Tyrrhenum inferum, ut Iunilius et Tranquillus dicunt, quibus Italia*

adluitur. cf. fragm. 157*. accedit quod etiam in hoc scholio Suetoni et Iunili nomina iuncta sunt.

Pro fundamento autem totius naturalis philosophiae Suetoni habendae sunt macrocosmi et microcosmi notiones, receptae illae ex posteriorum Pythagoreorum disciplina. quarum mentionem non solum in initio posuit fragm. 124*, verum etiam partes mundi et anni tempora eadem humorum concordia contineri voluit qua concretum esse hominem putabat; quod eius consilium optime figura 2* inlustratur, quam mire Isidorus ad solam communionem elementorum explicandam verbis Ambrosianis subiecit. nempe eadem ratio conspicitur in concordia temporum anni quae a Suetonio fragm. 122* p. 173, 38sqq. declarata est. quam observationem etsi non praefracte negaverim ab Isidoro ex libro de naturis rerum in hunc locum translatam esse, tamen malui argumenti fila apud Isidorum secutus libro de anno Romanorum id est pratorum octavo eam vindicare. certum autem puto repetivisse eam Suetonium in libro de naturis rerum, cuius disputationis particulam ex tabula illa possumus recuperare. eius beneficio illud quoque discimus Suetonio praeter illam elementorum communionem, quam fragm. 126* describit, aliam eamque usitatissimam eorum conligationem placuisse quam cum ab Ambrosio quoque exponi intellexisset Isidorus huius verbis referre maluit. his conferri potest fragm. 145*, quo quattuor arcus colores quattuor elementis effici dicuntur.

In quibus omnibus eandem philosophandi viam et rationem agnoscimus cuius imaginem supra p. 407 sq. adumbravimus, ut nobis concedendum sit etiam Tranquillum in eorum numerum recipiendum esse quos ibidem sectatores Sextiorum nuncupavimus. quorum de studiis disputavit O. Iahnius Berichte d. sächs. Ges. d. W. 1850 p. 227 sq. praeterea Varronis et Nigidi doctrinam sequi Tranquillum supra cognovimus sed ita tamen ut illius auctoritatem quod quidem uno loco p. 151* factum esse vidimus praeferret. ab his autem quodam modo Sextiorum disciplina anticipata erat, qui tamen eo ab illis dissident quod physicis disciplinis colendis id agerent ut vitam Romanorum ad pristinas quae naturae accommodatae essent leges revocarent.

Postquam igitur mundi formam et circulos, caeli partes, astrorum cursus et vires ceterarumque caelestium rerum naturas, deinde mare terramque nono pratorum libro complexus est, decimo de animantium naturis disputavit. in quibus ethicam eius rationem eo

Digitized by Google

cognoscimus quod proprietates animalium eorumque mores quibus ad hominum similitudinem accederent narratiunculis adpositis perscribit. pauca huius libri fragmenta ad nos pervenerunt, quoniam Isidoro in libro de natura rerum nonum tantum pratorum librum excerpere placuit. habuisse eum tamen decimum pratorum librum his originum locis efficitur XII 2, 12 *sicut asserunt qui naturas animalium scripserunt*, ibidem 6, 50 *de quibus tradunt ei qui de animantium naturis scripserunt.* praeterea de meropibus l. c. 7, 34 eadem fere habet, quae schol. Bern. l. c. (fragm. 164) Suetonium docuisse referunt. qua re non dubitavi originum librum duodecimum, qui de animalibus agit, in quo poetarum testimonia lectissima conspiciuntur, ad amplificandam tenuem illam memoriam adhibere; sed quod in originum libris diversissimorum auctorum diversissimarumque rerum confusio turbas in libro de natura rerum saepius a nobis notatas etiam superat, non potui quin notabiliora tantum seligerem, ea autem omnia quoad eius fieri posset resecarem quorum alios auctores demonstrare liceret.

Admodum vero dolendum est nullo certo testimonio nobis constare etsi summum probabilitatis gradum attingit idem argumentum Suetonium in insequentibus pratorum libris continuasse, ut undecimo plantarum duodecimo lapidum naturas describeret. quorum fortasse plura Isidorus in origines ubi eosdem naturalis historiae locos pertractat transcripsit.

Libros autem de naturis rerum studiose medio aevo lectitatos esse Giraldi Cambrensis et Guilelmi Capellae de Auletta testimoniis constat. et vere in studia huius aetatis maximam vim exercuisse ut Suetonium in hac quidem re iure cum Plinio et Aristotele contendas longa imitatorum series demonstrat qui eadem fere argumenta pertractantes libris suis eundem titulum de naturis vel proprietatibus rerum inscripserunt. quorum tabulam exegit Pitra prolegomenis ad spicilegii Solesmensis tom. III p. XXVIII, quam hic a me emendatam*) proposui:

*) Praeter alia eum quem primo loco posuit Fl. Mallium Theodorum de natura rerum omisi. de cuius libro Salmasius praef. ad Ampelium haec dicit: *non dissimili genio etsi dissimili argumento scriptus Theodori Manlii liber de natura rerum causisque naturalibus de astris et aliis eiusmodi, qui adhuc in bibliothecis extat manu exaratus et pedestri sermone compositus. is est Theodorus Manlius, cuius consulatum celebravit carmine Claudianus ut et opus ipsum.* cf. Claudianus de cons. Fl. Malli Theodori paneg. 67 sqq.

Digitized by Google

Venerabilis Beda		de naturis rerum (inscribitur vulgo de natura rerum)
Aldhelmus		de naturis rerum
Alexander Neckam		de naturis rerum (carmen)
Thomas Cantipratanus		de naturis rerum
Bartholomaeus de Glanvilla		de proprietatibus rerum
Guilelmus Peraldus		de naturis rerum
Ioannes Zamorensis		de proprietatibus rerum
Giroldus Simon Thom. Bon. Ioannes	ord. fratr. praed.	de naturis rerum
Robertus archiepiscopus Roccae S. Ioann.		de proprietatibus rerum
Gaufredus Cochlearis		de proprietatibus rerum
Vincentius Bellovacensis		de naturis rerum (al. speculum naturale)

praeterea monendum est Isidori libro de natura rerum in nonnullis codicibus de naturis rerum inscribi, deinde Rabani Mauri de universo libros interdum libros de naturis rerum dici.

Quorum plurimi cum nondum typis excusi sint, non adeo certum de eis iudicium facere licet; nihilo minus quantum quidem ex Pitrae excerptis de Thoma Cantipratano iudicare possimus, eis non multum antiquae quae incognita sit eruditionis praeter ipsum titulum contineri certum adfirmare ausim, si quidem plurima ex Isidori originum et de natura rerum libris transcripsisse videntur. neque tamen dubito, quod hi Suetoniani libri a postremis medii aevi scriptoribus usurpantur, quin nonnulla antiquitatis monumenta eo tempore in lucem reditura sint quo quis taediosum laborem sibi inposuerit illorum unum vel alterum edendi. neque desperandum adeo mihi videtur fore aliquando ut ipsa haec Suetoni scripta ex reconditis alicuius bibliothecae, fortasse Britannicae, scriniis in lucem protrahantur.

Communis autem illarum imitationum ratio haec est ut primum ipsam rerum proprietatem interpretentur deinde earundem spiritualem in scripturis sacris intellegentiam aperiant. quod mysticarum al-

---

in qua bibliotheca liber fuerit, dicit Claverius in adnot. ad Claudianum: *fuit autem vir ille in philosophia maxime versatus et qui geometriam et astrologiam vel Uraniam ut ait poeta coluerit, ut patet ex quibusdam opusculis, quae olim vidimus in bibliotheca Cuiacii.* editionem autem eius Phil. Iac. Maussacum meditatum esse adnotavit Fabricius bibl. lat. I p. 501 ed. Ern.

Digitized by Google

legoriarum studium initium cepit a Melitonis episcopi Sardensis qui temporibus Marci Aureli vixit clavi, quem librum primus idem Pitra l. c. publici iuris fecit. quocum coniuncta est, ut diximus, explicatio ipsius naturalis verborum intellectus. interpretationes autem non ad litteras proferuntur sed per certa argumentorum genera distributae sunt. qua ratione expresserunt illi pratorum consilium, in quibus id maxime egit Suetonius ut in ipsorum argumentorum continuatione verborum proprietatem adpositis poetarum et scriptorum locis inlustraret. quod institutum quamquam ab Isidoro quasi quodam eruditionis odio plurimis locis oblitteratum est tamen aperte etiam nunc cognoscitur ex fragmento 157, ubi Tranquilli verba se proferre diserte Isidorus testatur. in quibus maxime est notabilis consensus cum Verri Flacci interpretationibus in libris de verborum significatione propositis. quocum contendas velim fragm. 127* p. 202. contra deleta sunt poetarum testimonia in libro de anno Romanorum fragmento 114*, cum Verrius Flaccus quantum quidem ex excerptis eius intellegitur ad eadem dierum nomina explananda poetarum testimonia non repudiarit. quod proprietatis studium ut accommodatum est ad totam Tranquilli quam supra p. 406 indicavimus rationem ita debebat Beckerus p. XV non confundere cum antiquariorum Hadriani saeculi studiis. immo vero illis se opposuisse etiam in pratorum libris iudicandus est, quos non thesauros antiquarum linguae formarum esse voluit sed propriae notaeque latinitatis indices. itaque nec vulgaris vitae sermonem aspernatus est unde proprias rerum significationes recuperaret. sic exemplum quo usum caeci fluctus (fragm. 157* p. 244) enuclearet ex Augusti epistulis repetit, quem antiquarii certe fastidiose spernere debebant.

Item grammaticum se prodit in vocibus animantium conligendis (fragm. 161), quarum singulas non dubito quin de veteribus adprobaverit (cf. Spartianus Geta 5), etsi omnia testimonia breviatorum puto taedium resecuit. nempe Vgutio voces animalium in parte tantum se ponere profitetur ut etiam vocum multas praetermisisse eum iure concludas. quocum fere consentiunt glossaria illa quae siglis *A F G H K P* signavi. plura non numquam habent ea excerpta quae notis *B C D E M* insignita sunt. quae omnia ex uno Aldhelmi qui anno 709 mortuus est exemplo (*B*) expressa videntur. hunc vero et ipsum Suetoni de naturis rerum librum adiisse eius verba (p. 248 adn.) testantur: *exempla nocis confusae de diuersis rerum naturis congesta.* sed tamen contentus fui Vgutionis ex-

Digitized by Google

cerpta ceteris testibus adhibitis emendasse. Aldhelmiana enim ordinem Suetonianum non servant cum hic ad animalium genera voces disposuerit in illis vero ad litteras eae proferantur. neque desunt in his quae aperte interpolatori debentur, cum a consilio Suetoni voces animantium recensentis haece profecto aliena sint: *arma crepant*, *aes tinnit*, *amphora profusa bilibit*, *citharae sonant*, *Iupiter tonat ut fabulae fingunt*, *infantes uagiunt*, *littora murmurant*, *siluae strepunt*, *uenti flant uel tremunt uel sibilant*, *homines loquuntur*, *rustici iubilant*.

Quae grammatica pratorum indoles manifesto indicatur etiam differentiis illis sermonum quas ex codice olim Buheriano nunc Montepessulano Dorvillius in miscell. obs. crit. nov. VIII p. 977sqq. publici iuris fecit. quarum in fine diserte pratum Suetoni citatur: *explicit praescriptae uerborum differentiae ex libro Suetoni Tranquillĩ qui inscribitur pratum*. cui omnem fere fidem derogavit Ritschelius parerg. I p. 627. neque potest negari multa in his legi quae Suetonio omnino indigna videantur. nihilo minus equidem cum explicare non possem qui factum esset ut talis subscriptio in fine differentiarum legeretur, si in eis nihil Suetonianae eruditionis super esset, in rem accuratius inquirere statui. inscribuntur igitur hae differentiae sic: *incipiunt differentiae sermonum Remi Palemonis ex libro Suetoni*. iam vero Remmi Palaemonis has differentias non esse uno sed vix infringendo testimonio efficitur; adscriptum enim est apud Hieronymum memoriae Remmi Palaemonis grammatici (p. 116sq. adn.) hoc additamentum, quod ab Hieronymo Suetonianis excerptis adiectum videtur: *qui quondam interrogatus quid inter stillam et guttam interesset, 'gutta' inquit 'stat, stilla cadit.'* contra in his differentiis p. 292 haec leguntur: *gutta imbrium est, stilla olei uel aceti*. sed etiam indicare licet quid ansam huius inscriptionis fingendae praebuerit. ex apographo enim harum differentiarum a Duebnero facto cuius usum Ritschelius liberalissime mihi concessit didici ante has differentias in eodem codice, qui diversissimas differentiarum conlectiones continet (cf. catalogue général des manusc. des biblioth. des départ. I p. 409sq.). adnotationem illam Hieronymi sic referri: *palemon oicetenus* (i. e. *Victinus*) *insignis grammaticus romà habetur qui quondam interrogatus* e. q. s. deinde sequitur: *incipiunt differentiae Remi Palemonis ex libro Suetoni*. ut adpareat hunc indicem partim ex hac memoria partim ex subscriptione illa consutum esse. iam vero ipsas differentias perserutatus in-

tellexi eas in duas partes dividendas esse; nam cum primum differentiae sine ullo ordine proferantur, ecce subito alphabeticus ordo conspicitur inde a verbis *iram et iracundiam*. quod etiam Rothius animadvertit. porro quae in priore parte iam exposita erant, eadem in posteriore diversum in modum retractantur cf. p. 276. 277. 279. 281. 282. hinc quoque sequitur duas partes non eiusdem auctoris aut libri esse: denique prior pars eo differt a posteriore quod in ea differentiarum interpretationi mere orthographicae quaestiones interpositae sunt veluti p. 308, 11. 14. p. 309, 19. 24. 32 p. 310, 1. 18. 24. 28. 37. p. 311, 3. 16. 19. 27. 33. p. 312, 3. 6. 17. ed. Roth. nempe excerpta sunt ex libro de orthographia posterioris aetatis, cum in his de orthographia libris grammatici etiam verborum differentias ponere solerent, quod Flavius Caper et Agroetius fecerunt. quibus ratiocinationibus facile eo pervenias ut posteriorem partem (fragm. 176) Suetonio tribuas, priorem vero huic additam esse suspicere cum illa principio mutilata esset — incipit enim a littera I — postremo inscriptionem illam confictam. in qua illud cave mireris quod *Remi* additum est. nam eodem modo in inscriptione differentiarum quibus haec apud Dorvillium excipiuntur *Probi Valeri* nomina leguntur, cum ex comparatione cum arte minori Probi hoc initium esse earum differentiarum quae in illius fine positae sint (cf. anal. Vindob. ed. Endlicher. p. 446 sqq.) intellegas, ut etiam lacunas quae in artis minoris libris extant codicis Montepessulani beneficio explere possis. sed redeo ad propositum. priori igitur differentiarum Dorvillianarum parte missa, posteriori parti simillimae sunt duae differentiarum conlectiones, quarum unam Gothofredus auct. lat. ling. Genevae 1622 in fine p. 79 sqq., deinde Arevalus in Isidoro tom. VII p. 426 sqq. appendice 23, alteram Handius programmate Ienensi 1848 ex eodem illo codice Montepessulano edidit. in quibus vocum differentiae non ad litteras quidem dispositae sunt sed tam aperte inter se et cum Montepessulanis excerptis congruunt ut eas ex eodem fonte haustas esse facile obtineas. itaque cum Montepessulana initio mutilata sint, non improbabile videatur verba quae litteris A — I incipiunt ex illis conlectionibus praecipue ex plenissima Gothofrediana recuperare. sed quominus hoc facias impediris quod in his etiam verba reperiantur, quae licet a ceteris litteris incipiant tamen in Montepessulana non extent. differentiarum autem conlectiones maxime omnium interpolationibus obnoxiae fuerunt; quarum de fatis optime Beckerus p. XV disputavit.

Digitized by Google

itaque malui initio truncatam differentiarum conlectionem exhibere quam eis augere quae cum nullius subscriptionis testimonio ad Suetonium referantur ex diversis auctoribus ne consarcinata habeas nihil obstare videtur. quid quod Montepessulanam conlectionem quominus ita ut libro tradatur ab ipso Suetonio profectam esse putemus statim in ipso limine prohibemur: *iram et iracundiam. ira ex causa nascitur, iracundia perpetuum uitium mentis et peccatoris est*, ubi verbo *peccatoris* Christianus proditur. quam interpolationem nolim Rothium obscurasse, qui otiosum *et pectoris* reponendo corruptam quae sibi videretur librarii neglegentia scripturam sanare studeret. sed etsi emblema illud facile eici potest, plane tamen ignoramus quam late patuerit interpolatio. quamquam non desunt quae etiam nunc certam rei rationem secutus a reliquis secludenda esse intellegas veluti p. 278, 9 p. 293, 4. 9 p. 295, 12. maximas vero turbas hic factas esse iam ipse sermo indicat. sed tamen non omnia melioris frugis interiisse vel uno Nigidi fragmento discimus quod p. 289 legitur; praeterea similes differentiae in Verri Flacci excerptis, apud Gellium Charisium Nonium Donatum Servium, denique in orthographiae libris Flavi Capri et Agroeti proferuntur.

Vt igitur hae differentiae cum Suetonio nihil praeter nomen commune habeant quod equidem non credo, hoc tamen certo subscriptionis testimonio constat extitisse in pratis caput vel librum differentiarum. vidimus quidem Suetonium in pratis de proprietate sermonis praecipuo studio egisse sed ita ut eam non promiscue exponeret sed occasione argumenti data quod diversum in diversis pratorum libris fuisse intelleximus ea de re disputaret. a probabilitate tamen non abhorret eas differentias quae locum non haberent in argumentis ab ipso pertractatis Tranquillum promiscue solum litterarum ordinem secutum explanasse. quae cum ita sint novo hoc exemplo discimus praecipuum pratorum consilium praeter ipsas res in eo positum fuisse ut sermonis proprietas demonstraretur. qua re recte Graefenhanius l. c. p. 87 etsi de universo opere nihil dicit apud Suidam qui partes tantum pratorum non ipsa prata nosse videtur duobus illis titulis *περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδέας ἐσθημάτων καὶ ὑποδημάτων καὶ τῶν ἄλλων οἷς τις ἀμφιέννυται* et *περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη* pratorum partes significari contendit. quae suspicio eo confirmatur quod Suidas non addidit, haec scripta unum an plures libros effecerint. nec minus inscriptionis prioris ratio etsi a Suida vel eius auctore

Digitized by Google

ficta videtur — nam Servius Aen. VII 612 (fragm. 165) librum *de genere uestium* dicit — apte pratorum indolem exprimit. nam *περὶ ὀνομάτων κυρίων* (*οἷς χρῶνται ἕκαστοι* Aristot. poet. 21 quibus oppositae sunt *γλῶτται αἷς ἕτεροι*) id est de verbis propriis in pratorum libris Tranquillum praecipue egisse vidimus. qua re nolim Rothio p. LXXIII not. 54 ineptum *κυρίων* visum esse imprudenter divinum typothetae ingenium admiranti qui se invito hoc verbum omiserit. ceterum notandum est, iterum miro casu Suidam partis titulum exhibere, qui eo corruptus sit, quod totius operis significationem cum inscriptione partis conflarit. eodem enim modo *περὶ ὀνομάτων κυρίων* addita sunt, quo supra *περὶ Ῥώμης* libris, quibus pars tantum huius argumenti leges scilicet et mores populi Romani pertractabantur, inscriptum esse vidimus. quod commode possis sic explicare, partes tantum maiorum librorum habuisse Byzantinos homines, de ipsis autem maioribus libris nihil eis praesto fuisse nisi obscuram argumenti notionem. sed hoc loco haec attingere solum modo animus est, infra ad Byzantinorum memoriam curiosius inlustrandam redeundum erit.

Cui autem pratorum parti librum de genere vestium restituere debeamus, non potest non ambiguum esse. ad veritatem proxime accedere videmur, si libro locum suum in ea pratorum parte adsignamus, qua antiquitates populi Romani Suetonius commentatus est, id est libris I—VIII. ut Suetonius de genere vestium non in universum sed de eo, quod populo Romano usitatum fuit, disputarit. cui coniecturae fragmenta minime adversantur. distinctiorem autem argumenti imaginem Suidae operae debemus, qui non inscriptionem libri, quae fuit *de genere uestium* sed argumenti indicem praebet, cum dicit: *περὶ . . . ἰδέας ἐσθημάτων καὶ ὑποδημάτων καὶ τῶν ἄλλων οἷς τις ἀμφιέννυται*. atque Servius Suetonium pileorum tria genera (fragm. 168*) dixisse adfirmat. deinde vestium inventores nominatos esse fragm. 166. 167 discimus. horum prius a Byzantinis servatum est, quorum fidem non habebat Rothius p. LXXIII cur impugnaret. nam prorsus dissimile est fragm. 165, cuius notitiam Servio debemus, ut non potuerit a Byzantinis fabulatoribus in illam memoriam de Numae invento detorqueri. itaque malui in eorum fide perstare, cum praesertim a Suida s. v. *χλαμύς* alia eaque haud spernenda de calceamentis patriciorum eis addi viderem. atque cum plenior eadem notitia in excerptis Ioannis Antiocheni extaret (cf. fragm. 169*), non

Digitized by Google

dubitavi etiam hanc, ut quae cum altero Numae invento conexa esset, eidem auctori restituere. quam opinionem adiuvat, quod apud eundem Antiochenum illa de calceamentis observatio certo Suetoni fragmento excipitur. cf. fragm. 179. nec falli me puto, si olim apud Ioannem Antiochenum, cuius nunc excerpta tantum modo habemus, etiam illa de veste Isaurica a Numa Romam translata extitisse suspicor. notum enim est Suidam Ioanne Antiocheno usum esse. huius autem auctor fuit Africanus, quem primum Suetoniana excerpta illa in chronica transcripsisse conicio.

Praeter Servium, glossarium Vaticanum (fragm. 167), et Byzantinos nulla huius libri, quae certa sit, memoria residua videtur. nam Rothi p. LXXIII coniecturam, ex eo Nonium c. XIIII, quod est de genere vestimentorum, particulas decerpsisse, falsam esse arguit notabilis differentia, quae in eiusdem verbi explicatu inter fragm. 167, quod Rothio quidem incognitum fuit, et Nonium p. 541 intercedit. contra Isidorum in originum undecimcensimo de Suetoni si non libro at certe memoria pendere puto; quippe qui praeter lectissima poetarum et scriptorum testimonia curiosissime vestimentorum genera descripserit. etsi dolendum est etiam hic Isidorum diversissima, sive auctores sive res spectas, confudisse. comparare iuvat fragm. 168 cum Isidoro l. c. 30, 5, ubi Suetoniana cum Festi frustulis et ita quidem ut utrumque corrumperet commiscuisse liquido constat. praeterea de trabeis l. c. 24, 8 disserens a Suetonio fragm. 165 distat.

Notatu dignum puto Suetonium fragm. 168 tutulum eisdem paene verbis definire quibus Festus p. 355 usum verbi illustrat, nisi quod hic duplicem eius explicationem profert. itaque etiam in hoc libro Suetonium Verri Flacci copiis usum esse videmus.

Sequitur apud Suidam titulus *περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη*, quae libri an capitis inscriptio fuerit certum adfirmare non ausim; pro explorato autem habeo pratorum partem significari. itaque in hac pratorum parte etiam de verbis in obscenum detortis (quo de eruditionis loco cf. Nauck. de Aristoph. Byz. p. 163 sqq. Preller. de Polemone p. 114 Lobeck. act. soc. graec. II p. 310) Tranquillum egisse ex hac etymologici magni glossa discimus: *Ἀρχολίπαρος ὁ λιπαρῶν ἵνα ἀρχῆς τύχῃ· ἢ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενος. οὕτω Τράγκυλλος περὶ βλασφημιῶν.* hoc autem Suetoni libro etiam Eustathium usum esse verba eius II.

Digitized by Google

II 234 (fragm. 174), quae cum consentiunt etymologico tum eius memoriam explent, aperte testantur. cum igitur constet, ab Eustathio Suetonium *περὶ βλασφημιῶν* usurpatum esse, recte Regentius p. 17, quem illa quidem fugerunt, ad hunc librum ea rettulit, quae Eustathius Il. VIIII 488 (fragm. 175*) sic praefatus profert: *τοιαῦτα δὲ καὶ ἄπερ τῶν τις παλαιῶν ἔθετο παραδείγματα βλασφημιῶν τῶν ἀπὸ ἀριθμοῦ.* in quibus etiam partitionis Suetonianae indicium verbis *τῶν ἀπὸ ἀριθμοῦ* servatum est. ceterum eandem hanc observationem Eustathius paulo immutatam et auctam repetit Od. V 306, quem locum cum ad fragm. 175* perscribere debuissem in huius neglegentiae remedium hic adposui: *ἰστέον δὲ ὅτι αἱ συνθέσεις τοῦ τρὶς ἐπιρρήματος ποτὲ μέν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐδηλώθη, αὐτόχρημα τριάδα δηλοῦσιν ὡς ἐν τῷ τρισμάκαρες καὶ τετράκις καθὰ εἴρηται, ποτὲ δὲ πλῆθος σημαίνουσιν. ὡς ἐν τῷ· τρὶς γὰρ μύριοί εἰσι, παρ' Ἡσιόδῳ· καὶ ἐν τῷ· ἀλλ' ὦ τρισκεκορημένε Σμερδίη, παρὰ Ἀνακρέοντι· ἤγουν πολλάκις ἐκσεσαρωμένε. καὶ· Θάσον δὲ τὴν τρισοιζυρὴν πόλιν, παρ' Ἀρχιλόχῳ· ἤτοι τὴν λίαν οἰζυράν. οὕτω δὲ καὶ ὁ γράψας, ὅτι στίγων καὶ πέδων δοῦλος ὁ στιγματίας καὶ πεδηθείς, παρὰ Ἀριστοφάνει, μετ' ὀλίγα λέγει ὅτι τριπέδων ὁ τρίδουλος, καὶ ὥς που προεγράφη τρίπρατος. Ἱππῶναξ δὲ ὑπεραναβὰς τοῦτό φησιν· ἀφέω τοῦτον τὸν ἑπτάδουλον, τοῖς δὲ ἀνωτέρω ῥηθεῖσιν ὅμοιον καὶ τὸ τρισεξώλης.*

Quibus fragmentis docemur Graecorum quoque verborum in pratis rationem habitam esse. atque in his Pamphili et Zopyrionis glossario, cui *λειμών* inscriptum erat, Suetonium usum esse suspicor. nam apud Hesychium, quem etsi non ipsum Pamphilum tamen eius epitomatorem Diogenianum rursus excerpsisse constat, de *ἀρχόλιπάροις* eadem proferuntur: *ἀρχολίπαροι· οἱ λιπαροῦντες ἵνα ἄρξωσιν ἢ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενοι.* neque tamen est cur dubites, quin in hac quoque pratorum parte Latinus grammaticus Latinas huiusmodi voces praecipuo aut pari studio pertractarit. quod si concesseris, labefactata erit Rothi sententia, Tranquillum hunc librum Graece scripsisse. in proclivi sane erat ad hanc opinionem delabi, cum vel illa *ἀρχολιπάρου* explicatio quomodo Latine elata sit vix dicas. sed non vidit Rothius, non vereri Suetonium Latinae orationi si res posceret Graeca verba Graecasque sententias interponere. veluti in praefatione ad poetarum librum Graecarum vocum etymologias enarrans, non dubitavit necessitati cedere, ut Graeca verba in auxilium vocaret. cf. p. 6, 2: *tragoedia, ut qui-*

Digitized by Google

dam, a τρύγω et ὠδή dicta est p. 6, 3. 7, 4 sq. 12. 8, 3. 6. 8. 10, 3. 13, 7. 17, 10. 16. 18, 1. 4. 12. 14. 19, 1. 8. 10. 18.

Iam vero non contentus fuit Suetonius indicem *βλασφημιῶν* contexere et de scriptoribus eas adprobare, simul *πόθεν ἑκάστη* quaesivit, ut *αἴτια* earum quantum fieri posset indagaret. cuius curae nihil ad nos pervenit pariter atque eius partis, qua Latinae eiusmodi voces illustrabantur, omnis memoria extincta est.

Restat liber *de uitiis corporalibus*, quem, quod eius indoles cum praetorum libris conspirat, recte idem Graefenhanius eorum partem effecisse contendit. miro sane casu accidit, ut in eis fragmentis, quae diserte huius libri esse dicuntur, non de vitiis corporalibus sed de partibus humani corporis agatur. cf. fragm. 170. 171. quare non dubitavi cum Rothio huic libro Suetoniana fragmenta apud Servium et Frontonem, quibus ulna et sacra spina definiuntur (fragm. 172. 173), adscribere. ad illud adnotandum est, Servium non eo loco, ubi Suetonium nominat, vera eius verba dare, sed alio, ubi ad illum respiciens eandem observationem accuratius repetit. quamquam non eius culpa hoc factum esse arbitror, sed posteriorum temporum, quibus hypomnemata eius mirifice perturbata sunt. Frontonis vero verba, quibus Suetonianam sententiam profert, ut recte nos pratis librum restituisse probant — quid enim haec: *ego me neque Graecum neque Latinum uocabulum ullius membri nosse mallem* indicant nisi etiam hunc librum *περὶ ὀνομάτων χειρίων* scriptum fuisse, quod quidem ipsis etiam fragmentis declaratur — ita ne hic quidem Suetonium Graecarum significationum praeteriisse mentionem testantur. atque hoc Tranquilli consilium, quo Graecam et Latinam eiusdem rei significationem composuit, duobus locis etiam nunc in libris de naturis rerum dispicitur. cf. fragm. 151*, in quo ventorum duodecim nomina Graeca et Latina enumerantur, et 164: *meropes galbeoli ut putat Tranquillus.* praeterea subindicare videntur Suetonium Latinam significationem, qua proprium membri nomen nanciscceretur, ex Graeci verbi imitatione finxisse. quod novum verbum in vita Messallae Corvini oratoris (fragm. 62*) ipse etiam usurpavit morbum eius more suo accurate describens. solet enim in vita et Caesarum et illustrium virorum diligenter morbos quibus decesserint adnotare. quod apte congruit argumento huius libri, qui et ipse dignum eum fuisse nomine physici ostendit. ut fortasse etiam externo quodam vinculo cum

Digitized by Google

libris de naturis rerum copulatus fuerit, quod nunc quidem coniectura adsequi non licet.

Etiam huius libri particulae ad Isidorum pervenisse videntur, qui origg. XI 1, cui capiti *de homine et partibus eius* inscripsit, uno loco l. c. 95 de sacra spina disserens ipsa Suetoni verba sequi videtur. sed alibi Suetoniana ita refert ut manifestum sit ea non ex ipso libro recepta esse sed Servi beneficio deberi. cf. l. c. 14 cum fragm. 171 (Servius ecl. III 8), 64 cum fragm. 172 (Servius georg. III 355). arvinae vero definitionem (cf. fragm. 170) Isidorus l. c. 81 Festi (cf. Paulus p. 20) verbis referre maluit, siquidem Suetoniana ei praesto fuerunt.

De eo studio, quo plura pratorum capita versibus conscripta sint, ne bis idem dicam infra agam, ubi de auctoritate Suetoni in universum disputabo.

Digitized by Google

CAPVT III

Pergo in restituenda Suetonianae eruditionis memoria ad tres illos libros, quos *de regibus* dedit, cuius operis notitiam soli Ausonio debemus, qui in epistula XVIIII Pontio Paulino haec rescribit: *his longe iucundissimum poema subdideras, quod de tribus Suetoni libris quos ille de regibus dedit in epitomen coegisti tanta elegantia, solus ut mihi uideare assecutus, quod contra rerum naturam est, breuitas ut obscura non esset. in his uersibus ego ista cognoui:*

Europamque Asiamque duo uel maxima terrae
membra, quibus Libyam dubie Sallustius addit
Europae adiunctam, possit cum tertia dici,
regnatas multis, quos fama obliterat et quos
barbara Romanae non tradunt nomina linguae:
Illibanum Numidamque Auelim Parthumque Vononem
et Caranum Pellaea dedit qui nomina regum,
quique magos docuit mysteria uana Nechepsus,
et qui regnauit sine nomine mox Sesoostris (fragm. 177).

quae Ausoni verba perscripsi primum ut ea mendo liberem deinde quod versibus eius aperte imago Suetoniani libri adumbratur. prorsus igitur intellegi nequeunt quae de incepto Paulini in libris Ausoni vulgantur. non enim ille de tribus Suetoni libris carmen in epitomen coegerat: immo epitomen de eis carmine coegit. quod ut dixerit Ausonius lenissimis emendationibus adhibitis efficies: *poema subdideras quo de tribus Suetoni libris quos ille de regibus dedit epitomen coegisti* e. q. s. iam versibus Ausoni, quibus id egisse videtur ut amicum aemulatus maiorem se brevitatis artificem ostenderet, cur Suetonius argumentum tripertite distribuerit planissime monstratur. nempe cum in praefatione de tribus terrae membris disputasset ipsum librum in tres partes divisit Europae Asiae Libyae reges separatim enumerans. Libyae autem Aegyp-

Digitized by Google

tum coniunxisse videtur, qua re probata iustum tertii libri volumen habebis. ut divisio terrae Suetoniana eadem sit atque Hygini qui poet. astron. I 8 haec dicit: *nam quaecunque regio est quae inter arcticum et aestiuum finem collocata est ea diuiditur trifariam, e quibus una pars Europa altera Asia tertia Africa uocatur. Europam igitur ab Africa diuidit mare ab extremis oceani finibus et Herculis columnis. Asiam uero et Libyam cum Aegypto disterminat os Nili fluminis quod Canopicon appellatur* e. q. s. Europaeorum igitur regum in illis versibus solus Caranus Macedonum rex nominatur, Asianorum solus Parthorum rex Vonones, Aegyptiorum denique et Libycorum Avelis Numida, Nechepsus astrologus ille qui magos mysteria docuisse dicitur et Sesoostris. restat rex Illibanus cuius et nomen et regnum mihi incognitum est.

Praeter Paulinianae vero epitomae memoriam nusquam libri diserte mentio fit. licet tamen certa argumentatione particulam eius, quae de antiquissimis Italiae Albae Longae Romanorumque regibus fuit, recuperare. extat enim apud Suidam hoc Suetoni fragmentum (179) s. v. *ἀσσάρια*: *ἀσσάρια ὀβολοί. Νουμᾶς ὁ πρῶτος βασιλεὺς μετὰ Ῥώμυλον Ῥωμαίων γεγονὼς ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα πρῶτος ἐχαρίσατο Ῥωμαίοις τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων διὰ σκυτίνων καὶ ὀστρακίνων τὴν χρείαν πληρούντων· ἅπερ ὠνόμασεν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νουμμία, ὡς φησι Τράγκυλλος.* eadem plane Cedrenus habet I p. 260. 801, nisi quod Suetoni nomen omisit. Suetoni vero fragmentum et Suidas et Cedrenus ex Ioanne Antiocheno hauserunt, in cuius excerptis (Mueller. fragm. hist. Graec. IIII p. 553. 33) eadem memoria legitur, sed et hic a breviatore Suetoni nomen resectum est. praecedunt apud eum quae supra libro de genere vestium adscripta sunt, cum in eis de calceamentis patriciorum disputaretur. subiecta autem est narratio de aliis Numae inventis, quae nemo dubitabit quin cum eidem auctori tum huic libro de regibus debeatur. idem ingenium spirant, quae de Tarquini Superbi inventis ab Ioanne l. c. referuntur: *δεσμά τε καὶ μάστιγας κλοίους ξυλίνους καὶ σιδηροῦς πέδας ἀλύσεις μέταλλα καὶ ἐξορίαν ἐφεῦρεν.* iam vero haec intexta sunt plenissimae memoriae quam supra significavi de antiquissimis Italiae Albae Longae Romanorumque regibus in chronico urbis quod totum primus Mommsenus edidit et commentatus est in comm. soc. Sax. hist. philol. I p. 347: *hic prior hominibus adinuenit lautumias tormenta fustes metalla flagella carceres exilia.* plane eadem Eusebius eiusque interpres Hierony-

Digitized by Google

mus tradit, eodem ni fallor ille Africano usus quem Ioannes Antiochenus transcripsit. quodsi narrationem illam de Tarquini inventis Suetonianam esse probavimus, facere non possumus quin totam de regibus partem chronici illius ex Suetonio depromptam esse statuamus. quod nescio an verbis adiuvetur quae in inscriptione huius partis leguntur: *item origo gentis Romanorum ex quo primum in Italia regnare coeperunt.* nam Suetonium reges secundum terrarum situm persecutum esse supra ostendimus.

Sed miretur fortasse quispiam me haec pro meo invento venditare, cum iam Mommsenus l. c. p. 600 Suetonium auctorem huius partis adpellaverit. sane coniecit idem, sed ut suspicionem suam firmaret, non loco illo Antiocheni usus est, sed simplex memoriae lapsus in causa fuit, ut hanc coniecturam faceret; credidit enim a Suida Suetonio auctore referri Numam scortinos asses Romanis congiarium dedisse. nempe cum hanc memoriam agnosceret chronicon illud: *congiarium dedit scortinos asses*, evicisse sibi visus est etiam cetera de regibus in chronico eidem auctori id est Suetonio restituenda esse. sed non rettulit illa Suidas immo dicit Numam primum ferreos et aereos asses congiarium dedisse, scortinorum vero assium meminit non Suidas sed Eusebius Ol. 16, 4 eiusque interpres Hieronymus. eadem deinde ex eodem fonte scilicet Africano Syncellus p. 398 cf. chron. pasch. p. 218 praebet, quorum nemo Suetonium auctorem dicit. itaque tantum abest ut scortinorum assium in chronico urbis mentione Suetonius auctor prodatur ut ea nostrae quoque argumentationi officere videatur. sed cavendum est ne calidius eam quae certissimo fundamento nititur eversam putemus. quid enim? nonne Suetonius narrare poterat Numam scortinos asses Romanis congiarium dedisse, etsi idem memoriae prodiderat nummum id est aereos asses ab eo inventos esse? atque chronicon illud duplicem hanc memoriam etiam nunc agnoscere videtur: *congiarium dedit et militibus donativum aere incisum.* et vero demonstrare licet in antiquiore chronici exemplo pleniorem de nummis Numae narrationem extitisse. Isidorus enim, qui origg. V 27, 23 Tarquini inventa referens aperte ipsa chronici nostri verba exscribit, idem origg. XVI 18, 10 de Numa haec habet: *nummi autem a Numa Romanorum rege nocati sunt, qui eos primum apud Latinos imaginibus notavit et titulo nominis sui praescripsit.* unde iure concludo Isidorum aeque atque Hieronymum (cf. Mommsen. l. c. p. 681 sq. 693) pleniore chronici illius exemplo usum esse.

Digitized by Google

neque tamen vel eum qui chronicon condidit ipsum Suetonium adiisse puto. consentiunt enim eius excerpta cum plurimis Graecorum chronographorum locis, ut adpareat hos non solum eundem cum eo auctorem sed et eundem illius epitomatorem sequi. iam eum constet illorum communem fontem Africani chronographiam esse, etiam Latinum chronicon ex hoc excerpta sua Suetoniana recepisse patet.

Quibus in reliquiis optime qualis ratio Suetoni antiquaria fuerit cernitur: qua ut Servi Aen. XI 787 iudicio de Varrone paulum inmutato utar expugnatorem ubique sacrae memoriae Romanorum se praestat, quam misere in similitudinem vilissimarum narratiuncularum corrupit. Ianum et Saturnum ut deos omisit, nihil sanctum illum septenarium numerum regum Romanorum curat, cum Titum Tatium inserat: at vulgares illas fabulas de Romuli et Tarquini nece et de Numae et Tarquini inventis praecipua cura persecutus est. ut iudicium quod Mommsenus l. c. p. 600 de hac ratione facit: *auch passt die geistlose Bearbeitung des Sagenstoffs unter allen römischen Schriftstellern am besten für Sueton den Mann der Antichambre und der Anecdoten* iustissimum videatur. sic factum est ut summo favore a Christianis illis chronographis Suetoniana regum Romanorum historia exciperetur, quippe quibus tales fabulae de originibus populi Romani admodum placerent: cf. Mommsen. l. c. p. 599. ubi Mommsenus sibi non constitisse videtur, cum Christianos ipsos has fabulas contingentes faciat. nam p. 600 easdem falsa quidem argumentatione sed recto tamen ille iudicio usus Suetonio tribuit.

Sequi iubeo *ludicram historiam* id est ludorum historiam, in qua inscriptione idem usus adiectivi conspicitur atque in titulo naturalis historiae Pliniano. porro simillima est Graeca Iubae inscriptio *θεατρικὴ ἱστορία*. ludicrae igitur historiae diserte primum librum Gellius VIII 7, 3 (fragm. 181) citavit: partes eius indicavit Suidas, quem etiam hoc loco partes quidem nec tamen librum quo illae comprehenderentur nosse adparet. sed ne partes quidem omnes ei innotuisse videntur, siquidem ludicra historia a Tranquillo absoluta est. habet enim haec in capite catalogi: *ἔγραψε περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν βιβλίον α΄· περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωριῶν καὶ ἀγώνων βιβλία β΄*: desiderantur scilicet *ἀγῶνες* Graecorum, Romanorum *παιδιαί*. atque illorum mentio nescio quo casu in titulum diversae partis quae de spectaculis Romanorum scripta erat inrepsit, ut Suidas invitus ipse corruptam memoriam corrigere videatur. de lusibus

Digitized by Google

autem Romanorum Tranquillum scripsisse testis est Servius Aen. V 602: *ut ait Suetonius Tranquillus, lusus ipse quem uulgo pyrrhicham appellant Troia uocatur, cuius originem expressit in libro de puerorum lusibus* (fragm. 197). quem titulum Casaubonus Suidae auctoritate nimis fretus corruptum habuit *de Graecorum lusibus* reponi iubens: sed non reputavit Troiam populi Romani lusum esse et Suetonium ipsum cavisse videri ne ille cum simili Graecorum lusu quae fuit pyrrhicha amplius confunderetur. deinde Acron Hor. art. poet. 417 (fragm. 198) scabiem ludum puerorum a Suetonio commemoratum esse perhibet. quae cum perpensito, adducor ut credam Suidam argumenta ludicrae historiae sic debuisse enarrare: *περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν καὶ ἀγώνων βιβλία β'. περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις παιδιῶν καὶ θεωριῶν βιβλία β'.* en aptam argumenti per quattuor libros dispositionem, quam nunc poenitet me in edendis fragmentis secutum non esse nimis caute inscriptionibus quae traditae essent servatis.

Primum igitur librum ludicrae historiae Gellius l. c. fragm. 181 citavit Tranquilli observationem de fidibus physicam proferens. qua re nescio an firmetur nostra ludicrae historiae reconcinnatio, cum iure suspicere Tranquillum de agonibus musicis disputantem illa monuisse. secundo deinde libro lusus Graecorum descripsit eorumque origines exposuit, quem librum diligenter Byzantini homines manu versasse videntur: quod in causa erat ut Eustathius Suetoni nomine omisso eum sic indicare posset: *ὁ τὰ περὶ Ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράψας* (cf. fragm. 182*). quem Suetonium esse primus vidit Casaubonus. quo fragmento Suetonium aetatem singulorum lusuum, quae ratio apte convenit historiae ludicrae inscriptioni, adnotasse docemur cf. p. 323: *παλαιοτάτην εἰπὼν τὴν κυβευτικὴν παιδιάν.* tanta autem est in hoc fragmento adlatorum e veteribus Graecorum scriptoribus multitudo versuum vel proverbiorum, tanta in explicandis Graecorum moribus ac vocabulorum originibus rimandis diligentia atque ubertas, ut etiam Graece doctissimum fuisse Suetonium intellegamus. sed ne cum Rothio inde concludamus hunc librum Graece scriptum fuisse ipso Latino titulo totius operis prohibemur. atque potuerunt haec Latine exponi, modo concedas Suetonium non dubitasse Latinam orationem Graecis verbis distinguere, quod quidem aptis exemplis supra docuisse videor. ceterum eiusdem egregiae disputationis *περὶ κύβων καὶ πεσσῶν* fragmenta passim in Eustathianis commentariis dispersa sunt; pars adeo eius repetitur

a scholiasta Platonis Lys. 115, 5 p. 319 sq. Bekk., et ita quidem ut Eustathianum exemplar hac memoria suppleatur. neque neglegenda est similitudo quae inter Pollucem et Suetonium intercedit, quam sic optime explicari puto ut uterque eundem Graecum auctorem secutus sit.

Ipsos lusus non promiscue sed per certa genera descripsisse Tranquillum altero fragmento, quod Tzetzes versibus conscripsit (fragm. 183), discimus, a quo sic explicatio *κοττάβου* et *ἐωλοκρασίας* proferatur: *Τράγκυλλος Σουητῖνός τις ἐν παιδιαῖς Ἑλλήνων | πολλὰς μὲν ἄλλας παιδιὰς καὶ συμποσίων λέγει.*

Haec sunt fragmenta libri de Graecorum lusibus quae diserte e Suetonio repetuntur: sed multis locis Eustathius in commentariis Homericis lusuum Graecorum mentionem facit, quae quod supplementa libri de lusibus Graecorum esse volui ut audaciae arguar non subvereor.

Iam tertio libro ut coniecturam meam sequar spectacula Romanorum exposuit. hanc vero ludicrae historiae partem a Tertulliano in libro de spectaculis adhibitam esse iam Regentius p. 10 sq. ex eius verbis recte conclusit: *Romulus Ioui Feretrio ludos instituit in Tarpeio, quos Tarpeios dictos et Capitolinos Piso tradit. post hunc Numa Pompilius Marti et Robigini fecit: deinde Ancus Marcius et ceteri. qui quos quem per ordinem et quibus idolis ludos instituerint, positum est apud Suetonium Tranquillum uel a quibus Tranquillus accepit.* atque in eis quae quasi invitus tradit Christianus de Romanorum spectaculis, quorum superstitionem et crudelitatem hoc libello depingit, eminent egregia eruditionis specimina. qua re secrevi ea omnia ut in fragmentorum numerum reciperem, nec eo me deterreri passus sum, quod simul verba Tertulliani, quibus res quas refert abominatur, ut sententiae manerent servare necesse erat. quae cum ita sint, nostro iure utimur si ex ordine quo Tertullianus spectacula recensuit Suetoniani libri condicionem auguramur. primum igitur Tertullianus ludos circenses perstringit, deinde fragm. 190** ad scaenicos ludos transit, tum fragm. 193** *ut ordo peragatur* init agonum retractatum, fragm. 194** denique *insignissimum spectaculum ac receptissimum* recognoscit id est amphitheatrales ludos. sed etiam accuratiora Tertullianus de libro Suetoniano nos docet; nam in singulis illis partibus rem ita instituit, ut spectaculorum origines titulos adparatus loca artes deinceps inlustraret, quod propositum suum esse ipse scribit (fragm. 184**): *commemorauimus*

Digitized by Google

origines singulorum spectaculorum, quibus in cunabulis in saeculo adoleuerint, exinde titulos [quorundam] quibus nominibus nuncupentur, exinde adparatus, quibus superstitionibus instruantur, tum loca, quibus praesidibus dicentur, tum artes, quibus auctoribus deputentur.

In spectaculorum igitur libri parte altera, qua de scaenicis ludis Tranquillus egit, ibi ni fallor, ubi apparatus eorum inlustravit, ea legebantur, quae Servius georg. III 24 (fragm. 191) de theatri gradibus Varronem et Suetonium tradidisse dicit. vides eum nominari, quem Tranquillus praeter Sinni Capitonis spectaculorum libros secutus videtur, Varronem scilicet, qui antiquitatum divinarum nono de circensibus ludis, decimo de scaenicis disputavit.

Iam in quarta parte, qua amphitheatralium ludorum descriptio et historia continebatur, eo loco quo de apparatibus disputavit, ineptum illud sicae veriloquium posuerat (fragm. 195). Bithi autem et Bacchi gladiatorum (fragm. 196) meminisse videtur de artibus amphitheatralibus disserens.

Quarto ludicrae historiae libro Romanorum lusus persecutus in origines simul eorum inquisivit. testatur Servius (fragm. 197) de Troiae saltem lusu: *cuius originem expressit in libro de puerorum lusibus.* de quo duo tantum fragmenta super esse dolendum est.

In ludicra igitur historia non solum doctissimum antiquarium se praestitisse, sed simul data opportunitate physicas observationes protulisse videtur. cf. fragm. 181. verum enim vero in tantum tota Suetoni ratio physica disciplina inprimis pythagoricis illis parvi magnique mundi notionibus regebatur, ut in ipsis adeo ludis haec arcana mundi quaereret. sic non sine studio fragm. 182* p. 326, 12 sqq. Diodori Megarici et Clearchi opiniones rettulit, quorum ille pentagramma, quo *οἱ πεττεύοντες* utebantur, imaginem esse *τῆς τῶν ἄστρων χορείας* statuit, hic eidem quinque planetas respondere voluit. quod consilium etiam apertius expressum est fragm. 189* p. 339, ubi quadrifaria colorum in circo divisio quattuor anni tempora et elementa referre dicitur. sed Tertullianus cum ut Christianus etiam hanc idololatriae speciem quae elementis mundialibus profanetur respuat, haec persequi noluit; plenissima tamen rationis huius, qua singula circi instituta et artes imaginem mundi ludere credebantur, memoria apud Cassiodorium var. III 51 et Isidorum origg. XVIII 29—41 haesit, quorum beneficio claram mysticae huius explicationis fortasse ab investigatoribus Tuscae antiquitatis excogitatae — circus enim Etruscorum institutum erat — imagi-

nem animo possumus informare. quae quamquam ausus non sum fragmentorum loco habere tamen non potui quin in superiori adnotatione conlocarem. nam sive antiquiora sive recentiora sunt Suetonio, non dissimilia eorum fuisse puto quae ipse hac de re statuit. praeterea non vulgaris doctrina cernitur in eis, quae Isidorus l. c. 17—58 de ludis Romanorum tradit, ut facile suspicio oriatur, eum etiam in hac originum parte e Tranquilli memoria pendere.

Nunc a maioribus Suetoni libris ad eos descendere animus est, qui singulares fuisse videntur. scripsit igitur Prisciano teste p. 231 (cf. fragm. 199) librum *de institutione officiorum* id est de officiis publicis palatinis militaribus eorumque originibus. moverunt autem Suetonium ut in haec inquireret duae maxime rationes: primum ipse magister epistularum imperatoris Hadriani fuit; alteram vero causam nobis indicat Aurelius Victor epit. 14, cum haec de illo imperatore dicit: *officia sane publica et palatina nec non militiae in eam formam statuit quae* (immo *in qua*) *paucis per Constantinum immutatis hodie perseuerant.*

In hoc igitur libro initia officiorum descripsisse videtur: in quod argumentum apte intrant ea quae Lydus de magistr. I 34 p. 146 Suetonium tradidisse dicit (fragm. 200). nec minus eidem convenit, quod Cedrenus I p. 802, postquam de nummis Numae disputavit, eodem nimirum auctore memoriae prodit (fragm. 201 *). contra eius fragmenti quod diserte Priscianus ex hoc libro repetivit (199) non contigit occasionem monstrare, cum in cuius officii enarratione grammatica illa observatio posita fuisset non possem indagare. eandem scilicet tangit Tranquillus in Caligula 8, ut inscriptionem arae ob Agrippinae puerperium positae interpretetur. in hoc autem de institutione officiorum libro non meminit modo antiquarum illarum formarum sed etiam conprobavit eas diversos usus ponens. quae Prisciani verba recte Rothius p. XCI sic explicavit, ut varia e poetis testimonia quae deinde apud hunc sequerentur Suetonio vindicaret. sed tamen nolim eundem hinc constare voluisse quam litterate peritus latini sermonis Tranquillus fuisset. nempe non meminit haec exempla Suetonio fere communia esse cum Festo Charisio Nonio, quorum ille Verri Flacci copiis usus est, hi antiquiores Suetonio auctores adhibuisse eo produntur quod testimoniorum numerum augent. praeterea Charisius nos docet, unum testimonium Livi Andronici a Suetonio ita exhiberi ut Varro

Digitized by Google

conformatum illud esse voluit; ipse quidem Aeli Stilonis et Asini sententiam sequi maluit. cf. adnot. sup.

Hunc vero librum Regentius p. 23 perperam inter isagogica illa scripta, de quibus cf. Mercklinus in Philol. IIII p. 413 sqq., rettulit. nam differre hunc librum ab illis iam ipso titulo indicatur: quippe cum illi libri *de officio* verbi causa *consulis* inscriberentur, Suetonius operi suo indicem *de institutione officiorum* praefixit.

Ex hoc libro fortasse nonnulla apud Lydum de magistratibus residua sunt. sed tamen eruere ea non ausim ut qui satis sciam in quantum Byzantinus ille antiquae eruditionis reliquias suis commentis miscuerit. idem tamen Lydus solus alius libri Suetoniani memoriam nobis servavit (fragm. 202); mollitia enim Omphales descripta auctores rei nominat Apuleium Romanorum philosophum ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ἐρωτικῷ et Tranquillum πρὸ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ ἐπισήμων πορνῶν. quo de eruditionis loco breviter Mercklinus in Philol. II p. 303 disputavit; erat autem Graecis grammaticis celebratissimus. cf. Athenaei liber tertius decimus. sed perperam librum Suetoni respondere putavit eiusdem operi de inlustribus viris. quod contra Regentius p. 37 alterum librum ab altero prorsus alienum fuisse iure contendit. in pornographia igitur sua Suetonius non de Romanorum solum sed et Graecorum meretricibus egisse fragmento illo docemur: quo praeterea indicatur eum cum Omphalen inter claras meretrices referret inde a temporibus mythicis rem repetivisse.

Huius libri memoria etiam in commentario Servi in Vergilium dispicitur, veluti Aen. VII 19: *Circe autem ideo Solis fingitur filia quia clarissima meretrix fuit et nihil est sole clarius; haec libidine sua et blandimentis homines in ferinam uitam ab humana deducebat ut libidini et uoluptatibus operam darent.* vides verba adeo Servi *clarissima meretrix* convenire inscriptioni Suetonianae. eiusdem libri usum prodit etiam hoc Servi scholion Aen. V 864: *Sirenes secundum fabulas tres parte uirgines fuerunt parte uolucres, Acheloi fluminis et Calliopes musae filiae. harum una uoce altera tibiis alia lyra canebat: et primum iuxta Pelorum, mox in Capreis insula habitauerunt, quae illectos suo cantu in naufragia deducebant. secundum ueritatem meretrices fuerunt quae, transeuntes quoniam deducebant ad egestatem, his fictae sunt inferre naufragia. has Vlixes contemnendo deduxit ad mortem.* in quibus eadem antiquaria ratio conspicitur quam in libris de regibus iam deprehendimus. ut ex hoc libro etiam probabilius quam e quodam libro geo-

Digitized by Google

graphico repetenda videantur, quae schol. Bern. georg. IIII 564 (fragm. 203) de Parthenope Sirene Suetonium tradidisse scribunt. etenim in Vergilianis commentariis librum de claris meretricibus adhibitum esse illis Servi locis conprobatur: atque adeo ut ad hunc librum referamus ipsius fragmenti ratio suadere videtur, quippe quo ut res primaria Parthenope Siren non urbs Parthenope memoretur. cf. Philargyrus in h. l., qui fortasse eodem Suetonio usus Lutatium Catulum huius historiae auctorem nominat. aliud praeterea eiusdem libri vestigium extat apud eundem Servium Aen. III 420 (cf. schol. Lucan. I 547): *Charybdis autem in Siciliae parte posita femina* (schol. Lucan. l. c. *meretrix*) *fuit uoracissima.*

Inter Romanas autem meretrices, quae fuit altera pars argumenti, cum certum sit etiam hic historiam meretricum inde ab antiquissimis temporibus perscriptam fuisse, sine dubio Accam Larentiam nobilissimum scortum ut Macrobi sat. I 10, 12 verbis utar Tranquillus rettulerat. atque huius uberrima memoria apud Lactantium Gellium Macrobium extat, quae primo quasi obtutu ex huius modi libro recepta videtur. nec neglegendum est Lactantium auctores nominare Livium et Verrium, Gellium vero ad Sabini Masuri auctoritatem provocare: quod sane indicium est eos recentiores Varrone auctores sequi. praeterea meminit Lactantius Florae et Favolae dearum earundemque meretricum. auspicatus vero est Tranquillus meretricum seriem ni fallor ab ipsa Venere, quae prima ut Lactantius secundum sacram historiam scribit *artem meretriciam instituit auctorque mulieribus in Cypro fuit uti uulgato corpore quaestum facerent.*

Alius Byzantini memoriae debemus eius libri titulum quode nunc agam: *περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας βιβλίον α΄· ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ* (fragm. 204). quae verba sunt Suidae in catalogo. Didymum vero sex libros contra Ciceronem scripsisse testatur Ammianus Marcellinus XXII 16, 16: *inter quos Chalcenterus eminuit Didymus multiplicis scientiae copia* (sic M. Schmidtius: *copti* cod. *scriptis* Valesius) *memorabilis: qui in illis sex libris, ubi non numquam imperfecte Tullium reprehendit sillographos imitatus scriptores maledicosi iudicio doctarum aurium incusatur ut immania frementem leonem putredulis uocibus canus catulus longius circumlatrans.* quem Suetoni scriptum nosse verba ipsius *iudicio doctarum aurium incusatur* fidem faciunt.

Didymi autem liber etiam Suidae auctori innotuisse videtur, quem secutus ille haec scripsit: *Δίδυμος Διδύμου ταριχοπώλου Ἀλε-*

ξανδρεύς, γεγονὼς ἐπ' Ἀντωνίου καὶ Κικέρωνος ἕως Αὐγούστου e. q. s. quae optime Fr. Ritterus p. 3 — frustra enim obloquitur M. Schmidtius de Chalcentero p. 400 — sic interpretatus est: *Antonio hactenus gratificatus est, ut Ciceronis consilia et rationem capessendae rei publicae sex libris agitaret.*

Sex igitur libri quos Didymus scripsisse perhibetur, si haec memoria cum Suidae titulo conparatur, aperte indicant grammaticum illum doctissimum in sex Ciceronis de re publica libros invectum esse. quae autem fuerit Didymiani libri natura et condicio nos ignorare fatendum est, nisi quod Ammianus cum ad doctarum aurium iudicium provocet indicat eloquentiam Ciceronis in illis libris hic illic perstrinxisse Graecum grammaticum. quod si probaveris, cum O. Iahnio apud Ammianum post *imperfecte*, cum *non numquam imperfecte reprehendit* Ammiani indignationi non satis faciat, addendum erit *locutum**). iam vero etiam antiquarium Didymi librum fuisse ex indole Ciceroniani operis haud inprobabiliter concluditur. quod autem Ammianus Didymum sillographos imitatum esse scribit, recte Wachsmuthius de Timone p. 33 sic interpretatus est ut sillographos ille simpliciter pro exemplo maledicorum scriptorum posuerit. praeterea eo quod Didymus sermonem Ciceronis interdum exagitaverat non efficitur eum Latine scripsisse. quid enim? nonne idem περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας librum Graece scripsit?

De rebus uariis Tranquillum scripsisse Charisi testimonio scimus, qui Suetoni sententiam de numero praepositionum Graecarum et Latinarum sic profert: *Gaius Iulius Romanus de praepositionibus libro ἀφορμῶν ita refert. Suetonius Tranquillus de rebus uariis praepositiones inquit omnes omnino sunt Graecae duodeuiginti, qui numerus inter omnes criticos grammaticos profecto conuenit, nostras uero esse has: ab ad praeter pro prae prope in ex sub super subter* (fragm. 205). in quibus nunc intellego ante *nostras* vel post *subter* intercidisse pauca nec recte me l. c. verba *qui numerus inter omnes*

*) Cf. Gellius XVII 1, 1: *ut quidam fuerunt monstra hominum, quod de dis immortalibus impias falsasque opiniones prodiderunt, ita nonnulli tam prodigiosi tamque uecordes extiterunt, in quibus sunt Gallus Asinius et Largius Licinus, cuius liber etiam fertur infando titulo Ciceromastix, ut scribere ausi sint M. Ciceronem parum integre atque inproprie atque inconsiderate locutum.* scripsit autem Claudius Caesar ipso Suetonio teste c. 41 *Ciceronis defensionem aduersus Asini Galli libros satis eruditam.*

Digitized by Google

criticos (fortasse *et* intercidit) *grammaticos profecto conuenit* a sententia Suetoni seclusisse. ceterum de Latinis praepositionibus grammatici vel maxime inter se dissidebant, cum alias alii praepositiones esse contenderent. sic Varro Scauro teste p. 2262 P. *ex in ab ad* adverbia localia nominavit, quae illo Charisi loco inter praepositiones referuntur. adverbia autem localia ab aliis praeverbia adpellari ibidem Scaurus prodit, ut apte eidem parti Suetoniani libri adsignentur quae Charisius de eodem Iulio Romano excerpta praebet: *et prius illud praeuerbium an aduerbium dici debeat disputemus. Suetonius etenim Tranquillus praeuerbium putat dici debere quod ante uel* (immo *uerbum*), *aduerbium quod post uerbum appellationem etiam nomenque ponatur* (fragm. 206).

Itaque in libro de variis rebus grammaticas quaestiones Stoicorum ritu pertractasse Suetonius videtur; sed cum haec sola fragmenta aetatem tulerint, nihil de totius libri condicione contendere ausim, nisi quod ipse iam titulus indicat: etiam aliis de rebus illum disseruisse videri. ceterum eidem libro orthographica illa quaestio (fragm. 207) adtribuenda videtur, insignis ea monstro corruptelae, quod domare frustra studui.

Restant duo Tranquilli fragmenta quorum occasionem indicare nondum contigit. unum apud Gellium XV 4, 4 extat: *eundem Bassum Suetonius Tranquillus praepositum esse a M. Antonio prouinciis orientalibus Parthosque in Syriam introrumpentis tribus ab eo proeliis fusos scribit eumque primum omnium de Parthis triumphasse et morte obita publico funere sepultum esse* (210). alterum Servius refert georg. IIII 127: *et per transitum tangit historiam a Suetonio memoratam. Pompeius enim uictis piratis Cilicibus partim ibidem partim in Graecia partim in Calabria agros dedit* (209). quibus fragmentis si ea per se spectas indicari videtur Suetonium praeter Caesarum libros, in quibus illa non leguntur, aliam historiam pertexuisse in qua res Romanae Pompei et Antoni aetate enarratae fuerint. iam vero in additamentis Hieronymi ad Eusebi chronicon haud pauca excerpta bonae et indolis et latinitatis conspiciuntur, quibus res Romanae inde a Pompei morte usque ad pugnam Actiacam inlustrantur. conlegit ea Mommsenus in commentatione de fontibus Hieronymi iam supra adhibita p. 691 sqq. cf. p. 681, ex quo autem auctore desumpta sint in incerto reliquit. sed ne quis de Livio cogitaret optime monuit nec prodigia ab Hieronymo tradita cum Obsequente consentire et secundum periochas interitus Coeli et Milonis in libro ab urbe con-

Digitized by Google

dita CXI, mortem Pompei in libro CXII narratam esse, cum utraque ab Hieronymo inverso ordine ad eundem annum referrentur. praeterea mirum foret si Hieronymus hanc tantum partem Liviani operis excerpere voluisset. nec nominat Livium sed profert Tranquilli nomen ubi auctores additamentorum suorum significat (tom. VIII p. 7 Vall.): *a Troia usque ad uicesimum Constantini annum nunc addita nunc mixta sunt plurima, quae de Tranquillo et ceteris illustribus historicis excerpsimus.* ceteri autem historici quos Hieronymus consuluit longe sunt posterioris aetatis quam qua Tranquillus vixit. cf. Mommsenus l. c. p. 683, ubi tabulam auctorum exegit. itaque quod Suetonius eorum antiquissimus fuit, id in causa fuisse patet, ut Hieronymus ad eius solius auctoritatem nominatim provocaret. quodsi hunc fragmentis quae supra posui historiam huiusmodi conscripsisse subindicari videtur, non facile credo quisquam repugnabit quominus excerpta eius generis Hieronymiana Tranquillo vindicentur. quocum apte congruit quod Cassius Dio eundem librum, quem Hieronymus excerpsit, adhibuisse videtur. cf. Mommsenus l. c. p. 681. hunc enim etiam Caesarum libris Suetonianis studiose etsi non confiteatur usum esse clare ostendit Rothius p. XVII. deinde notabilis est consensus Suetoni Caes. 52 et Hieronymi Cassique Dionis in historia quam falso ab his traditam esse Scaliger in animadversionibus et Mommsenus contenderunt. narrant enim illi (Hieronymus Ol. 183, 4 Cassius 43, 27, 3 fragm. 214*) Cleopatram regio comitatu urbem Romam ingressam esse, in qua re ita errasse eos statuit Scaliger ut Romam confusam putaret cum Alexandria, quam quidem et ipsam urbem adpellari idem demonstravit. atqui Suetonius l. c. haec prodit: *dilexit et reginas, inter quas Eunoen Mauram Bogudis uxorem, cui mariloque eius plurima et immensa tribuit ut Naso scripsit, sed maxime Cleopatram, cum qua et conuiuia in primam lucem saepe protraxit et eadem nauc thalamego paene Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit nisi exercitus sequi recusasset, quam denique accitam in urbem nonnisi maximis honoribus praemiisque auctam remisit filiumque natum appellare nomine suo passus est.* quem quidem locum Suetoni cum Scaliger et Mommsenus ignorarent fidem eius rei Hieronymo et Cassio Dioni denegabant. itaque si illa narratio ex errore nata sit, quod equidem non credo, errorem Suetoni nos agnoscere necesse est.

Quem vero titulum huic libro Suetonius indiderit, in incerto relinquendum esse puto, cum praesertim nec de finibus eius am-

Digitized by Google

bituve satis constet. certum quidem videtur non ultra Actiacam pugnam Suetonium progressum esse, quoniam excerpta Hieronymi in hoc tempus desinunt; sed pro incerto habendum est, a quo tempore historiam orsus sit. nam fragmento illo Servi discimus etiam piraticum bellum a Suetonio narratum esse, ut adpareat eum non a morte Pompei res Romanas perscripsisse, etsi Hieronymus excerpendi initium ab hoc tempore sumpsisse videtur. videri consulto dixi; nam idem refert quo anno Pompeius natus sit. hoc scilicet additamentum ad Eusebi chronicon propter illud Servi testimonium his historiis (fragm. 208*) vindicare malui quam cum Mommseno sedem ei in vita Ciceronis eodem quo Pompeius anno nati adsignare. quae si reputaverimus, non inprobabiliter statuemus hoc fuisse Suetoni consilium ut in primis bella civilia quae cum Pompeio Caesar et Octavianus cum Antonio gessissent enarraret, simul autem omnia conplecteretur, quae ad vitam ipsorum ducum pertinerent.

Quae cum ita sint adducor ut credam Sidonium Apollinarem non errasse (cf. Nipperdeius quaest. Caesar. p. 36), cum haec scriberet (ep. VIII 14 ad Burgundionem): *eminet tibi thematis celeberrimi uotiva redhibitio, laus uidelicet peroranda quam ediderас Caesaris Iulii. quae materia tam grandis est ut studentum si quis fuerit ille copiosissimus nihil amplius in ipsa debeat cauere quam ne quid minus dicat. nam si omittantur, quae de titulis dictatoris inuicti scripta Patauinis sunt uoluminibus, quis opera Suetonii quis Iuuenti Martialis historiam quisue ad extremum Balbi ephemeridem fando adaequauerit.* praeterea commode explicantur ea quae in optimo et antiquissimo Caesaris codice Bongarsiano primo (cf. Nipperdeius l. c.) post verba initio posita *incipit liber Gaii Caesaris belli Gallici Iuliani de narratione temporum* rubro adscripta sunt *incipit liber Suetonii.* nempe coniectura fuit eius qui sciret Suetonium non solum in Caesarum libris scripsisse de Divo Iulio sed etiam in historiis illis bellum eius Gallicum persecutum esse. iam vero haec coniectura vel potius hic error pro antiquissimo habendus est, cum quinto saeculo Orosius 6, 7 Caesariana bella descripturus haec praefatus sit: *hanc historiam Suetonius Tranquillus plenissime explicuit, cuius nos competentes portiunculas decerpsimus.* sequitur autem epitoma de superstitibus Divi Iuli commentariis contracta. eadem autem verba eandemque epitomam is qui historiam miscellam conposuit recepit ita ut cum Eutropio conflaret. sic factum est, ut a. 1544 Robertus Stephanus hanc historiae miscellae partem inscripto titulo *Eutropii epitome belli Gallici ex Suetoni*

Digitized by Google

Tranquilli monumentis quae desiderantur suae Caesaris editioni praemitteret. cf. Rothius p. CI sq.

Vnum fragmentum quod fortasse quis ex hoc libro receptum putare possit consulto omisi. refertur a Servio Aen. I 292: *adulans populus Romanus Octauiano tria ei obtulit nomina, utrum uellet Quirinus an Caesar an Augustus uocari. ille ne unum eligendo partem laederet quae aliud offerre cupiebat diuerso tempore omnibus usus est et primo Quirinus dictus est inde Caesar et post quod et obtinuit Augustus, sicut Suetonius probat.* respicit ad hunc locum et eandem Suetoni memoriam repetit idem georg. III 27: *ut etiam in primo Aeneidos diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat, quodam tempore tres partes populi consentiente senatu obtulisse ei tria nomina Quirini Augusti Caesaris. ille ne uno eligendo alias offenderet partes primo Quirinus est dictus inde Caesar post in nomine permansit Augusti.* nec inepte coniceres hanc memoriam ipsam libri Suetoniani clausulam effecisse, eodem scilicet modo quo Florus epitomam de Tito Livio bellorum omnium annorum DCC conclusit: *tractatum etiam in senatu an quia condidisset imperium Romulus uocaretur; sed sanctius et reuerentius uisum est nomen Augusti, ut scilicet iam tum dum colit terras ipso nomine et titulo consecraretur.* at vidit Rothius p. 286 absurdam illam Servi narrationem male e vita Augusti Suetoniana 7 adferri: *infanti cognomen Thurino inditum est . . . postea Gai Caesaris et deinde Augusti cognomen assumpsit, alterum testamento maioris auunculi alterum Munati Planci sententia, cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere quasi et ipsum conditorem urbis praeualuisset ut Augustus potius uocaretur.* atque infringitur Servi fides etiam eo quod Lydus fere eadem de Augusti nominibus habet, nisi quod Suetonium auctorem non nominat (de mensibus IIII 72): *Ὀκταβιανὸς υἱὸς Ὀκταβίου νίκας πεποιηκὼς μεγαλὰς πολλοῖς ὀνόμασιν ἐτιμᾶτο· οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζον Κυρῖνον οἱονεὶ Ῥώμυλον, ἄλλοι Καίσαρα, ψήφῳ δὲ κοινῇ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῆς βουλῆς Αὔγουστος ἐπεκλήθη.* quam apte autem interdum Servi testimonia et nugae Byzantinorum cohaereant monuit Mommsenus de Gaio ICto in anu. Bekk. et Muth. tom. III p. 2 n. 3b.

Conlectis igitur et dispositis Suetoni fragmentis super est, ut inde rationis et auctoritatis eius imaginem adumbremus. Tranquillus igitur a minutis illis quas vocat quaestiunculis M. Valeri Probi grammaticorum ante Suetonium facile principis aversus rursus antiquaria studia resuscitavit. in his vero id quod facile perspicitur

Digitized by Google

Varronem secutus est ut iure eum Varronem rettulisse dicas, sed tamen non ita ut eius breviator tantum modo evaserit. contraxisse quidem et in brevius coegisse studia antiquaria Tranquillum intelleges si reputaveris Varronem de iure civili quindecim de vita populi Romani quattuor libros scripsisse, Suetonium contra de eisdem rebus duobus libris egisse. sed peculiari tamen consilio haec studia tractavit quippe quae ad suorum temporum rationem et usum accommodaret. sic librum de institutione officiorum et suo ipsius officio et Hadriani institutionibus adductus conscripsit. nova deinde ratione etiam ludorum Romanorum historiam conposuit: nam cum a Varrone antiquitatum divinarum libro nono de circensibus ludis decimo de scaenicis disputatum esset, ipse praeter gladiatorium munus id est ludos amphitheatrales agones post Varronem et Sinnium Capitonem a Romanis receptos addidit.

Sed non solum antiquarii et historici partes sustinuit sed simul physica studia a Romanis Caesarum aetate summo fervore tractata colnit. quae Hadriani tempore non extincta immo fortasse ipsius Caesaris exemplo aucta esse Spartiani in Hadriano 13 verba indicare videntur: *post in Siciliam nauigauit, in qua Aetnam montem conscendit, ut solis ortum uideret arcus specie ut dicitur uarium.* et 14: *sed in monte Cassio cum uidendi solis ortus gratia nocte ascendisset, imbre orto* e. q. s. sed ut in hac re non alienus fuisse Suetonius proditur ab aequalium studiis, ita aspernabatur aliud aetatis suae studium eiusdem imperatoris Hadriani qui Spartiano teste Ennium Vergilio Ciceroni Catonem Caelium Sallustio praetulit auctoritate concitatum, quo ut veteres formas ex antiquorum scriptis erutas in usum communem revocarent nitebantur. his enim se opposuisse Tranquillum supra cum ipso eius scribendi genere et adpositis ipsius testimoniis tum consilio, quod in libris et virorum inlustrium*) et pratorum dispicitur, probavimus.

Quae cum ita se haberent, fieri non poterat quin Hadriani aetate et ea quae proxime secuta est, ut qua antiquarium quod proprie sic vocatur studium vel maxime vigeret, Suetonianorum librorum

*) Eadem aetate etiam Iuvenalis, cum quo Suetonium in constituendis litterarum generibus consentire vidimus, Ciceronem pro exemplo perfecti oratoris habet, veluti sat. VII 139 X 114. item eius scribendi genus longe ab antiquariorum adfectatione abest. nec ipsum Terentium Scaurum, qui Hadriani magister fuit, cum illis fecisse intellegitur ex excerptis libri de orthographia, in quibus nihil conparet quod a nota latinitate recedat.

Digitized by Google

obscuraretur auctoritas. atque extant Frontonis verba in epistula ad M. Aurelium adulescentem data p. 174, unde iam Rothius p. VIIII recte conlegit haud ita benevole de Tranquillo Frontonem sensisse: ** *Tranquilli industriae qui nisi sciret quanto opere me diligeres uoluntarium hoc negotium sibi nunquam expetisset.* praecedunt autem haec: *inuenit autem me Tranquillus cum frigeret etiam nunc uetantem.* et paulo ante: *mea parum refert, quis me de caris tibi amicis diligat, nisi quod prior ratio est eius, qui minus est nostri fastidiosus.* quanti autem iam Traiani tempore eruditio Suetoni aestimata sit ex Plini epistulis clare cognoscitur. nec poterat facile gloria deesse tali viro qui omnes eruditionis partes conplexus alter Varro videretur. quod contra apud Gellium bis tantum eius fit mentio, cum aliis locis nomen eius silentio prematur: atque hic ita quidem Suetoni auctoritate utitur ut priore loco physicam observationem ex ludicrae historiae libro primo petat, altero historias illas quas postremo loco posui adhibeat. at ubi apte poterat ni fallor Suetoni thesauris uti ad Frontonem principem antiquariorum confugit, veluti II 6, ubi sermones M. Frontonis et Favorini philosophi de generibus colorum vocabulisque eorum Graecis et Latinis enarrat: probabile enim est hac de re etiam Suetonium in pratis egisse. cf. praeterea XVIIII 8. 10. 13. nec in ventorum nominibus II 22 eum cum Suetonio consentire iam supra vidimus: Favorini scilicet sermones de ventorum vocabulis regionibusque refert. quare etiam Nonius qui in libro de conpendiosa doctrina antiquarios illos in his Gellium sequitur numquam cum Suetonio conspirat; quo certe indicatur antiquarios de industria Suetonium non adiisse. nec Macrobius qui et ipse de Gellio maxime pendet usquam Suetoni nomen profert, etsi eum copiis eius usum esse supra probavimus. sed non videntur antiquarii Suetonianam eruditionem diu obscurasse; nam ineunte saeculo tertio Africanus Christianorum primus chronographus e Suetoni scriptis ea praecipue quae de regibus Romanorum tradiderat in chronica transtulit, id quod multis locis eorum qui ipso usi sunt Eusebi Ioannis Antiocheni Georgi Syncelli aliorum iam evicimus: ibidem post Mommsenum indicavimus non sine studio Christianos memoriam regum Romanorum ex eo hausisse. eodem tempore etiam apertiora indicia Suetonianae auctoritatis in libris Tertulliani et Censorini, cum de Suetoni libris de spectaculis et de anno Romanorum disputarem, deprehendisse videor. hinc vero perspicitur iam eo tempore Varronis auctoritatem coeptam esse a Suetonio obrui,

Digitized by Google

non quod Varroni contraria docuerit Suetonius — immo vero Varronianam eruditionem praecipue Suetoni opera posteris servatam esse contenderim — sed quia Suetonius et faciliora ad intellegendum propter ipsam brevitatem et accommodatiora ad captum horum temporum tradebat. nimirum quod facilius ex Suetonio antiquae eruditionis copiae hauriebantur Varronis libri non etiam adhibiti sunt. qua re consentaneum est, cum Varronis scripta magis magisque neglegerentur et vero perirent, eo maiore auctoritate Suetonium valuisse. sic quarto saeculo Hieronymus, ut historiam illam bellorum civilium omittam, libro de inlustribus viris, quem ipse imitatus est cuiusque singulas particulas iam ante grammatici veluti Donatus Hieronymi magister ut scholiis praemitterent excerpere soliti erant, in additamentis ad Eusebium usus est: eodemque fere tempore Servius Suetonium in suum usum convertit veluti libros ludicrae historiae et prata, quae quidem ipsa nqmquam nominat ut iam tum singulas pratorum partes seorsum descriptas esse conligere liceat. quamquam in commentariis Servianis, quippe quos ille ex antiquioribus hypomnematis maximam partem conpilaverit, usus Suetonianorum librorum non tam manifesto proditur quam in scholiis Bernensibus, in primis eis quae ad Iunilium id est Philargyrum referuntur. cf. georg. II 158 (fragm. 157* adn. sup.) *Iunilius et Tranquillus* georg. IIII 51 (fragm. 160*) *Suetonius et Iunilius*. iam vero eadem aetate studium conspicitur etiam Suetonianae eruditionis in angustius cogendae, cuius rei exemplum habeas metricam Paulini Nolani de regibus epitomam. huius autem mentione admonemur, ut quod supra promisimus studium illud quo aetate posteriori Suetonianae eruditionis reliquiae versibus conscriberentur (cf. p. 297 sqq.) paucis inlustremus. in qua re discernendae sunt duae aetates, altera Ausoni, altera ipsius medii aevi. Ausonius enim Paulini amicus Caesarum libros brevissimo carmine in epitomam coegerat, eidemque aetati vindicanda videntur carmina illa, quae in Ausoni codicibus leguntur de nominibus septem dierum et mensium a poetis medii aevi saepius imitando expressa. his autem ipsis adtribuenda sunt carmina de duodecim ventis — nam praeter illos *Tranquilli physici* versus, quos iam Beckerus praeclare huc pertinere intellexit, aliud in anthologia Latina carmen eiusdem argumenti extat, quod egregie cum Tranquillo congruit — deinde versus de vocibus animantium, conpositio denique horologii. spirant enim haec omnia

Digitized by Google

mediae aetatis ingenium et latinitatem: atque conpositionem illam horologii Wandalbertum Prumiensem qui circa a. 850 vixit scripsisse constat.

Quinto saeculo scholiastam Iuvenalis ad Suetonium potissimum auctorem se convertisse supra aptis exemplis probavi. eiusdem temporis scholiastae Horati videntur esse, nec multum ab eo remota sint excerpta illa Suetoniana in scholiis Germanici posita.

Summa vero auctoritate valuit Suetonius apud Byzantinos qui cupide eum adhibuerunt ex quo et Graecam et Romanam eruditionem haurirent: sic Lydus, quem maximam partem e Suetonio pendere excerpta illa de mensibus vel eo probant quod nusquam in ipsis nomen eius conparet, cum tales scriptores laudarit quorum libros nunquam ipsum vidisse certum licet adfirmare, veluti M. Varronem. luculentum vero testimonium, unde intellegatur qua ratione Byzantini homines Suetonio usi sunt, Suidae opera s. v. *Τράγκυλλος* servatum est, cuius memoriam e re videtur hic perscribere: *Τράγκυλλος, ὁ Σενητώνιος χρηματίσας, γραμματικὸς Ῥωμαῖος, ἔγραψε περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν βιβλίον α΄· περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωριῶν καὶ ἀγώνων βιβλία β΄· περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ βιβλίον α΄· περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων α΄· περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας α΄, ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ· περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδέας ἐσθημάτων καὶ ὑποδημάτων καὶ τῶν ἄλλων οἷς τις ἀμφιέννυται· περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη· περὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν βιβλία β΄· συγγενικὸν Καισάρων — περιέχει δὲ βίους καὶ διαδοχὰς αὐτῶν ἀπὸ Ἰουλίου ἕως Δομετιανοῦ — βιβλία η΄· στέμμα Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων.* nam ut omittam hunc catalogum librorum Tranquilli indicare eo tempore quo confectus sit multos Suetoni libros iam periisse, ipsae illae inscriptionum mutationes, veluti horum titulorum *ludicra historia*, *de genere uestium*, *de uita Caesarum*, *de inlustribus uiris* apud Byzantinos non solum versiones sed etiam recensiones Suetonianorum librorum extitisse probant. hac cura factum est etiam ut et dissolverentur in partes suas maiora Suetoni opera et Suetoni memoria usque ad ultima Byzantinorum tempora haereret: nam Tzetzes et Eustathius eo usi sunt.

Sed ut a Byzantinis ad litteras occidentales revertar, septimo saeculo extitit Isidorus Hispalensis quem iure alterum Suetonium nomines. hic enim cum pratorum opus etiam in occidente in partes suas dissolutum esset, quarum plurimae interiissent, ipse e me-

Digitized by Google

moria Suetonianorum pratorum similem encyclopaediam originum libros etsi diverso consilio, cum et ipse argumenti occasione data non proprietatem tamen sed originem verborum demonstraret, maxime poetarum scholiis adhibitis condidit. deinde partem pratorum singulari de natura rerum libro imitando expressit, quem inter et originum libros ea differentia intercedit, ut in illo Suetonianae eruditionis reliquiae possint internosci, in his autem Isidorus Tranquillum excerptorum ex toto literarum veterum orbe quoad ipsi cognitus fuit petitorum farragine quasi obruerit. liber autem Isidori de natura rerum auspicatur longam illam seriem imitationum, quibus per totum medium aevum Tranquilli de naturis rerum libros effinxerunt. cf. p. 447 sqq. eandem sortem tulit liber de inlustribus viris.

Denique in hac quaestione neglegenda non sunt glossaria Latina, in quibus multas glossas de Tranquilli pratis desumptas esse suspicor. nam quod duo tantum fragmenta (161 et 167) in glossariis reperta sunt, quibus Tranquilli nomen adiectum erat, non mirabitur is qui reputaverit, cum plurima et antiquissima eorum adhuc in bibliothecis latere tum a breviatoribus praecipue nomina scriptorum in glossariis deleta esse.

ELENCHVS FRAGMENTORVM
QVAE IN QVAESTIONIBVS SVETONIANIS INLVSTRANTVR

Fragm.	Pag.	Fragm.	Pag.
1*	367	48*	405
2	370	51* 52*	424
3*	370 sqq.	56*	405
5*	385	49*	405
6*	423	62*	456
7*	385 423	68*	385
8*	386	69*	406
9*	387	71*	407
11	387	78*	385
18*	380	80	407
25* 26*	424	81*	408
29*	405	82*	408
36* 37*	401	83* 84*	408
38* 39*	380	85*	408
40	387 sqq.	86* 88* 89*	408
45* 46*	395	87*	400
47	392 sqq.	90	409 sqq.

Digitized by Google

Fragm.	Pag.
102* 103* 104*	420 sqq.
105*	418
106* 107* 108*	419
109 110	436
111	427 435
112	436
114*	427 449
115	427
117**	433
118*	429 435
119	434
120*	433
121*	429 sqq.
122*	433 446
124*	446
125*	445
126*	446
127*	449
128*	443
130* 131* 134* 135*	443
133*	445
136*	444
142*	443 445
143*	445
144*	445
145	446
151*	428 456
152*	443
157	449
160*	445
161	437 449
162*	439
163	439
164	439 456
165	453
168	454
169*	453
170 171 172 173	456
174* 175*	455
176	450 sqq.
177	458 sq.
178*	459 sq.
179	459
180*	459
181	462 464
182*	462 sq. 464
183	463
184**	463
189**	464
191	464
195 196	464
197	464
199	465
200	465
201*	465
202	466
203	467
204	467 sq.
205	468
206 207	469
208*	471
209 210	469
214*	470
fig. 2*	446
catalogus Suidae	476

Digitized by Google

IN VITAM TERENTII

COMMENTARIVS

FRIDERICI RITSCHELII

Digitized by Google

IN VITAM TERENTII

COMMENTARIVS

FRIDERICI RITSCHELII.

In vita Terentii emendanda atque adnotanda quibus Donati codicibus usus sim, dixi p. 26 libri Reifferscheidiani. De singulis sic habeto.

A antiquissimus, de quo quidem constet, Parisinus 7920 est, saeculo XI in membranis scriptus, olim nisi coniectura fallit Iodoci Badii Ascensii, ab hoc genero suo donatus Roberto Stephano, post a Petro Daniele possessus. Non exiguo is usui cum editioni Stephanianae fuit tum Lindenbruchianae. Praeterea fieri potest ut iam saeculo XV a Terentii editore uno et item altero inspectus sit. — E ceteris codicibus, quos saeculo XV scriptos n o v i c i o r u m vel deteriorum nomine complector,

B item Parisinus est 7921, chartaceus. Vtrumque magna cum cura Ludovici Rothii caussa Iacobus Hunzikerus Helvetius contulit: unde discrepantiam scripturae omnem Rothius in Museo philol. Rhenano exhibuit vol. XII (a. 1857) p. 174 sqq., selectam in praefatione Suetonii Lipsiae apud B. G. Teubnerum a. 1858 a se editi p. LXXIX sq. Eosdem autem codices cum aliquot annis ante Ludovicus Schopenus noster, dum Parisiis degit, suos in usus consolita diligentia excussisset eiusque conlationis, qua est et liberalitate et comitate prorsus amabili, copiam mihi faceret exoptatissimam: etsi de rebus plerisque satis inter Schopenum Hunzikerumque convenire cognovi, tamen quaedam offendebam molesto testimoniorum discidio tam ambigua ut non mediocriter haesitarem. Hos igitur scrupulos ut de medio omnes tollerem,

Digitized by Google

de singulis discrepantiis quid tandem rei esset quaesivi e viro praestantissimo Carolo Benedicto Hasio: cuius incomparabili humanitate tam et prompte et plene responsum est, ut iam tamquam cum pulviscŭlo exhaustus esse cum thesaurus ille bonitatis Parisinus *A* tum longo ab illo intervallo distans *B* videri debeat. Nisi quod uno de loco fortasse non prorsus ad veritatem testatus sum adnotatione ad p. 27, 12: ubi *amari ab his credat* esse in *A* videtur, non *his* simpliciter.

C Leidensis membraneus, in Vossianis 186: qui dubitatur num forte saeculi XIV sit. In Italia scriptum esse *otto* scriptura pro *octo* p. 32, 14 indicio est. Hunc habui cum mihi conlatum ab Eugenio Mehlero tum a Schopeno sibi.

D Dresdensis 'Elect. 539^{b}, Reg. D. 101', partim in membranis partim in chartis scriptus. Schopeno Ioannes Vahlenus contulit.

E et *F* Vaticanis membraneis, illo Vrbinati 354, hoc Reginae 1496, uti potui ab Ottone Ribbeckio conlatis.

G Neapolitanum musei Borbonici 411 item membraneum rogatus a me Georgius Thilo excerpsit.

Accedit, sed tantum in Donati auctario (p. 35) inspectus a Caspare Barthio Adversariorum lib. VI cap. 26 codex Italus ille, quem tametsi Barthius 'vetustissimum' dicit, tamen non dubitabis in ceterorum numero noviciorum habere. — De Lindenbruchii copiis ms. quantum satis infra dicetur.

In his codicibus quantum fide et auctoritate ceteris vetus Parisinus *A* praestet, longum est singillatim persequi. A quo sive auctore sive duce proficisci emendatio omnis ut a certissimo fundamento debuit, quam autem diu aut profecta non est aut non satis constanter pependit, editorum operam multifariam elusit. Eam praestantiam raris exemplis singuli e ceteris libri communicant: insigniore memoria Dresdensis in *uigessimum* p. 32, 4, leviore in *scribat* 29, 6; item aliquotiens vel Neapolitanus ut p. 27, 12 *ob*, 29, 7 *sumetur*, 32, 13 *cosconius*, vel Reginensis ut p. 27, 4 *C.* pro *cum*, 30, 7 *uehemens esse*, 31, 13 *fabularum dandarum fecerit*, 35, 3 *libo*, 4 *uallegius*, vel sociati Reginensis et Dresdensis ut p. 29, 5 *omnium*, 29, 10 *summa quoque*, vel cum Reginensi Leidensis et Parisinus *B* p. 26, 9 *punici belli*. Generatim enim iudicanti reliqui omnes communi vilitatis notione censebuntur, ut qui vel transcribendi neglegentia vel mala cor-

rigendi sedulitate plurimum vitiorum traxerint. Quos non est mirandum, sicubi apertissimis mendis quibusdam atque adeo monstris scripturae ipse vetus Parisinus (ut fere fit in hoc genere) inquinatus est praeter solitum, tali corruptela liberos mansisse: quae non propria virtus est potius quam fortuita vacuitas erroris. Velut in illo si peccatum est *dum et inhuius et* p. 27, 10, *siministros* 28, 4, *comedias dedit* 32, 10, et si quae alia sunt utut per se vitiosa, at levidensia prae multitudine praeclararum lectionum ab eodem *A* solo servatarum. Non autem ipsum fontem ceterorum Parisinum esse certissimo intellegitur hoc documento, quod gravis lacuna illa, qua in *A* hausta sunt verba p. 28, 9 sqq. *recitare ad cenantem cum uenisset dicitur initium quidem fabulae quod erat contempti*, ad ceteros omnes non pertinuit. Ad temporum autem iniuriam et incuriam hominum quod accessisse etiam hominum iniuriam significavi, eius rei certus testis codex Vrbinas exstat, grammatici alicuius haud indocti et curas et interpolationem expertus. Vnde non est mirum alia in hoc libro vere correcta esse ut p. 28, 6 *opera*, 28, 10 *initium*, 29, 9 *numum*, p. 30, 12 *laelio et scipioni*, 34, 12 *despectus*, 35, 4 *fabulam*: turpiter foedata alia, quo praeter cetera (in his deletum *die* vocabulum p. 29, 8) gravior interpolatio illa pertinet qua p. 30, 3 verba quae sunt *quibuscum familiariter uixit* iterantur e p. 27, 3. Quamquam ne a ceteris quidem libris corrigendi studium alienum fuisse talia ostendunt qualia sunt in Vrbinati Reginensique e Terentio petitum *isti* p. 30, 5, vel indidem insertum *tempore* in Vrbinati, Leidensi, Reginensi p. 30, 11, vel praeter Vrbinatem *aut* in solo Reginensi p. 26, 10: illa ut prorsus taceam in quibus omnes consentiunt contra *A*.

Z editionem principem eam dixi quae Romae anno 1472 prodiit apud Conradum Sweynheym et Arnoldum Pannartz. Nam hanc principem esse reapse, insecutam demum proximo anno 1473 quam sine loci annive notatione Vindelinus Spirensis foras dedit, huius demum traducem eam esse quae item sine loco et anno emissa ad Mentelium Argentoratensem refertur, non paucis eam vitiis inquinatam, certis mihi argumentis Schopenus persuasit. Vt fallatur cum aliis bibliographis Ebertus n. 6333 sqq. Illa igitur vere princeps, a qua tamen non nisi perleviter Vindelini exemplum discrepat, quin e codice Vrbinatis simillimo ducta sit, singulae fere paginae testantur sociatis *EZ* notis nostris.

Digitized by Google

Inde ab anno 1472 ad 1517 in lucem prodita exempla Donati cum Terentio sociati, quae non distincta inter se Veterum nomine comprehendi, etsi pauca correxerunt, tamen non correxerunt sine libris. Repositum p. 32, 5 *qua* non est sane e nostris petitum: sed *punici* p. 26, 9 inseruerunt cum omnibus, cum Reginensi restituerunt *aut* p. 26, 10, cum uno Vrbinati *initium* p. 28, 10, *laelio et scipioni* 30, 12, cum eodemque etiam interpolata p. 30, 3 verba communia habent. Verum cum ipso adeo Parisino *A* eoque solo eadem *sarcinarum* participant p. 33, 2 (quamquam id peti etiam e vita Ambrosiana potuit), et quod gravius est soloque typothetae errore omissum in adnotatione nostra, ab eodem *A* servata *et Attilio* verba p. 34, 1: quae verba singulari vel casu vel neglegentiae exemplo factum est ut post rursum praetermissa nec in Aldina nec in Stephaniana instaurarentur, sed ab Oudendorpio demum revocarentur *).

Aliquanto longius progressus in emendando Aldinae a. 1517 editor Franciscus Asulanus (quem alii esse Andream Naugerium malunt) ne ipse quidem copiis ms. destitutus fuit. Qui etsi pauca quaedam suam secutus coniecturam reposuit, ut p. 26, 9 *natus sit*, vel praeter verum *dices* p. 33, 10; tamen pleraque

---

*) Absunt ea verba praeter tres editiones 'principes' a Tarvisina a. 1477 et Argentina (Ioannis Prüss) a. 1503: accesserunt in Venetis (Andreae de Asula Bartholomeique de Alexandria) a. 1483, Brixiana a. 1485, Venetis a. 1487, 1490, 1491 (Bernardini de Choris), 1493, 1497 (Iacobini de Pentiis de Leucho), 1504, 1512. In quibus quod etiam Venetas a. 1493 et 1512 numeravi, quarum illa num exstaret omnino dubitabant cum Panzero t. III p. 342 Schweigerus p. 1052, hanc idem prorsus ignorat, feci quod exemplaria Bonnensia tractare licuit quorum indices in Epimetro posui. Ceterarum, quas bibliotheca academica nostra possidet, propterea nullus usus fuit quod Donati (h. e. Suetonii) vita omnino carent: in quo numero haec sunt: Argentinae a. 1496 et 1499, Parisina a. 1503, Lugdunensis a. 1506 et 1511, Veneta a. 1511, Lipsiensis a. 1512, Tubingensis a. 1514, Argentinae a. 1514 et 1516. Quarum etsi quaedam habent sane vitam Terentii, tamen non habent a Donato profectam, sed duce tantum Donato factam ab Ascensio; ipsius Ascensii Parisina a. 1504, quam aliquotiens Rothius commemoravit, in promptu non fuit. De Veneta autem a. 1492 ('per Bonetum Locatellum') et Mediolanensi a. 1501 propterea mihi non liquet quod earum exemplaria Bonnensia in ipso principio mutila sunt. Ceterum de Mediolanensi deque Parisina a. 1503, quarum nullam bibliographi notitiam habent item dixi in Epimetro.

Digitized by Google

quae novavit aliunde hausit, fonte usus modo mediocri et Vrbinatis simili ut p. 34, 12 *despectus*, modo proxime accedente ad Parisini *A* praestantiam ut p. 27, 11 *pulchrum putat*, 31, 5 *ingressum*, 34, 1 *licinio*, 35, 4 *terentium*. Nam sua sponte intellegitur unum codicem esse potuisse, qui Asulano praesto fuerit, bona malis miscentem.

Simillima atque inter Veteres et Aldinam ratio condicioque inter Aldinam et Parisinam editionem intercedit a Roberto Stephano paratam anno 1529. Pauca fortasse e deteriore libro deprompta sunt ut p. 27, 6 *et cornelius*, 28, 1 *ipsus sublatis:* multo plura non e perbono tantum, sed e tam simili veteris Parisini ut non possit non pro eodem haberi. Documento haec sunto: p. 27, 12 *ob*, 29, 5 *omnium*, 6 *scribat*, 7 *sumetur*, 9 *id est*, 10 *summa quoque*, 32, 4 *nondum*, 34, 7 *item*, 8 *tu in summis*[*s*]*o*, 35, 3 *Libo*, 5 *in actione*. Quo minus dubito ad ipsum Parisinum *A* referre quae de vetusto quodam exemplari suo Stephanus in praefatione prodidit. Ibi enim postquam Donati commentarios tum primum instauratos, discretos distinctosque, in ordinem suum redactos, a corruptelis liberatos, suppletos gloriatus est, pergit in hunc modum: 'Postremò reposita graeca propè omnia, pro quibus antehac excusi codices lacunis ferè scatebant. Haec enim laboris pars operosissima fuit: cum in vetusto exemplari manu scripto (quod nobis erat ex dono Iodoci Badij optimi soceri nostri, déque optimis studijs in omni vita benè meriti) obscura tantum restarent vestigia graecarum literarum: quae, nisi ab homine perito, diuinari non poterant. Quae omnia in fauorem et subsidium studiosorum praestitit quidam noster, imò communis optimi cuiusque amicus, graecè ac latinè doctissimus: qui hanc suscepit emendationem antiquo illo, quem dixi, potissimum fretus archetypo. Cuius fidem etsi in plaerisque secutus est: in plurimis tamen est usus coniectura sua: caeterum non sine acerrimo, quo in primis praeditus est, iudicio.' Vbi '*Quae omnia*' cum dicit, non ad Graeca tantum illa Stephanum respicere, sed simul ad ceteras emendationis partes antea commemoratas, res ipsa loquitur. Ceterum illum 'quendam nostrum, imo optimi cuiusque amicum graece ac latine doctissimum' Iacobus Bernaysius suspicatur non alium nisi Guilelmum Budaeum esse.

Post Stephanum ad emendandam hanc vitam perpauca vel Desiderius Erasmus in Basileensi Frobeniana anni 1532, vel

Digitized by Google

in Veneta Aldina anni 1555 Antonius Muretus contulit. Huius enim dumtaxat duae fuerunt probabiles emendationes, p. 27, 10 *uocem diuinam*, 32, 8 *urbe*: illius una sola *Santra* p. 31, 10 inter pravas vel inutiles complures p. 32, 15. 35, 4. 5. 6, quo etiam propositum in margine p. 35, 7 *qui iura populis consultus dabat* pertinet. Has autem ne quis forte in Erasmianam transisse ex ea Stephaniana suspicetur quam uno anno ante Parisiis emissam prodidere bibliographorum filii inde ab Almeloveeno de vitis Stephanorum (Amst. a. 1683) append. p. 5 ad Renouardum in 'Annales de l'imprimerie des Estienne' (Par. a. 1843) t. I p. 35: sciendum est illius anni 1531 Terentium Stephanianum nullum umquam exstitisse videri, ut quem consultae a me bibliothecae lautissimae prorsus ignorent, nec Germanae tantum Vindobonenses Monacensis Berólinensis Goettingensis Dresdensis Heidelbergensis Vratislaviensis et si quae aliae sunt Borussicae, sed etiam Leidensis atque adeo ipsae Parisinae.

De Friderici Lindenbruchii curis Rothius dixit Musei Rhen. l. s. s. p. 175, ipsos codices illi nullos praesto fuisse ad adornandam editionem Parisinam anni 1602 (iteratam Francofurti a. 1623) disputans, sed excerptas tantum e variis codicibus lectiones, quas ei vel conlectanea quaedam bibliothecae Regiae, vel typis expressa exemplaria Pithoeorum Francisci Petrique, conlata ea cum ms. codicibus Antonii Contii et Iacobi Cuiacii antecessorum Bituricensium, vel schedae Petri Danielis Aureliani praebuissent. Et has quidem schedas ad ipsum Parisinum *A* spectasse satis confirmat consensus testimoniorum. Hinc igitur est quod vitam Terentii quibusdam in locis, verum eis tamen non multis, emendatiorem edidit, velut receptis quae Stephani amicus neglexerat p. 26, 8 *inter finem*, 27, 4 *et C. Laelio*, 29, 8 *bis die*, 31, 12 *C. Sulpicio*, 32, 13 *Cosconius*, 33, 2 *sarcinarum*, 5 *post*. De qualibus quae ipse perpauca adscripsit codicum testimonia, quoniam et valde ambigua sunt nec omni ex parte vera, quo certius aliorum errores quosdam caveas, ipsius verba infra posui*).

*) Manarunt enim tales errores ex eo potissimum, quod testimonia illa vel alia vel auctiora in Francofurtensi p. 631 sq. quam in Parisina p. 621 sq. exstant: quemadmodum etiam Contii Cuiaciique mentio in alterius demum editionis praefatione accessit. Itaque Francofurtensis quaecunque vel addidit (+) vel mutavit (=) uncis saepsi. — P. 31, 8 ET QVI CONSVLARIBVS] MSS. *Cuius consularib.* [= MS. R. *Cuius consulari-*

Paullulum est quod vitae Terentii Suetonii editores praestiterint Ioannes Schildius (qui illam primus vitis Caesarum iunxit) in Leidensi a. 1647, Ioa. Georgius Graevius in Traiectinis a. 1672. 1703, Samuel Pitiscus verbosissimis commentariis res explanans planissimas in Leovardiensibus a. 1690. 1715, Iacobus Gronovius in Leidensi a. 1698, Petrus Burmannus in Amstelaedamensi a. 1736, Io. Aug. Ernestius in Lipsiensi a. 1748. 1775, instaurata a Frid. Aug. Wolfio a. 1802, his autem omnibus aliquanto praestantior Franciscus Oudendorpius in Leidensi a. 1751.

In perscrutando autem atque penitus exhauriendo thesauro Parisino laudabiliter pergens Rothius num quid nobis reliquerit, viderint qui, quid a nobis ipsis relictum sit, docebunt. Modo manus suas ab his Musarum deliciis tales abstineant qualis nuper prodiit in Philologo Leutschiano vol. XV p. 507: qui non tantum *sui ministros* (sive *suos ministros* voluit) hoc est 'ministros libidinis' Scipionem Laelium Furium fecit, sed idem *turpi flagitio stupri* innocentissimorum par poetarum planeque mellitos versiculos conspurcavit ac prope dixerim constupravit.

Pag. 26, 9 *Punici belli*, quem ordinem servarunt cum Parisinis Leidensis Reginensisque, prorsus de more Suetonii conlocata sunt, qui *inter secundum ac tertium Punicum bellum* dixit de gramm. c. 2 ibidemque *Naeuii Punicum bellum*, item *secundo Punico bello* d. Aug. 2, *Punicis ac Gallicis bellis* Ner. 38. Omninoque

bus.] — 32, 11 *Navim cum semel*) MS. Danielis. *Navim ut semel.* — 32, 13 QV. COSCONIVS) Ita ex MSS. edidimus. vulg. hactenus fuit *Consentius.* — 33, 2 *Amissarum sarcinarum*) Nihil rectius hac lectione, quam omnes scripti codd. praeferunt. in editis libris est *satyrarum.* [= praeferunt, excepto uno in quo *fabularum* erat. Vulgo hactenus legitur *satyrarum.*] — 34, 1 [+ *Sed Licinio*) MS. *sed Livio.*] — 34, 5 *In medio populi*) MS. Dan. *In medium nobis sedatis* etc. — 34, 6 *Quidquid come*) MS. *Quiddam come.* [+ al. *Quidquod.*] — 34, 12 *Despectus parte*) MS. Dan. *despecta parte.* — 35, 6 *Cuiae sunt!*) Sic lib. Dan. al. *cuius sunt?* — Quo illud accedit ceteris gravius quod adnotationi ad p. 35, 7 subiecci. — Ad Parisinum *B* spectare potest quod in uno solo proditum p. 33, 2 *fabularum* testatur: non potest, cum in 'MS. R.' legi *cuius* dicit p. 31, 8, quod in uno *A* repertum est. Quare, si modo R. notam recte interpretor *Regium*, de 'collectaneis bibliothecae Regiae' illis cogitandum videtur.

Digitized by Google

in plus viginti exemplis non repperi nisi quinque ordinis contrarii, si modo ab unorum *ciuilium bellorum* (vel *ciuilis belli*) mentione recesseris, in quo genere solo totiens fere, quotiens praecedit adiectivum, idem postponitur*).

Pag. 26, 9 *et natus sit et mortuus*, pro eo quod inde ab Aldina vulgatur *natus sit et mortuus*, dubium vix est quin recte eruatur e librorum scriptura *natus est et mortuus:* ubi elapsae ab initio *et* particulae, quam geminatam requirit argumentandi evidentia, ipse vitiosus *est* indicativus indicio est.

V. 10, ubi prorsus necessaria *aut* particula, qui tueri *Numidis et Gaetulis* Rothius p. 177 potuerit, aegre intellegas.

Ibidem prodita in libris verba *ad ducem romanum peruenire potuisse*, in quibus ineptum est ducem potissimum commemorari, etsi ad sanam eandemque satis eleganter elatam sententiam Schopenus apud Fleckeisenum praef. Ter. p. V sic revocavit: *adduci Romam ibique uaenire potuisse*, tamen cur haud paullo leniorem Iacobi Gronovii emendationem spernamus *dm̃um* h. e. *dominum* pro *ducem* reponentis, caussam non video. Esto ut proprium sit 'de servis vaenalibus' *adduci* verbum: at nec minus proprie vel hereditate vel emptione res quaelibet ad aliquem *peruenire* dicitur, nec omnino proprietate verborum opus est ubi nihil nisi hoc agitur, ut non intellegi declaretur quomodo ab Afris captus poeta servus fieri Romani hominis potuerit. Ceterum *ducem* vere Rothius dixit iam ab eo lectum qui epigrammatis apud Burmannum II, 220, apud Meyerum 845, hunc versum fecit *Romanis ducibus bellica praeda fui.* Vnde rursum vita Petrarcae profecta *a Romanis ducibus captum* dicit. Contra Schopeni coniecturae favere vita Sicconis Polentoni (Parerg. Plaut. p. 635) videretur, in qua est *puer captus bello et Romam ductus*, nisi illa ex

*) Quinque quae exemi exempla haec sunt: *bellum Siculum* Aug. 16, *Siciliense* 70, *Philippense* Aug. 29. Tib. 5, *Vitellianum* Dom. 1. Contra quae magna multitudo talium valet: *Gallici ciuilisque belli* et *Gallici belli* Iul. 56, *Galticis bellis* 69, *Philippense bellum* Aug. 13, *Philippense et Siculum b.* ib. 22, *Cimbrico Marsicoque b.* ib. 23, *Mutinensi b.* ib. 84, de rhet. 1, *Cantabrico b.* Aug. 85, *Alexandrino b.* Tib. 4, *Rhaeticum Vindelicumque b.* 9, *Mithridatico b.* 37, *Germanico b.* Ner. 4, *Viriathini b.* Galb. 3, *Samnitici b.* Vit. 1. — *Ciuilia bella* vel *ciuile bellum* habes Iul. 36. 42. 68. 83. 86, Aug. 83, Claud. 13, Ner. 2, Vesp. 7, Dom. 10, de rhet. 1: *bellum ciuile* vel *bella ciuilia* Iul. 27. 50. 54. 75, Aug. 9. 25. 32. 40, Claud. 13, Vesp. 1. 12, Dom. 6. — Ceterum finitimum genus tetigi ad p. 31, 13.

Digitized by Go

ipso Petrarca ducta esset. — Speciosior autem quam verior eiusdem Rothii disputatio haec est: 'Erst dann wird ein Vorschlag befriedigen, wenn dadurch Fenestella's Argumentation klarer wird; wie die Worte jetzt lauten, will er gegen die Kriegsgefangenschaft des Dichters sprechen, widerlegt aber dessen africanische Herkunft.' Nimirum sic apparet Rothium ratiocinari: si nec bello captus sit a Romanis, nec commercium inter Italiam et Africam ante deletam Karthaginem ullum fuerit, non potuisse illum omnino Karthagine Romam ullo modo pervenire. Verum ne inter ipsam Karthaginem quidem et Italiam ullum commercium intercessisse quis vel contendat vel contendi a Fenestella sibi persuadeat? Quem apertissimum est de Numidarum Gaetulorumque, non de Karthaginiensium cum Italicis commercio cogitare. In quam partem verba Suetoniana Rothius nullo negotio sic potuit deflectere ut scriptum fuisse *inter Italicos et* [*ceteros*] *Afros* coniceret: ita enim omnis Fenestellae ratiocinatio firma et perspicua et sibi constans prodit. Sed ne hoc quidem adminiculo opus est: nam *Afros* cum dicit Suetonius, non alios nisi ceteros praeter Karthaginienses populos cogitat. Planissime ita Livius XXVIII, 44 '*Karthaginiensi* nihil ciuilis roboris est: mercede paratos milites habent *Afros Numidasque*': eandemque in partem eiusdem haec valent XXIX, 3 'mercede parari auxilia ex *Afris*', c. 4 'ad conducenda *Afrorum* auxilia': quae item opposita sunt Karthaginiensium notioni. [His pridem scriptis suam nobiscum coniecturam Mommsenus communicat, qua pergens in Schopeni via, sed ad librorum fidem aliqua ex parte propius accedens *adductum Romam uenire potuisse* proponit.]

Pag. 27, 7 *tradat* ... *faciat* coniunctivos constans loquendi consuetudo Suetonii (cuius plus viginti exempla numeravi) cum hic postulabat tum infra p. 29, 6 *quamuis Volcatius* ... *scribat*. Simillimo exemplo *quamuis ipse in historiis suis prodat* dixit in vita d. Claudii c. 21. Indicativum ei particulae semel iunctum d. Aug. 42 *quamuis destinarat* non debebat cum aliis Oudendorpius defendere.

Pag. 27, 9 sqq. positos Porcii Licini septenarios etsi aliqua ex parte olim tractavi Musei Rhenani t. II p. 648 sq. vel Parergon Plautinorum t. I p. 637 sq., tamen non est mirum novae viae ducem veterem codicem Parisinum extitisse tum parum cognitum. Cuius virtus in primis statim versiculis enitescit, quos ille

Digitized by Google

tales exhibet: *dum lasciuiam nobilium et laudes fucosas petit, dum africani uocem dum et inhuius et auidis auribus, dum ad firum se centare et lelium pulchrum putat.* Vbi numeros duriusculos *fucosas laudes petit*, quos subtili aurium iudicio F. A. Wolfius repudiabat, ceteri libri omnes tuentur non minus vitiose quam in fine tertii versus *putat pulchrum*, quem ordinem verborum primus Asulanus emendabat in exemplo Aldino.

Item versu proximo quamvis portentosa corruptela *uocẽ dum et inhuius et* scriptum sit pro eo quod ceteri servarunt *uoce diuina inhiat*, tamen vel hic vestigium veri in *uocem* scriptura relictum est: quando accusativos requiri *uocem diuinam* iam Muretus perspexit. Ne quis enim *uocei diuine* h. e. *uoci diuinae* potius, quod probabat Daniel Heinsius, delitescere in *uocẽ dum et* suspicetur, reputandum est posterioribus demum scriptoribus, poetis potissimum, dativum placuisse, ipsum accusativum hoc quidem appetendi significatu antiquiores probasse, velut cum *hereditatem* vel *aurum* vel *bona inhiare* Plautus dixit Stich. 605. Aul. II, 2, 17. 89. Mil. 715. (1199.) Truc. II, 3, 18, *mortem* alicuius Caecilius v. 147 Ribb.: nam *uberibus lupinis inhiantem Romulum* cum dicit Cicero in Catil. III, 8, 19, propria verbi notio servata est.

Insequenti versu cum e noviciorum codicum memoria *dum ad furium se coenitare* (*coemitare*, *coemptare*), mensurae ut consuleret, *dum se ad Furium coenare* Wolfius effecisset, et proditi verborum ordinis et formae frequentativae tutandae viam rursum solus Parisinus monstravit: in cuius scriptura *firũ* non *Furium* latere, quod ex inferiore versu p. 28, 4 huc adscitum est, sed ipsius Furii illius cognomen *Philum* felici acumine Rothius adsecutus est.

Gravioribus turbis proxima affecta sunt. Quorum cum haec esset in libris noviciis species: *dum se anlari ab his credit crebro in albanum rapi ad florem aetatis suae ipsis* (vel *ipsus*) *sublatis rebus ad summam inopiam redactus est*, quae verba duorum versuum ambitum superant, non satis sunt ad tres complendos, et Wolfio et nuper Rothio et nobis olim ipsis haec via ineunda visa est ut intercidisse quaedam putaremus. Quali tamen lacunae supplendae quae vel a Wolfio vel a Rothio temptata sunt (in cuius argumentationibus p. 178 sq. perscriptis nihil quod probari posset inveni), eorum plurimis de caussis eisque satis manifestis nullus prorsus usus est. Quod contra, si modo de lacuna cogi-

tandum, ne nunc quidem valde displicitura sint a nobis olim commendata supplementa, quae esse talia volebamus: *Dúm se ab his amári credit ób florem aetatis suae*, || *Dúm [se corum rédis gestit] crébro in Albanúm rapi*, || *Suís sublatis rébus ad summam inopiam redáctus est.* Verum tamen in hac versuum conformatione ut hodie non acquiescamus, non lèves rationes praesto sunt. Quarum gravissima haec est, quod et mirum in modum languent quae scripta sunt *dum se ab his amari credit*, quod saltem *gloriatur* dicendum erat vel similiter, et eadem amoris notionem multo certiorem atque apertiorem produnt, quam quae in praemissa a Suetonio verba quadret quibus is *Porcium suspitionem de consuetudine facere* significabat. Vnde fit ut illa ipsa verba in suspitionem incurrant nec de lacuna potius quam de interpolatione cogitandum videatur. Nam ut, quo Porcii versiculi spectarent quamque vim illa potissimum haberent quae sunt *ad Philum se cenitare et Laelium pulchrum putat*, doceretur, sat profecto proclive erat adscribi ab interprete, quae post in verba poetae inrepserunt, *se amari ab his credit.* Huc autem accedit quod a ceterorum codicum memoria non leviter veteris Parisini fides discrepat: in quo, praeter *credat* pro *credit* positum, proxima in hunc modum scripta sunt: *crebro in albanum rapitur ob florem aetatis suae post sublatis rebus* e. q. s. Ergo, ne moras nectam, a *dum* particula incipiens quartum enuntiatum sequebatur, integrum id septenarium aequans eumque una *crebro* voce transposita tam concinnum quam quod maxime: *Dúm in Albanum crébro rapitur ób florem aetatis suae*, in quadruplici autem protasi constructio omnis substitit nec omnino ad quintuplicem progressa est. — At vero protasim *dum* coniunctione factam quid esse dicamus quod in apodosi *post* particula excipit? id quod nemo non videt prorsus destitui ratione. Porro autem quas tandem *res sublatas* interpretabere, sive cum Wolfio *ablatas* substitueris? Quos enim esse putabimus qui res quaslibet Terentio vel sustulerint vel abstulerint? ut *res* esse bona possessa a poeta largiamur. An Scipionem, Furium, Laelium? Perversa haec sunt omnia aut abhorrentia a latinitate: sanum nihil, quamdiu quidem in hac via persistimus, nisi ut *re* potius, non *rebus*, h. e. re familiari 'perdita' vel 'pessumdata' diceretur. Prorsus diversam notionem pluralis numerus flagitat, quae vix alia esse potuit nisi ut, qui alienam gratiam cupidius sectaretur luxuriaeque studia cum nobilibus par-

Digitized by Google

ticiparet, *suis* ipsius *rebus* 'neglectis' vel 'postpositis, posthabitis' ad inopiam esse redactus diceretur. Eamque ipsam in viam vetus nos Parisinus ducit, e cuius scriptura *aetatis suae post sublatis* lenissima transpositione eruitur, quod a Porcio scriptum esse pro certo affirmamus, *aetatis suae,* || *Suis postlatis rebus* e. q. s. Ipsum *postlatus* vocabulum quotiens vel usurpatum a scriptoribus vel a librariis obscuratum sit, idoneis exemplis Oudendorpius in Suet. vit. d. Aug. c. 77 docuit. — Ceterum ad nobilium inlecebras illas ut paucis redeamus, *Albanum* cuius fuerit incompertum nobis. Fortasse ipsius Scipionis: cui coniecturae saltem illud non obstat quod Scipionis iam ante mentio facta est. Satis enim commode post Scipionem, Furium, Laelium singillatim commemoratos, ut quos in urbe poeta singulos coleret, quarto loco inferri cuiuslibet villa potuit tamquam commune amicorum illorum omnium conciliabulum voluptatis deliciarumque. Quae si ratio inter v. 2. 3 et v. 4 intercedit (nam primo versu generatim, quae per partes explicantur deinceps, comprehenduntur), etiam planius intellegitur quam a veritate abhorreat Rothiana ratio, qui ipso quarto versu apodosim fieri praemissarum protasium sibi persuasit prorsus mirabiliter.

Pag. 28, 2 qui insequitur versus, in Parisino talis est: *itaque ex conspectu omnium abit greciam in terram ultimam.* Vbi sic discrepant ceteri, ut (praeter *e* formam pro *ex* substitutam) vel *abiit in graeciam terram* prodant vel *ábiit in greciam in terram* vel *abit* (*abiit*) *in greciam* omissa *terram* voce: ut incerta sede fluctuare *in* praepositionem appareat. Numeris autem quo satis fiat, duae solae corrigendi viae patent: aut ut *ábiit Graéciam in terram* probetur aut ut *ábit in Graéciám terram*: nullus est enim quem Rothius versum finxit. Vtrum praestet, non est difficile iudicatu: perinde vel *abit* praesenti tempore vel perfecto *abiit* dicebatur, non perinde *in* praepositio vel praemittebatur vel media inserebatur. Nam poetico tantum artificio, quale ab hoc genere litterarum alienissimum est, sic loqui *Graeciam in terram* licuit, quem ad modum *Celtiberia in terra* Catullus 39, 17 dixit: *in Graeciam terram* (vel etiam usitatius *in terram Graeciam*) prosae orationis simplicitatem servans castitas sermonis antiqui postulabat, sicut in Trinummo *aduecti ad Arabiam terram sumus* Plautus dixit v. 933, *Arabiam ad terram* non magis potuit quam, qui poetam non ageret, *Rhenum in fluuium* vel *Alexandrum ad filium*. Nec aliter, qui Catonis Varronisque exem-

plo valde delectatur hac societate nominum, Gellius: *in terra Graecia* I, 1. XVII, 3. XVII, 21 § 16 et 23, *in terra Vmbria* III, 2, *in terra Africa* IV, 18. XVI, 11, *in terra Italia*, *in terram Laconicam* XVI, 19, *ex terra Hispania* XVII, 3, *e terra Asia* XIX, 9. Contra poetico colore tinctus Taciti sermo non refugiebat *Capreas se in insulam abdidit* Ann. IV, 67, et si quae sunt similiter dicta inverso ordine ut *oppido a Canopo* II, 60, *montem apud Erycum* IV, 43. Ceterum uno verbo repellendi sunt qui *Graeciae in terram* commendarunt non perspecta vi appositionis quam sanissimo iudicio Carolus Nipperdeius nuper explicavit Spicileg. crit. in Cornel. Nep. p. 35 sq. — Vnum restat, quod etsi dubitationi esse obnoxium sentio, tamen silentio praetermittere religioni duxi. Etenim numquam non offensioni fuisse fateor quod, quo se receperit Terentius, Graecia *ultima* dicitur: cuius quidem definitionis vereor ut ullam certam notionem menti suae informare veteres ipsi potuerint: tam illa et ab usu recedit et, situm Graeciae si qualis sit reputaveris, suapte natura mirum in modum vagatur. Remotissimae ab urbe Roma (vel etiam Brundisio) partes Graeciae navigantibus quidem non fuerunt aliae nisi Attica, Euboea, Thessalia: quarum illas duas, qui delitescere vellet, non profecto petiturus erat praeter alias, rursus autem haec, Thessalia, per Epirum iter facientibus multo quam ipsa Attica vel Euboea propinquior erat. Ergo quocumque te verteris, cum semper aliquid insoliti multumque ambigui habeat *Graeciae ultumae* appellatio, non levis suspitio nascitur *in Graeciam terram intumam* potius, quo e conspectu omnium se subduceret, Terentium recessisse auctore Porcio h. e. eam in terram in qua etiam mortem obiit, quae fuit Arcadia. Nam nihil huc pertinet, quod illum alii omnino non in Graeciam, sed in Asiam profectum tradidere, ut Volcatius Sedigitus infra commemoratus a Suetonio.

Pag. 28, 3 sic Parisinus *A*: *mortuus est infalo archadiae oppido* e. q. s. Vbi *in phalo* libri novicii plerique, *in stimphalo* cum Vrbinati editio princeps, turpi ut apparet soloecismo. Quod intellegens Rothius soloecismum tamen ne ipse quidem cavit cum Porcio haec verba tribuit: *Mórtuust Stymphálo Arcadiae in óppido.* Tolerari potest, quam ille necessariam dixit praeter veritatem, *in* praepositio: non potest in bono scriptore *Stymphalo* forma pro ea quam antiquitas solam probavit *Stymphali*: quod genus accurata ut solet doctrina idem ille Nipperdeius l. s. s. tractavit p. 15 sq.

Digitized by Google

Et certissimo indicio veri ipsa haec vita Terentiana est inferiore in loco p. 32, 15, ubi '*ceteri mortuum esse in Arcadia Stymphali siue Leucadiae tradunt*' scriptum est in libris, ex interpolatione autem inrepsisse *Stymphali* nomen infra apparebit. Ibi igitur in interpretamento fortuito servatam legitimam *Stymphali* formam ubi huic in quo versamur loco reddiderimus, simul autem, quas turbas in antiquorum poetarum codicibus *est* verbi aphaeresis, sive synaloepham dices, tamquam de more creaverit, memineri-mus, dubitari nequit quin ipsam Porcii manum hac demum emen-datione recuperemus: *Mortuos Stumphalist Arcadiae oppido.* Nam ne quis hiatui patrocinetur in medio septenario: *Mórtuost Stym-phăli Arcádiae óppido*, reputandum est praeter alia, artiore con-structionis vinculo, quam ita ut divelli possint, *Arcadiae oppido* verba contineri. Nec offensioni esse dactylus in quarto pede debet, ut qui satis veniae cum a nomine proprio tum ab ipsa eli-sione habeat. Prorsus autem simplicitati conlocandorum verbo-rum, qua hoc genus versuum regitur, inludat si qui *Mórtuŏs Stym-phăli Arcádiaest óppido* commendare animum induxerit*).

Pag. 28, 4—7 cum exitu tertii bene factum quod non semel scriptos habemus, sed circa finem huius vitae p. 33, 6 iteratos in libris post illa quae sunt *quo magis miror Porcium scribere.* Ita-que quo expeditior conlatio esset, utriusque loci versiculos, qua-

*) Ceterum non fore lectu iniucunda arbitror quae de his versi-bus per prooemii academici opportunitatem proximo anno a me tracta-tis F. Th. Welckerus ad me perscribebat ex itineris Graeci memoria repetita: 'Das Gedicht des Porcius Lic. ist höchst interessant durch die tief gehenden Andeutungen die es nach zwei Seiten hin, wie von einem hohen Stande der Bildung, in milder und fast elegischer Satire ausdrückt. Wenn es nicht aus andern Gründen unwahrscheinlich ist dass der genial anziehende Liebling der Grossen sich in Zerwürfniss und Verdruss wirklich in das poetisch und politisch den Römern schön klingende Arkadien zurückgezogen hat, so war Stymphalos ein ange-nehm gelegener und kein kleiner Ort. An der sehr gelinden und mäs-sigen Anhöhe, wo die weit verstreuten Ruinen den Umfang der Stadt zeigen, führt ein ehmals vortrefflicher Steinweg, in Stufen wovon noch viel erhalten ist, sanft hinauf; und unten am Rand sind in die niedrige zum Theil einigermassen behauene Felswand oder aus ihr heraus Exe-dren ausgehauen, von denen aus man das weite Thal mit dem See und dem mässigen Bergzug gegenüber ganz gemüthlich plaudernd bequem überschauen konnte.' Cf. Rossii 'Reisen u. Reiserouten' p. 51 sq., Cur-tii Peloponn. I p. 204 sq.

Digitized by Google

les in vetere Parisino exstant, ex adverso posui, simul subiecta scripturae discrepantia notabiliore noviciorum librorum.

p. 28		p. 33
nichil P. scipio ei profuit nihil		*scipio nichil profuit nichil*
illi lelius nihil siministros per		*ledius. furius tres per*
idem tempus qui agitabant	3	*idem tempus qui agitabant*
nobiles facillime. eorum ille		*nobiles facillime. eorum ille*
opera ne domum quidem		*opera ne domum quidem*
si abuit conducciciam saltem	6	*habuit conducticiam saltem*
ut esset quo referret obitum		*ut esset quo referret obitum*
domini seruulo.		*domini seruulus.*

* 1 *P.* vel *p.* vel *Publius* (Reg.) vel *Publio* (Vrb.) vel *ei p.* (Neap.) *scipio profuit* sine *ei* 2 *illi*] *ei siministros*] *furius tres* 6 *si abuit*] *habuit* 8 *seruulus*

1 *scipio nichil*] *nihil publius scipio nil* Reg. 2 *ledius. furius*] *ei lelius nihil furius* (sine *ei* Par. alt., Reg.)

Et initium quidem horum versuum longo ex tempore tale vulgatur loco priore: *nil Públius* || *Scipio profuit, nil ei Laëlius, nil Fúrius:* a qua specie ita tantum Rothianum exemplum differt ut *illi* pró *ei* substituerit duce Parisino, id quod iam commendaverat Guyetus. Talis tamen constructio non minus ab usu quam ab elegantia reiectanea est: nec enim fieri potest ut e tribus membris orationis eisque eiusdem *nil* vocis anaphora aequabiliter formatis dativus solum medium occupet, qui aut soli primo conveniens erat hoc pacto: *nil ei* (vel *illi*) *Scipio profuit, nil Laelius, nil Furius*, aut et primo et secundo. Quo tamen non ita utere ut simul et *ei* et *illi* pronomine suscepto e Parisino hoc genus probes: *nil Públius* || *Scipio ei profuit, nil illi Laëlius, nil Fúrius*: quando absonum est diversis pronominibus eandem personam declarari. His autem incommodis qui nos expediamus, via parata est certissima. Quis enim, qui aliquem sensum elegantiae habeat, patienter ferat duorum versuum confiniis divulsa *Publius Scipio* nomina? Et ut ultra progrediar ratiocinando, quis omnino additum *Publius* praenomen probet, cum de alio nisi Publio Scipione omnino cogitari nequeat? Vno verbo quid rei sit aperiam: non est *P.* vel *p.* nota *Publius* interpretanda, sed *Publio*, sic: *nil Publio* || *Scipio profuit, nil illi Laelius, nil Furius*, h. e. Publio Terentio. Quod quidem pridem perspexeram, cum ipsum illud

Digitized by Google

Publio exstare in Vrbinati codice comperi. Non nisi simplici nomine aut *Africanum* aut *Scipionem*, aut *Philum* aut *Furium* Porcius dixit: item, ut *Publium* ille, ita *Afrum* simpliciter Volcatius infra p. 32, 10. — Quodsi, qui tandem *ei* pronomen huc inrepserit, quaesieris, responderi poterit prorsus apposite ad persuasionem. Nec enim ullo modo credibile est inferiore loco Suetonium, postquam hortulos XX iugerum a Terentio relictos commemoravit, mirationem de contrario Porcii testimonio suam ita prodidisse ut huius versiculos, quales paullo ante integros perscripserat, putida diligentia omnes iteraret: immo consentaneum est in eis illum substitisse quae ad ipsam rem pertinerent, nec tam numeros versuum quam vim sententiae curasse. Satis igitur erat haec apposuisse: *quo magis miror Porcium scribere 'Scipio nihil profuit, nihil Laelius, nihil Furius: eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam'*; nam *Scipio* nomen nihil praecessisse consentiens vox codicum evincit, e quibus unus Reginensis *nihil Publius* addidit e loco priore, quod post Aldinae auctoritate haesit etiam in editionibus. Sed aliquid tamen in eo quod proposui exemplo desiderari senties: personae indicium, cui nihil vel summi patroni profuerint. Eoque ipsum illud *ei* spectat, hoc loco temere omissum, in priorem ex hoc inlatum et aut post *scipio* repositum ut in vetere Parisino, aut ante *p. scipio* ut in Neapolitano. Quod contra e priore loco posterior interpolatus est non tantum supervacaneis versibus duobus adscitis, sed rursus *ei* pronomine inferto in proximis *nihil ei lelius nihil furius*, a qua interpolatione soli liberi manserunt uterque Parisinus cum Reginensi. — Consequens igitur est ex his, ut inferiore loco sic scripserit Suetonius: *Scipio nihil ei profuit, nihil Laelius, nihil Furius.* Quamquam, absque fide librorum esset, nescio an etiam magis placiturum esset *nihil ei Scipio profuit* e. q. s.

Pag. 28, 5 cum *per id tempus* edidit Wolfius pro eo quod in libris est *per idem tempus*, non fecit hoc metri caussa quod dicit Rothius p. 179 (nihil enim in metro offensionis), sed ipsas cogitandi leges secutus. Neque enim id agitur, ut inter se aequales aetate fuisse Scipionem, Laelium, Furium doceatur, sed ut aequales Terentii: unde illud sua sponte consectarium. — Quae insequuntur *qui agitabant facillume* ne cui morae sint, unus cavere personatus Asconius poterit in Cic. divinationem § 8 p. 102 Or. sic commentatus: '*difficultatem* enim paupertatem signifi-

Digitized by Google

cat. Terentius e contrario: *quam uos facillime agitis*', quae verba sunt Adelph. v. 501: recteque hoc genus loquendi iam Adrianus Turnebus explicavit Adversar. XX, 33.

Versu 7 mirum est planissimam sententiam negotium facessere Scaligero Guyeto Heinsio Burmanno potuisse, inutilissimis coniecturis librorum scripturam sollicitantibus. Iosephi autem Scaligeri, qui Porcii versus a se ut ait castigatos animadversionibus in Eusebii Chronologica suis inseruit p. 144 ed. alt., quod omnino nullam in hac tota disputatione mentionem feci: fatendum est praeter unum versum sextum, ubi *abit in Graeciam* recto iudicio edidit, in reliquis quae sua usus coniectura proposuit omnibus ne unam quidem quae probari possit litteram esse. Quod cum libere profiteor, non esse verendum puto ne de magni viri plane divina virtute quicquam detrahere inreverentius videar.

Pag. 28, 9 quin recte *Caecilio* nomen (item ut p. 29, 3 *Caecilii*) Petrus Crinitus Liliusque Gyraldus restituerint, quos praeter Pighium et Vossium omnes secuti sunt, dubitari non patitur Hieronymi auctoritas. Verum idem cum Caecilium '*mortuum esse anno post mortem Ennii et iuxta Ianiculum sepultum*' tradat, gravis longo ex tempore controversia orta est, Caecilius qui audire Andriam praelegentem Terentium potuerit: quando Andriam non minus certum est anno 588 actam quam Ennium mortuum anno 585. Aut igitur duplex fuit de morte Caecilii memoria, aut corruptela latet in verbis Hieronymi. Nec enim vel de priore aliqua actione Andriae recte cogitatur, nec de annorum intervallo quod inter praelectionem eius fabulae et actionem intercesserit: de quo praelegendi consilio pluribus disputatum est Parerg. p. 329. Itaque cum aliqua lacuna laborare etiam proxima Hieronymi verba C. F. Hermannus coniecerit commentatione de scriptoribus illustribus apud Hieronymum memoratis Goettingensi anni 1848 p. 4 sq., haud scio an in eadem via paullo sit longius progrediendum librariorumque manus ad tale fere exemplum emendanda: MORTVVS EST ANNO POST MORTEM ENNII *III* ET IVXTA *EVM IN* IANICVL*O* SEPVLTVS: quando annus post mortem Ennii tertius ipse 588 fuit. Nihil enim, quo temporum discrepantiam illam expediret, disputando Hermannus profecit, cum de mortis anno Ennianae leviter taxans Ciceronis testimonium idque duplex Bruti c. 20, 78 et Caton. 5, 14, vel adeo triplex conl. Brut. 18, 72, tum de aedilibus, qui praelectae Andriae interfuerint, valde impro-

Digitized by Google

babiliter statuens. — Ceterum alio modo idem *Caecilius* nomen infra p. 33, 11 corruptum est.

Pag. 28, 10 etsi mirum est in *dictus est* converti potuisse a librariis *dicitur*, tamen Suetonio hoc, non illud tribui ipsam sanam rationem iubere Mommsenus sensit verissime.

Pag. 29, 1 *in* praepositionem addebam ut proxima *uestitu* voce haustam, quia *subsellio residens* sentiebam poetarum, non scriptorum esse. Sed Suetonii tamen aetatem a talibus non abhorruisse ipse nunc testis certissimus prodeat, qui Calig. c. 50 *toro residens* dixit, Ner. 13 *curuli residens*, Claud. 7 *ut aquila dexteriore umero consideret*, Aug. 43 *lectica cubans*, 73 *cubuisse toro*. Non imitabitur igitur nostrum exemplum qui posthac hanc edere vitam instituerit. Diversi generis sunt *in ea parte consedit* Aug. 43, *in orchestra considere* 44, *cum in aede Vestae resedisset* Ner. 19, *in domo Maecenatis cubabat* Aug. 72, *in peristylio cubabat* ib. 82.

Versu **3** *percucurrisse*] Reduplicationem cum codices Suetoniani octiens praeter hoc exemplum tueantur in *accucurrerunt* Cal. 58, *concucurrisse* Iul. 15, *decucurrit* Ner. 11, *discucurrit* Cal. 32, *excucurrisset* Galb. 18, *percucurrit* Ner. 3, *procucurrissent* Claud. 29, *transcucurrisset* Cal. 24, haud scio an ea hic scriptor sit constanter usus. Quamquam fatendum est item octiens eandem libros ignorare in *accurrisse* Ner. 21. 34, *concurrerunt* Claud. 21. Oth. 12, *concurrissent* Iul. 32, *occurrisset* Aug. 96. Claud. 8, *procurrit* Ner. 47.

Pag. 29, 5 sqq. a veteris libri Parisini memoria quae haec est: *quamuis uulcatius de numeratione omnium ita scribat 'sumetur hecira sexta ex his fabula'*, ita libri novicii discrepant ut *de enumeratione* et *scribit* exhibeant, maiore ex parte *omnium* omittant, pro *sumetur* autem vel *sumeretur* substituant vel *submet*^{re} vel *submĕtur* vel *submeret*. Et numeris quidem quo satis fieret, aut *ex hisce* propositum est aut *ex his* transposita ante *Hecyra*: utrumque satis exiliter et ut ad rei summam animus ne adverteretur quidem. Nam quid tandem sibi velle illud ipsum *sumetur*, sive *sumatur* substituerunt alii, putabimus? Quod cum Rothius p. 180 sic interpretatur 'mag hingenommen werden', et sanam sententiam et latinitatem desideramus. Nec plus profecerunt si qui pro *eximetur* acceperunt: nec enim hanc vim *sumere* verbum habet omnino, nec unde eximenda fabula sit quave caussa quemve ad finem eximenda, intellegitur. Quod autem nexus sententiarum flagitat

certissime, hoc est ut, cum Terentii fabulas omnes populo placuisse narratum esset, unam solam Volcatio quidem teste non placuisse adiceretur planis verbis et simplicibus, non per aenigmatis artificium: ad eiusmodi enim oppositionem contrariorum ipsa *quamuis* particula manifesto spectat. Itaque talis quali opus est notio cum e *sumetur* scriptura vix posse erui videatur, nec ab initio versus metrum claudicet, sed circa ipsas *ex his* voces quas per se aegre intellegi antea significavimus, consequens est ut hoc potius in loco sedes corruptelae quaeratur. Igitur quoniam, quae non 'placuisset' vel 'stetisset' fabula, vel 'exacta' vel 'explosa' dicebatur, facile quispiam ipsius *explosast* vocabuli reliquias *exhis* litteras interpretetur. Verum aliud in promptu est, multo etiam graviorem vim persuadendi habens. Quotiens enim 'non placitae' Hecyrae mentionem Donatus inicit, totiens fere uno certo vocabulo utitur, quod cum alia exempla non habeat, vix mihi tempero quin ex ipso Volcatiano versu vitae Suetonianae petitum dicam. Quippe constanter ille *exclusam* fabulam vel *exclusum* poetam dixit: cuius rei testimonia infra scripsi. In auctario suo vitae Suetonianae quod subiectum est p. 35: 'Hecyra saepe *exclusa*, uix acta est'. Idem praef. Hec. p. 337 Lindenbr.: 'saepe *exclusa* haec comoedia'. Idem ipsis commentariis in Hec. prol. I, v. 4: 'non quia mala, *exclusa* est, sed quia populus funambuli admiratione obstupuit'; in prol. II, v. 3: 'turpe non esse Terentio *exclusam* esse unam illius fabulam'; in v. 7: 'cum una Hecyra *exclusa* sit'; in v. 13: 'quia remotum et *exclusum* (poetam) dixit'; in v. 26: 'duplex caussa ad unam *exclusionem* adhibetur', item 'narratio cur *exclusa* sit: hoc est, non poetae culpa deiecta est nec iudicio populi'; in v. 29: 'quia numquam alias *exclusus* est'. A qua ille consuetudine loquendi paucis exemplis recessit, paullo fortiore vocabulo in his usus: in prol. II, 1: 'totiens *expulsa* fabula'; item 'de Terentio, quod *expulsus* est'; item 'ne *expellatur*, non se prologum, sed oratorem nominat'; in v. 4: 'EXACTAS] *expulsas*'. Illam igitur loquendi consuetudinem Donati caussam habeo cur in Iacobi Bernaysii partes non cedam, *cecidit* latere in *exhis* conicientis coni. Hor. Epist. II, 1, 176 'securus *cadat* an recto stet fabula talo'. — Sequitur ut, quid in *sumetur* voce delitescat, quaeratur. Ne multa, scriptum est a Sedigito: *Similtur Hecura sexta exclusast fabula.* Et reconditior quidem *similtur* forma (etiam antiquior illa quam frequentata Plauto *similtu*), cuius

paene intermortuam memoriam in Anthologiae lat. corollario epigraphico, quo indici scholarum aestivarum anni 1853 proludebam, resuscitavi p. XI sq., certa autem ratiocinatione etiam Plautinis versibus Most. 792. Amph. 631 redintegrandis adhibui, a Volcatio eo minus aliena videbitur, quo certius est posterioris aetatis duos illos titulos (Orell. 2863. Inscr. Neap. 423) esse quorum testimoniis fides eius formae omnis continetur*). Ipsa autem 'simul' notio quo spectet, rursus planum fit e didascaliis. Quippe unis eisdemque ludis funebribus Aemilii Paulli, quos fecere Q. Fabius Maximus P. Cornelius Africanus, L. Anicio Gallo M. Cornelio Cethego cos. h. e. anno urbis 594, et Adelphi acta est quae placuit, et iterum data Hecyra, quae cur ne tum quidem peragi posset (nam 'exclusa' iam a. 589 erat, cum in scaenam primum deferretur T. Manlio Torquato Cn. Octavio cos.), ipse actor primarum idemque dominus gregis Ambivius Turpio exposuit prologi alterius v. 29 ad 33. Ergo brevem enumerationem fabularum Terentianarum omnium percommode Volcatius potuit velut tali exemplo terminare:

---

*) In epistulis Ciceronis quot vestigia sermonis vulgaris, qui idem esse priscus solet, servata sint, nuper demum accurata observatione Franciscus Buecheler us persecutus est Musei Rhen. XI p. 509 sqq. Eo igitur ille etiam hoc refert, quod ad Att. VII, 9. 2 scriptum est *si multo*, ubi sententia requirit *simul* notionem: quippe conflatam esse SIMULTO scripturam e vetustiore, qua hoc loco luserit Cicero, SIMITU particula et eius interpretatione SIMUL. Quam autem diu *simitu* formae usus manserit, etiam ex epigrammate Anthologiae V, 1, 10 Burm. (1024 apud Meyerum) intellegi: *Hinc homines, armenta simitu, et semina rerum*: ita enim (sed hoc praeter alia) emaculandum videri quod vulgatur *simul et*. Verum etiam antiquioris *simitur* formae, in quam supra incidit disputatio, fallitur nostra sententia qui vestigium suspicatus est in Hostii versibus relictum apud Macrobium Saturn. VI, 5, 8: *Dia Minerua, simul autem inuictus Apollo* || *Arquitenens Latonius*. Ibi enim etsi prosodiae quidem videri potest sic satis fieri *simitur autem i. A.*: quando producta ultima pronuntiatum esse *simitur* iam olim dixi probabile esse: tamen a numerorum ratione vix poterunt duo versus contigui placere neglecta caesura aequaliter inconcinni. Ergo sic potius statuendum videtur, una eademque lacuna utriusque versus communi aliquid in utroque intercidisse. Velut, aliquo ut exemplo utar, in hunc modum:

Dia Minerua [ruit], *simul autem inuictus Apollo*
Arquitenens [instat] *Latonius.*

In promptu est enim e pugnae descriptione belli Histrici haec repetere, cui pugnae Homerico exemplo ipsi dei interfuerint.

Digitized by Google

Quinto loco acta Adelphoe plausum itidem tulit:
Similtur Hecura sexta exclusast fabula.

Mirari sane licet secundam potius Hecyrae actionem a Volcatio memoratam quam tertiam qua placita est fabula teste didascalia, cum ludis (Romanis ut videtur) a Q. Fulvio Nobiliore L. Marcio Censorino aedilibus curulibus factis denuo relata est eodem anno 594. Verum non est tamen nimis mirandum quaedam in hoc genere veteres illos pinacographos saeculi VII fugisse: (nam illud de ter acta Hecyra nisi fugisset Volcatium, non profecto sic uti fecit scripsisset:) quam enim nec certa nec sibi constans memoria illa omnis didascalica fuerit, cum aliis documentis apparet, tum ex eis cognoscitur quae de earundem fabularum duarum temporibus (in his ut nunc subsistam) in didascaliis libri Bembini prodita sunt. Levius videri potest quod ibi, prorsus ut apud Donatum, inverso ordine quinta fabula Hecyra numeratur, Adelphoe sexta: quae si eodem anno eisdemque ludis funebribus docebantur, liberum sane erat utra prior numeraretur, utra posterior. Quamquam vel sic tamen rursus mirere quid sit cur potius non peracta fabula respiciatur quam peracta quae sextum locum tuebatur citra controversiam. Verum longe gravius est quod omnino aliam prorsus rationem numerandi Bembinus codex sequitur, quippe qui non actas fabulas ut Volcatius, sed 'factas' numeret: quode pluribus expositum est Parerg. p. 263 sqq. Quodsi plerumque sane non diversa fuerunt factarum actarumque fabularum tempora, at singularis fuit ipsius Hecyrae condicio: quae si iam anno 589 acta est vel saltem agi coepta, profecto non est quinta a poeta facta, sed secunda. Consentaneum est igitur nihil de actione illa prima ei quisquis fuit innotuisse, qui factarum ordinem in Bembino proditum instituit. Similique condicione Volcatius usus et primam et tertiam ignorabat.

Quam autem concinna brevitate in libro '*de poetis*' suo (nec enim de alio cogitandum) Volcatius Sedigitus materiam illam omnem, quae ad poetarum et vitas et scripta spectabat, complexus sit, cum ipsa de Hecyra memoria illa indicio est, tum ei qui de morte Terentii tres senarii infra positi sunt a Suetonio, tum longe luculentissimo documento tredecim senarii illi exstant a Gellio proditi capite 24 libri XV, quibus comoediae palliatae poetis suum singulis pretium statuitur. Vnde prorsus probabile fit in tractando argumento Sedigitum id consilii secutum esse ut

Digitized by Google

omissis ratiocinandi disceptandique ambagibus omnibus ipsam rei summam, qualem animo suo informasset*), brevissimo in conspectu poneret. Hinc igitur recte existimari de illis poterit quae in libris sic scripta sunt: *quamuis Volcatius de enumeratione omnium ita scribat*, nisi quod *de numeratione* vetus Parisinus exhibet. Quae verba omnino intellegi aliter non possunt nisi ut aliquo capite libri sui Sedigitus putetur dedita opera illud disceptasse, quo ordine singulae Terentii fabulae numerandae vel enumerandae essent h. e. quo se ordine sive actae sive factae excepissent. Id autem neminem fugit quam ab eo consilio Sedigiti, quale antea descripsimus, abhorreat. Enumeravit is ipse, non egit de enumeratione: nam *de numeratione* vel propterea reiectaneum est quod '*numerationem*' non novimus aliam dictam nisi solutionem pecuniae. Ergo quod requirimus non est *de* enumeratione, sed *in* enumeratione potius. Quo tamen etsi satis fit sententiae, non est fidei librorum satis factum qui *de* praepositionem omnes tenent. Hinc igitur profectus Schopenus subtili ut solet iudicio Suetonii manum sic est adsecutus: *Volcatius in dinumeratione omnium* h. e. 'ubi ordine suo omnes sex recenset'. Nam quod omissa praepositione potuisse etiam *dinumeratione* dici simpliciter Rothius sibi persuasit p. 180, de eo fefellit eum opinio: nec quicquam alienius quam quibus utitur exemplis '*libello*', '*praefatione*' et quae sunt similia, quando nec liber nec certa pars libri vel iunctis '*dinumeratio omnium*' verbis vel simplici '*dinumeratio*' vocabulo appellari potuit. — Ceterum quem veri dissimillimum est de enumeratione fabularum commentatum esse, is profecto longe etiam difficilius credetur *de remuneratione* earundem dedita opera exposuisse: quam Mommseni coniecturam l. s. s. Rothius commemoravit. Nec praeter unam Eunuchum probabile est omnino proditum esse memoriae et ad posteros propagatum, quodnam a ludorum curatoribus pretium singulae fabulae Terentianae meruissent.

---

*) Quaedam autem satis illum mirabiliter sibi informasse ipsa illa censura poetarum docet, in qua expedienda defendendaque operam perdidisse Ladewigium puto. — Ceterum versuum illorum septimum vehementer suadeo ut desinant talem exhibere *Dein Naeuius, qui feruet, pretio in tertiost*: quo etiam peius alii *qui ferret pretium tertium*. Vna me iudice probanda haec versus forma: *Dein Naeuius, qui seruet pretium, tertiust*.

Digitized by Google

Pag. 29, 8 quod in libris et optimis et plurimis proditum est *eunuchus quidem bis die acta est*, rectissimo iudicio Burmannus Oudendorpiusque perspexerunt nihil aliud esse nisi 'bis singulis diebus' vel 'cottidie bis': id quod satis cum aliorum tum ipsius Suetonii exemplis probatur ab eodem Oudendorpio compositis in vit. Galbae c. 4 et d. Augusti c. 31, velut cum 'liberti seruique *bis die* frequentes adesse' dicuntur, vel 'compitales Lares *bis anno* ornari' et quae sunt cetera prorsus parilia. Id autem cum absurdum esset de acta Eunucho dici, mirum non est de eicienda *die* voce post alios me quoque Parerg. p. 333 tum cogitasse cum eam non potui non novicio interpolatori tribuere, quippe quam typis expressa exempla inde a principe omnia ignorarent: contra atque reapse esse nunc scitur. Et sententia quidem quid requireret, sat certo indicio Donati verba exstitere '*ut iterum ageretur pro noua*', quibus ille, quidquid legit apud Suetonium, interpretatus est verissime: quod ego genus universum l. s. s. dedita opera persecutus sum. Itaque cum olim ipsa *pro noua* verba intercidisse post *bis* coniecissem, post facile intellexi potius tale quiddam scriptum fuisse qualia sunt *bis* [*eodem*] *die* vel *bis de i*[*ntegro*] vel *bis de*[*nuo*] vel *bis dei*[*nceps*]. Quorum illa quae media posui esse ταὐτολόγα apparet: quod autem primo loco, eo displicet quod profecto, ut singularem gratiam fuisse Eunuchi probaretur, non opus erat eodem die iterata fabula, sed satis erat per eorundem ludorum eorumque novas fabulas poscentium occasionem denuo efflagitatam prodiisse. Hae igitur me caussae moverunt ut praeferrem quod maxime simplex visum, *bis deinceps* h. e. 'zweimal nach einander'.

Versu **9** etsi *id est* voculae ne a codice *A* quidem, sed ab uno *B* absunt, tamen a Suetonio scriptas esse cum Donati auctoritas tum loquendi et ratio et consuetudo negant. Nihil enim eiusmodi in Donati his verbis: *proque ea pretium, quod nulli ante ipsam fabulae contigit, octo milia sestertium numerarent poetae*: ubi perperam et *fabulam* et *milibus* vulgatur. Ratio autem et usus etsi *id est* vel *hoc est* particulas nec raro nec uno modo admisit: quae genera identidem Madvigius explicavit in Cic. de fin. p. 72. 139. 144. 264: tamen ab eis, quae simplici appositionis grammaticae vinculo continentur, segregavit constantissime. Quas ubique ita usurpatas reperies ut, quam quid vim habeat, quam vel notionem vel sententiam aequet, declaretur: quo fit ut cum singulis nomi-

Digitized by Google

nibus et vocabulis tum ipsis rerum condicionibus explicandis adhibeantur. Velut, in ipso Suetonio ut me contineam, in vita d. Iul. c. 56 'per *notas* scripsit, *id est* sic structo litterarum ordine ut nullum uerbum effici posset'; Aug. c. 88 '*orthographiam*, *id est* formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam'; Galb. c. 3 'quod in diuturna ualitudine *galbeo*, *id est* remediis lana inuolutis assidue uteretur'. Rursus Galbae c. 8 'nec defuerunt qui interpretarentur significari rerum mutationem successurumque iuueni senem, *hoc est* ipsum Neroni'; Tiber. c. 24 'statione militum, *hoc est* ui et specie dominationis assumpta'. Ad horum igitur, quae ultima posui, similitudinem ut largiar potuisse fortasse sic scribi: 'meruitque octo milia nummum, *id est* pretium quantum nulla antea cuiusquam comoedia', tamen eadem inverso ordine dici fuerat putidissimum. Non est igitur dubitandum quin hoc exemplum illis accedat, quibus aut solae *id est* voculae aut harum adminiculo adnexae integrae enuntiationes interpretamentum manifestum prodant: qualia cum Burmannus Oudendorpiusque in Aug. c. 32, Vespas. c. 11, Domit. c. 17, tum Madvigius l. s. s. p. 145 designarunt.

Pag. 29, 10 *nummorum*, quod debuit esse *nummum*, vix recte Rothius talibus exemplis quibusdam tutatus est quibus brevior forma nostro sensu item reddenda est, a male sedulis demum sive magistellis sive librariis obscurata: Aug. 46 *singula nummorum milia*, 101 *singula milia nummorum*. Nam etiam in talibus forma disyllaba servata est ib. 40 *singula milia nummum*. Certo autem accedente numero etsi semel proditum *congiarium nummorum trecenorum* Dom. 4 reperio, tamen in ceteris exemplis omnibus alteri formae pepercerunt librarii: *quaterna milia nummum* et *bina milia nummum* Iul. 38, *ternis milibus nummum* ib. 54, *trecentis milibus nummum* Aug. 68, *uiginti milia nummum* ib. 71, *triginta milibus nummum* Tib. 34, *DCC milibus nummum* gramm. 3, *XVI milibus nummum* ib. 8 et si quae forte me fugerunt alia.

Versu **11** inter *ascribitur* et *nam Adelphorum principium* gravem lacunam esse tam recto Wolfius iudicio adsecutus est, ut contrariae sententiae defendendae negemus viam relictam esse. Alienissima enim sunt quae feruntur *nam* particulae exempla soli transitui sermonis servire: qualia in bonis scriptoribus certum est alium explicatum habere, propria autem *nam* vocis vi destituta labentis demum latinitatis barbaries admisit, velut in Donati aucta-

Digitized by Google

rio huius vitae p. 35, 1. Nec pluris *iam* est apud Rothium p. 180 propositum. — Quid interciderit cum suspicatus sum e Donati l. s. s. verbis intellegi, ubi 'duae ab Apollodoro translatae esse dicuntur comico, Phormio et Hecyra, quattuor reliquae a Menandro', non cogitavi de eadem prorsus memoria: quam si iam relatam in Suetonii vita vidisset, non iterasset Donatus in auctario eius vitae: sed de simili, quando ad Graecorum exemplarium imitationem spectant quae insequuntur. — Ceterum quod in lacunae suspitionem Wolfius etiam illa vocavit quae sunt *et hanc autem et quinque reliquas* v. 4, prave sagax fuit: quibus nihil sanius.

Pag. 30, 3 sq. cum et *conatus* et *eamque* (id enim latere in codicis scriptura *namque* Schopenus pervidit) Parisinus *A* suppeditarit sat eleganter, tamen ab eodem pro *se tutari* proditum *refutare* non potest non oculorum errori tribui. Nihil enim ut de omisso, quo aegre careamus, *eam* accusativo dicam, nec verum est ullo modo vel refutare istam famam Terentium vel velle refutare, qui largiatur potius Laelii Scipionisque auxilium idque excuset tantum, nec omnino cocunt inter se pugnantes *leuiter* et longe fortissima *refutare* notiones.

Versu **6** solus Suetonius servavit *Hunc* pronomen, pro quo in Terentianis libris omnibus Ad. prol. 16 proditum *Eum* certissimis de causis posthabendum est. Nam primum prorsus constans est in his prologis, ut non alio nisi ipso *hic* pronomine poeta declaretur: cuius rei documenta habes in prologo Adelphon v. 10 *hic*, 18 *hic*, Andriae 18 *hunc*, 19 *hic*, Eunuchi 35 *huic*, (nam paullum differt ibid. v. 3 *poeta hic*), Heauton timorumenu 18 *hic*, 23 *hunc*, Phormionis 18 *hunc*, 19 *hic*. Accedit autem quod in eis qui proxime praecedunt versibus ne mentio quidem fit poetae, ad cuius personam *eum* pronomen referatur*).

---

*) Versus integros subiecci, ut hac opportunitate praetermissum ab editoribus naevum abstergam:

In Graeca adulescens est, qui lenoni eripit
Meretricem in prima fabula, eum Plautus locum
Reliquit integrum, eum hic locum sumpsit sibi
In Adelphos, uerbum de uerbo expressum extulit.
Eam nos acturi sumus nouam: pernoscite,
Furtumne factum existumetis an locum
Reprensum qui praeteritus neglegentiast.

Digitized by Google

Pag. 30, 12 quoniam *se* pronomen a vetere Parisino prorsus abest, non est illud cum libris interpolatis ante *leuius* inserendum, sed intercidisse ante *defendisse* credendum, eadem ut hic conlocandi elegantia *leuius se defendisse* atque paullo ante *leuiter se tutari* dicatur.

Ibidem in scriptura quidem librorum nihil aliud nisi *et Laelio et Scipioni* latere Fleckeisenus vidit rectissime. Sed ipsi tamen id Suetonio minime tribuet qui tam pari in hac caussa condicione Laelium Scipionemque esse reputaverit ut non distinguendi inter se, sed communi notione comprehendendi sint.

Versu **13** *tamen* particulae ita tantum locus erat, si falsam esse de adiutoribus Laelio et Scipione famam illam vel Terentius vel Suetonius significaret, contra atque factum videmus. Quare *tum* restituendum erat necessario.

Versu **14** non mirer si quis *C. enim Memmius* potius expetat, itemque p. 31, 2 *Nepos autem auctore* —: nec enim de consuetudine in continuandis enuntiatis parcum particularum Suetonium reperio. Sed tamen haec qui probet, cum eodem fere iure *Santra tamen Terentium* requirere p. 31, 10 possit, item *Quintus quidem Cosconius* p. 32, 13, aut fidem librorum sollicitari audacius aut acquiescendum in asyndetis intelleget.

Versu **15** quod vulgatur *in oratione pro se ait 'P. Africanus qui a Terentio personam mutuatus .... detulit'*, vel eo esse suspectum debuit quod, si ab uno duntaxat exemplo discesseris vit.

Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiutare e. q. s.

In his enim, praeter *Eum* illud, aut permolesta est et expers elegantiae iteratio verborum quae sunt *eum locum* v. 9 et 10, aut (de quo facile quispiam cogitet) dedita opera ascita est hoc consilio ut eum ipsum locum solum, nec quicquam praeterea aliud, ex Diphili comoedia sumpsisse sibi in Adelphos poeta significaretur. At tali consilio aperte illud repugnat quod, in quo vocabulo ipsa vis sententiae insit oporteat, h. e. *eum*, id in pronuntiando versu adeo delitescit ut non modo ictum non habeat sed ne syllabam quidem efficiat. Ergo saltem transponendum erat: *eúm locum hic sumpsit sibi.* Quamquam vel sic tamen ab elegantia quidem parum commendationis habet sine ulla necessitate iteratum *locum* nomen. Vnde suspitio nascitur interpreti deberi scriptumque a poeta sic esse:

eum Plautús locum
Reliquit integrum. eúm nunc hic sumpsit sibi
In Adélphos.

Tib. c. 67 (*uel cum ait 'similem se semper . . .' e. q. s.*), nusquam Suetonius *ait* vel *inquit* vocabula eis quae adscripta sunt alius cuiuspiam verbis praemisit, quinquiens (Aug. 87. Cal. 30. Ner. 22. 34. Vit. 10) postposuit in fine enuntiati, ceteris in locis omnibus post aliquot ab initio verba inseruit de communi consuetudine. Rursus autem longe maior apud eundem *inquit* quam *ait* vocabuli frequentia est. Et huic quidem ibi potissimum locum concessit, ubi aut paullo ante praecesserat aut sequebatur paullo post in eodem genere positum *inquit*: id quod apparet variandae tantum orationis caussa ita institutum esse. Velut *inquit . . . ait* habes Aug. 86 et 87. Claud. 42, *ait . . . inquit* Tib. 67. Cal. 29. Galb. 4. Vesp. 23: a quibus prope abest *aiebat . . . inquit* Oth. 10 et 11. Praeter haec igitur ipso *ait* verbo omnino non est saepius quam sexiens usus: Aug. 18. 65. 71. Vesp. 24. Tit. 8. de gramm. 4: contra *inquit* verbo, si modo recte numeravi, triciens*). Hinc autem etiam maior fides accedit emendationi in vita Terentii factae. Vbi cum *ait* vocabulum a Parisino *A* prorsus abesse viderem, liberum igitur esse post *P. Africanus* illud reponi, tamen eo ipso in loco scriptum in libris *qui* quoniam aliquid miri et incommodi habet ut et ad vim testimonii prorsus supervacaneum et e pleno enuntiato grammatico efficiens imperfectum, probabiliter has ipsas *qui* litteras Schopenus interpretatus est ex *inquit* verbo relictas.

Pag. 31, 1 levi scribendi errore, quo *domi luserat* transiit in *demulus erat* in vetere Parisino, abusus Rothius *domui luserat* posuit. Ego, a quo vel ubi vel quando *domui* dictum sit pro locativo *domi*, fateor me prorsus ignorare.

Versu **4** in deterioribus libris prodita *temporius* forma quin vitiosa sit et ab ipsa antiquitate prorsus aliena, iam non dubitari putamus: communīque consensu *temperius* boni codices tuentur apud Ciceronem epist. ad fam. IX, 16, 8, Ovidium Metam. IV, 198, Columellam II, 18, 2 et VIII, 4, 3 (ubi ante excussum Sangermanensem item legebatur *temporius*), Appuleium Metam. IX, 26, Palladium III, 21, 2 et IV, 4. De positivo autem cum vel hinc satis probabilis fieri coniectura possit, tamen quoniam quosdam

*) Locos cum semel in numerato habeam, si qui volet inspiciat vit. d. Iul. 31. 32. 49. 50. 59. 66. 74. d. Aug. 51. Tib. 28. 29. Cal. 32. 46. 49. Claud. 15. 16. 40. Ner. 10. 33. 35. 47. 48. Vit. 8. Vesp. 20. 22. Tit. 5. Dom. 11. 16. 20. Gramm. 22. 23.

video praeter *temperi* etiam alteram *tempori* formam probare, quid huius rei sit paucis declarabo. Et a ratione quidem etsi non est sane cur necessario improbetur *tempori*, ut quod similium non paucorum exemplo etiam antiquius esse altero potuerit, tamen aliud suadet fides memoriae. Quam si consulimus, tam cito quam certo intellegimus inde ab antiquissima de qua quidem constet linguae aetate, cum suo tempore, non sero, fieri quippiam dicendum esset, aut *temperi* placuisse, quod et vetustioris et humilioris sermonis proprium mansit, aut quod paullo lectius atque cultius, *in tempore*. Velut hoc Terentius in sex comoediis usus est quinquiens, bis tantum (Amph. 877. Capt. 836) in viginti Plautus: (ne in hoc genere numerem sociata *in ipso tempore* vel *in tempore ipso*, ter quidem a Terentio, item bis a Plauto Cist. IV, 1, 18. Poen. V, 3, 19:) contra *temperi* Plautus dixit saepissime, ne semel quidem Terentius. Et Plautina quidem exempla cum sint undeviginti, in his *temperi* formam optimi libri aut aperte aut non dubiis vestigiis servarunt quindeciens: Aul. III, 3, 6, ubi Vetus a m. pr. *Item perii*, sed *Temperi* e correctura; Capt. 191; Cas. II, 6, 60, ubi item pr. m. *Temperi*, secunda demum *Tempori*; Most. 314; Men. 445. 464. 467, quibus tribus locis unus Vaticanus a rec. m. *tempĕri*; Merc. 989, ubi *temper* cum eodem Decurtatus, *Temperare* Vetus; Pseud. 387, ubi etsi in eisdem tribus *tempori* est, tamen verum cum Ambrosiano vetus glossarium testatur; ibid. 1182, ubi in *temperi* omnes quattuor consentiunt, nisi quod in Vaticano a pr. m. *tempere* fuit, *tempori* autem princeps demum editio invexit; Pers. 229, ubi ad Palatinos Vaticanumque rursus idem illud glossarium Plautinum accedit, *tempori* solus Vaticanus habet a m. rec., prorsus ut ibid. 768, ubi *temperi* bis est in eodem versu; Rud. 921; Stich. 654, unde *temperi* transiit in glossarium; Trin. 911. Haec igitur cum horum ratio et condicio sit, ecquis in uno Captivorum versu 183 tutari, quod est sane in Vetere, *tempori* animum inducet nec ad ceterorum potius et multitudinem et similitudinem hoc quoque accommodabit? praesertim cum octo post versibus in eodem sermone eademque sententia ipsum insequatur *temperi*. Nam quae praeterea tria exempla restant, in eis ne prodita quidem *tempori* forma est, sed ab editoribus demum effecta, prodita autem *tempore*: semel cum vitio numerorum qui creticum flagitant Epid. III, 3, 25 *Edepól ne istance témperi gnató tuo Sumus praémercati* (nisi *ne istam nos* males, quando in Vetere

Digitized by Google

lacuna est e rasura inter *istam* et *tempore*): semel autem cum eius notionis consociatione, quacum ipsam *temperi* formam poeta praeterea sexiens iunxit (bis in Menaechmis, singulis in Captivis, Mostellaria, Sticho, Trinummo locis), quae est *ueniendi*, *adueniendi*, *aduorsum ueniendi*, *anteueniendi* notio: unde consequens fuit ut Men. 1020 *Edepol, ere, ne tibi suppetias témperi adueni modo* scriberemus. Quodsi quis in uno qui nunc relictus est Asinariae versu 733 servare *ut témpore opportúneque attulistis* voluerit, ne ille viderit quo iure Plautum poetis aequiperet, qui soli simplicem *tempore* ablativum, sed raris exemplis nec nisi cogente metro dactylico, sic admiserunt ut idem valeret atque 'suo tempore': velut cum Ovidius Her. IV, 109 *tempore abest aberitque diu Neptunius heros* dixit. Nam de Cicerone dubitari noli quin is epist. ad famil. VII, 18, 1 aut *ego enim renouabo commendationem, sed in tempore* scripserit aut, quod in hoc quidem genere licebat, *sed temperi*, nullo modo *sed tempore*. — Contra nihili autem formam *tempori* similiter atque e Plautinorum librorum memoria licet etiam e Catonis de re rustica commentario argumentari. Vbi cum in libris vulgaribus cap. 2, 1 scriptum exstet *satisne tempori opera sient confecta*, item 3, 5 *si tempori facies*, hoc autem loco de archetypi scriptura *temperi* certo Politiani testimonio constet, numqui priore loco variandae scilicet orationis caussa praetulisse Catonem *tempori* tibi persuadebis an aliquid sive a Politiano sive ab ipso librario neglectum? Ergo Nonii p. 369, 20 librariis, non Titinio tribues quod in hoc senario *da pensam lanam: qui non reddet temperi* — nunc vulgatur *tempori*, contra atque in simili sententia *lepideque concinnatam referam temperi* factum est in Menaechmorum versu 467. Nec magis cum Vahleno Enn. p. 160 Ribbeckioque Musei Rhen. X p. 291 *ut adsint cras tempori ad metendum* feres in Aesopi apologo Enniano, quamquam consentientibus ut videtur Gellii II, 29, 12 libris omnibus.

Pag. 31, 4 ut a Parisini *A* scriptura *ne interpellaret* profectus *se* potius absorptum esse proximis *ne* litteris censerem quam cum noviciis libris *ne interpellaretur* servarem, ipsa sententia suadebat. Nec enim, ut ab aliis ne interpellaretur, intercedente uxore opus habebat, quod et iubere ipse posset et profecto non erat petiturus tantum. Ab uxore autem petendi potius quam postulandi eo plus caussae Laelio fuit — si modo 'certi auctoris' fabula vera — quod Matronaliorum die (eo enim spectare *kalendas*

Digitized by Google

Martias pridem intellectum est) penes matronas sive potestas et auctoritas sive gratia et libertas erat.

Pag. 31, 5 ex *A* repositum *seroque* ipsa loquendi consuetudo Suetonii commendat, qui *sero tandem* etiam Aug. 94 init. Galb. 20 iunxit, *serius tandem* nusquam, nisi quid me fugit.

Versu **12** *fuerint*, quod vulgo corruptum in *fuere*, eodem Parisino duce, in quo *fuer̃* est, restitui eadem rationis necessitate qua p. 32, 2 e *dicuntur* Rothius *dicantur* effecit, ubi soloece libri deteriores *dicerentur*.

Versu **13** diligenter pensitatis quae prolata sunt omnibus non potui non viam olim institutam Parerg. p. 300 tenere. Quod enim a Mommseno propositum est apud Rothium p. 182 *et qui Floralibus ludis*, id quidem quo tandem modo tibi persuadebis depravari in *et qui consularibus ludis* potuisse? Et quis tandem *datas* esse *fabulas* ludis Floralibus tradidit? Quibus actos esse mimos scimus: *fabulas* autem umquam dictos mimos simpliciter ignoramus. Et si forte mimis fabulae posteriore aetate successerint: at posteriore aetate fabulae etiam Cerealibus ludis spectatae sunt, ut, qui hinc coniecturam capere de simili instituto liberae rei publicae velit, profecto etiam probabilius *Cerealibus* latere in *consularibus* sibi persuaderi a Tan. Fabro patiatur. Itaque cum nec comoedias datas ludis Floralibus, nec in his quicquam vel illa aetate vel a Sulpicio Gallo novatum ullo testimonio constet, contra testimonio certissimo idem Sulpicius cum arte Terentiana societur, ut quo consule primam eius poetae fabulam Andriam actam esse ludis Megalensibus e deperdita nunc didascalia Donatus prodiderit, non videmur egisse inconsideratius cum *q̓ consularibus* natum esse e *q̓ consul*[*e megalens*]*ibus* contendimus veri esse simillimum. Neve quis forte *ludos Megalenses* expetat pro *Megalensibus ludis*, Suetonium scito hoc ipso verborum ordine tantum non semper usum (prorsus ad similitudinem eorum quae ad p. 26, 9 tractabam): *asticis ludis* Tib. 6. Cal. 20, *castrensibus l.* Tib. 72, *circensibus l.* Ner. 7, *honorariis l.* Aug. 32, *iuuenales circenses scaenicos l.* Ner. 11, *magnos l.* Aug. 23, *palatinis l.* Cal. 56, *pontificalibus l.* Aug. 44, *saecularibus l.* Aug. 31. Vit. 2, *scaenicos l.* Cal. 18. 26. Dom. 4: qua relicta consuetudine raris exemplis *ludos saeculares* dixit Dom. 4, *ludorum Floralium* Galb. 6: *ludos saeculares et compitalicios* Aug. 31, ubi aliis rebus opponitur ludorum notio similiter atque in his cap. 18 *urbem Nicopolim*

Digitized by Google

condidit ludosque illic quinquennales constituit: *ludos extraordinarios* Vesp. 2 non finito certo genere: singulariter *ludum gladiatorium* Iul. 31: nam *ludis Martialibus* Claud. 4 non Suetonius sed d. Augustus scripsit. — Mommsenus autem cum aliquid requiri dicit quod ad ipsius artis scaenicae studia Sulpiciana spectet, in eo nimium esse recte iam Rothius iudicavit. Nihil agitur nisi ut, quibus Terentius adiutoribus uti potuerit et aetate satis provectis et a doctrinae studiis satis valentibus, aptis exemplis ostendatur. In hanc igitur partem spectat quod *homo doctus* dicitur Sulpicius, *poetae* Fabius Labeo et Popillius: contra illuc valet quod, ut hi *consulares* (quippe cos. a. 571. 581), ita consul eo ipso tempore, quo animum ad scribendum appulit poeta, Sulpicius fuit. Nec ea de via nos Parisini codicis memoria quamvis singularis demovet: *et cuius consularibus ludis*, quando non profecto aegrius in *quo*' quam in'*qui* transire pristina *quo* scriptura potuit. Ipsi autem codicis memoriae cum Rothius ita patrocinatur ut 'quo consule editis' interpretetur, vereor ne et exemplis et ratione destitutam breviloquentiam probarit. Minime enim par est quod contulit loquendi genus tale *cuius consulari anno*: 'consularis enim annus Sulpicii' ut aequat 'annum consulis Sulpicii', ita 'consulares ludi Sulpicii' non possunt alii esse nisi 'ludi consulis Sulpicii' hoc est a Sulpicio consule facti: non fuerunt autem illi ludi consulum, sed aedilium. Largimur igitur commode potuisse velut sic scribi de Sulpicio: 'cuius praetoriis ludis Thyestam fabulam Ennius docuit' (auctore quidem Cicerone Bruti c. 20, 78) i. e. Apollinaribus qui a praetore fiebant: Rothianam rationem de unis fortasse ludis magnis concessuri simus. Nec aptius conferri apparet '*ludos funebres L. Aemilii Paulli, quos fecere Q. Fabius Maximus P. Cornelius Africanus*' h. e. in funere Aemilii editos. Quamquam ne certum quidem est in didascaliis Hecyrae et Adelphon utrum illud scriptum fuerit an hoc potius: LVDIS FVNEBRIBVS QVOS L. AEMILIO PAVLLO FECERE Q. FABIVS MAXIMVS P. CORNELIVS AFRICANVS, quando dativum in utraque didascalia tuetur quamvis turbatis ceteris Bembinus liber eiusdemque vestigium etiam vetus Vaticanus servavit in Hecyra. — Ceterum *et* particulam ante *quo consule* positam, quamvis non ineptam a logica ratione, nescio quomodo sensus meus, quotienscunque haec legi ac relegi, semper respuit ut inconcinnam ac prope dixerim hiulcam.

Pag. 32, 1 *Popillio* scripsi, quamquam quod *A* exhibet *popillo*

Digitized by Google

ambiguum est utrum ad illam an ad *Popilio* scripturam spectet. Modum enim prorsus excessisse Lachmannum, geminationem liquidae in talibus damnantem ut 'vitiosam' Lucretii p. 33, non uno argumento perspicitur suoque tempore et loco disceptabitur explicatius. In praesenti satis erit tria monumenta epigraphica antestari vetustioris aetatis (nam inferioris multitudinem exemplorum Mommseni I. R. N. suppeditant): miliarium Hadrianum anni 662, tractatum Musei Rhen. t. X p. 141 sqq. XIV p. 298 sqq., in quo est P · POPILLIVS · C · F · COS scriptum: duoque titulos POLLIO POLLIONIS nomina exhibentes, Vaticanum P. L. M. tab. XCIV, *b*, Sinuessanum I. R. N. 4021. Et tamen vix expiando piaculo dici scribive 'insigne maestis praesidium reis et consulenti *Pollio* curiae' hodie creditur.

' Ibidem si recte se habet *ideo*, hac vi esse dictum oportet: ideo quod tales, quales Sulpicius Labeo Popillius fuerunt, minime vero Scipionem Laeliumque adiutores habuerit, sic locutum esse ipsum ut viros virtute atque auctoritate pollentes, non iuvenes significari manifestum sit. Fuit enim qui, cum in *A* scriptum esse *poeta deo ipsum* videret, hinc efficiendum *poeta. adeo ipsum* putaret, non id per se inepte. Verum tamen ut dicam quod sentio, nec *ideo* nec *adeo* Suetonius scripsit simpliciter, sed si quid in hoc genere consuetudinis observatio certissimae valet, *ideoque* potius. Nam si a tritissimis illis discesseris cum *ideo* vocabulum insequenti vel *ut* vel *quod* particulae refertur, item *adeo* vel sociata *usque adeo* insequenti vel *ut* (quod genus in deliciis habet Suetonius) vel *donec* (Tib. 63) vel *quoad* (de gramm. 22), rursus autem ea segregaveris in quibus simplex *adeo* fere aequat *ita* particulam (*non adeo custodiit* Aug. 88, *nec adeo grauis* Galb. 7, *nec adeo multi* Oth. 5): ligandis quidem integris enuntiatis *adeo* nusquam inservit nisi secundum locum tenens, ut Iul. 14 *obtinuissetque adeo* —, Claud. 25 *totumque adeo* —, ib. 37 *nulla adeo suspitio* —, Ner. 35 *nullum adeo* —, Galb. 14 *maiore adeo* —, quorum exemplo *ipsum adeo* vel *ipsumque adeo* dicendum fuerat: contra in principio positae *ideoque* particulae orationem nectunt saepissime: Iul. 45. 86. Aug. 91. Tib. 67. Cal. 50. Ner. 29. 55. Vit. 4. Vesp. 5. 7, quo etiam *nec ideo* pertinet Aug. 54, sola *ideo* particula ne uno quidem exemplo.

Pag. 32, 4 *uicesimum*, quod servavit vetus Parisinus, firmat Dresdensis, rectissime tutatus est Rothius p. 183 sq., non ille cum

Digitized by Google

aliqua confidentia contendens revera tam brevi vita fuisse tamque mature ad scribendum se applicavisse, sed duplicem extitisse apud ipsos veteres memoriam disserens, quarum in alteram ille numerus apprime quadraret. In qua disputatione cum nec probem omnia et quaedam desiderem, paucis quid mihi videatur complectar. Vna autem fuit et prorsus consentiens vox antiquitatis, familiariter usum Terentium Laelio et Scipione: prope consentiens memoria, ab eisdem adiutum in scribendo: obscurior fama, 'corporis gratia eis conciliatum' fuisse. Hoc ultimum testabatur vel significabat saltem Porcius: negabat Fenestella, hoc usus argumento quod utroque maior natu fuisset. In hoc qui cum Fenestella senserit, novimus neminem: aetate aequales fuisse certo testimonio prodebat Nepos, non negat ipse Laelius apud Ciceronem Lael. c. 24, 89 'familiarem suum' dicens, non negant quicumque illorum opera in scribendis fabulis usum poetam tradidere: in qua caussa unum Scipionem C. Memmius p. 30, 14, Quinctilianus X, 1, 99 et Vagellius in auctario Donati p. 35 memorant, Laelium solum Cicero in epistula ad Atticum VII, 3, 10 et Nepos p. 31, 2, utrumque suos auctores secutus Suetonius. Nec ullo modo Santra p. 31, 10 negat, verum aliud negat, hoc, a Scipione Laelioque adiutum esse: non profecto propterea quod non aequales aetate fuerint, id quod huc nihil omnino pertinet, sed ad unam consuetudinem amatoriam valere potuit: verum hac caussa quod, quotcumque annorum Terentius fuit, eis tamen quibus huius fabulae actae sunt temporibus, i. e. ab anno 588 ad 594, ipsi Laelius et Scipio nimis adulescentuli fuerint quam qui vel talem operam praestitisse vel significati esse verbis Terentianis credi possint. Et horum quidem illud Santra inconsultius, hoc autem idem non profecto sine ratione. Nam Scipio si est anno 569 natus, annum undevicesimum agebat quo tempore scribere Terentius coepit, quintum et vicesimum quo desiit: nec multo maior natu Laelius fuit; ab hac autem aetate cum caussa non sit cur facultatem poeticam abiudicemus, praesertim in tam bene ingeniatis tamque liberaliter institutis adulescentibus, tamen in eandem aegre sane intellegas qui illa sat commode conveniant '*qui uobis uniuersis et populo placent, quorum opera in bello, in otio, in negotio suo quisque tempore usust sine superbia*'. 'Placere' quidem populo universo Scipio iam inde ab anno 586 dici potuit rectissime, quo ille aetatis annum septimum et decimum agens non solitae fortitudinis bellicae specimen in

Digitized by Google

pugna Pydnaea ediderat, paucis verbis a Livio XLIV, 44 memoratum, splendidioribus a Plutarcho descriptum in vita Aemilii Paulli c. 22, e quibus haec adposui imprimis huc facientia: *πᾶσι γὰρ ἀγαστὸς ἦν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πρὸς ἡγεμονίαν καὶ πολιτείαν ὡς ἄλλος οὐδεὶς τῶν συγγενῶν κεκραμένος τὸ ἦθος.* Eundem largimur (quando factum ignoramus) potuisse iam ante annum 594 semel vel iterum in publicum prodire oratorem vel caussae patronum; largiamur similem similibus rebus gratiam inire a populo potuisse atque ludis funebribus illis quos patri Aemilio Paullo fecit, fabularum actione Terentianarum inlustres; item largiamur a Terentio non tam Laelium et Scipionem, quam unum Scipionem respici in prologo Adelphon: verum haec tamen omnia non profecto satis valent quominus nimis magnifice illa dicta sint 'quorum opera in bello, in otio, in negotio suo quisque tempore usus est', quae et ad multitudinem annorum et ad magistratuum virtutem spectant manifesto. Haec igitur cum scripsit Terentius, non potuit nisi de talibus potissimum cogitare, saltem praeter Laelium Scipionemque, quales exempli caussa Santra designavit Sulpicium, Labeonem, Popillium*): et tantum '*maxime cum Scipione Africano et C. Laelio*', sed eundem '*cum multis nobilibus familiariter uixisse*' ipse Suetonius dixit p. 27, 2. Vt in hoc meliorem se Terentii interpretem Santra quam vel Suetonius vel hunc secutus Donatus gesserit: quorum hic '*in bello*' verba spectare ad Scipionem, '*in otio*' ad Furium Philum, '*in negotio*' ad Laelium Sapientem argutatus est. Quamquam rem ipsam non intercedam si quis menti suae sic informet, ut 'non obscura fama' ista revera ad Laelium Scipionemque potissimum spectasse nec ut videtur sine ratione spectasse putetur, ab his autem, dissimulans animi sententiam, suspitionem Terentius consulto ad alios deflectere credatur, tales quidem a quorum auctoritate et gratia publica promptior ipsi venia et gratia suppeteret. Et fortasse ita sentiens Suetonius supersedere se posse refutandi Santrae opera putavit. — Rursus autem haec omnia quid tandem ad aetatem Terentii definiendam? Quem cum natu maiorem quam Laelium et Scipionem fuisse unus ex omni-

*) Exclusum igitur etiam L. Furium Philum esse apparet, anno demum 618 cos., quem cum Scipioni Laelioque Donatus sociat, a solis ut facile intellegitur versibus Porcianis profectus est; item exclusum, de quo facile quispiam cogitet, Sp. Mummium fratrem Achaici, legatum a. 608, de cuius studiis poeticis identidem teste Cicerone constat.

Digitized by Google

bus Fenestella 'contenderit', quid est quaeso cur fidem testimonio certissimo abrogemus, quod est codicis antiquissimi eiusdemque optimi Parisini, *post editas comoedias, nondum quintum atque uicesimum annum egressum*, poetam excessisse urbe testantis? Novissimas is comoedias docuerat anno 594: mortuus est uno post anno, Cn. Cornelio Dolabella M. Fulvio Nobiliore cos., quorum nomina Suetonius p. 32, 15 posuit: natus est igitur eodem ferme quo Scipio tempore, vitae annos circiter sex et viginti sive explevit sive attigit, ad scribendum autem accessit annos fere undeviginti natus. Quod cur nimis mirabimur in eo, quem 'ob ingenium et formam non institutum modo liberaliter, sed et mature manu missum' a Terentio Lucano senatore narrat Suetonius? Non habebunt igitur in posterum litteratores nostri, quo 'annos XXXVI' vitae Terentianae tueantur, nisi depravatam scripturam interpolatorum librorum: quae si a Suetonio profecta esset, faceret is quod non fecit h. e. in Fenestellae partes discederet.

Pag. 32, 5 quod *uicesimum ingressus* scripsi, non aliam caussam habui nisi quod concinnitatis varietatisque in dilectu verborum multo studiosiorem nosse Suetonium videor quam cui recte talis loquendi neglegentia tribuatur: *nondum quintum atque uicesimum egressus annum .... egressus urbe est.* Conferri illud variandae orationis studium poterit quod supra cognovimus ad pag. 30, 15. In temporum rationibus paullum est nec ullius momenti quod mutatur hac mutatione.

Ibidem *caussa* praepositum suo nomini cum unum solum praeterea exemplum habeat apud Suetonium Aug. 24 *caussa detrectandi sacramenti*, quae potest certa locutio esse antiquitus tradita (quem ad modum senati consultum de Bacchanalibus enarrans Livius XXXIX, 14 antiquitatem servavit in *caussa sacrorum*), haud scio an illud ipsum indicio sit verborum a vetustiore auctore, Varrone puto, sumptorum.

Ibidem *uitandae* pro *euitandae* Suetonio reddens Rothius etsi non debebat verbum compositum ab illo omnino abiudicare, quod exstat Tib. 35 *ad euitandas legum poenas*, tamen et frequentari ab eodem *uitare* vere dixit et percommode constructionis exemplum simillimum e vita d. Aug. 45 protulit: *seu uitandi rumoris caussa quo patrem Caesarem uulgo reprehensum commemorabat ... seu studio spectandi ac uoluptate qua teneri se ... professus est.* Quod ipsum exemplum facit ut propemodum suspicer similiter in vita Terentii

Digitized by Google

Suetonium locutum omissumque a librariis vocabulum sic revocandum esse: *seu studio percipiendi Graecorum instituta moresque.* Nam et durior est quam qui satis placeat simplex *percipiendi* genetivus e praegresso *caussa* aptus, et aliquid languidi habet quod e prodita in *AB* memoria *percipienda* codex Reginensis effecit: *ad percipienda.* Casu factum est ut in sua vita Terentii *studio cum declinandi odii tum Graeci ingenii perscrutandi* Polentonus poneret.

Pag. 32, 7 item probandus Rothius quod *non perinde* ex *A* recepit, hac sententia: 'utpote quos nondum satis ad veritatem exprimeret.' Simplicem enim, quae vulgatur sine negatione, *perinde* particulam etsi ratio quidem non prohibet quominus sic interpretere 'ut eos prorsus ad veritatem exprimeret', tamen aliud suadet usus Suetonianus. Vbicumque enim, cui quid comparetur, non subsequenti *ac* vel *atque* (semel *quam* Dom. 15) particula plane edicitur, hic scriptor *perinde* vocabulo ita tantum locum dedit ut, quo illud spectaret, ex ipsis praegressis verbis intellegeretur. Velut Iul. 56 *quartam elementorum litteram, id est* D *pro* A, *et perinde* [h. e. 'perinde atque D pro A'] *reliquas commutet*; vel Claud. 14 *nec semper praescripta legum secutus duritiam lenitatemque multarum, ex aequo et bono perinde* ['atque ex iusto' intellege] *ut afficeretur, moderatus est.* Contra cum negatione sociatum *perinde* idem etiam sic admisit, ut rei comparatae notio non significata verbis esset, sed extrinsecus adsciscenda: cuius generis sat singularia exempla exstant. In vita Aug. 80 *coxendice et femore et crure sinistro non perinde ualebat* facili sane cogitatione additur 'atque dextro': sed quae Tib. 52 posita sunt *itaque ne mortuo quidem perinde affectus est*, item Galb. 13 *quare aduentus eius non perinde gratus fuit*, non possunt aliam vim habere nisi 'perinde atque debebat, atque consentaneum erat, atque exspectari poterat'. In eandemque partem de Terentio verba illa interpretanda sunt.

Ibidem v. 8. *egredi* simpliciter etsi satis usitate dicuntur qui vel castra vel navem vel portum relinquunt, tamen 'Romae' vel 'urbis' notio non magis omitti potuit quam cuiuslibet alius loci, cuius quidem non esset in eis quae praecedunt mentio facta ut Tib. 21. Cal. 58, alibi. Quod cum sanissimo iudicio Stephani quisquis fuit amicus sensisset, tamen interpositum ab illo *urbem* vocabulum rectius etiam in ablativum Muretus mutavit, id quod non Suetonii tantum, sed communis loquendi consuetudo exigit, nisi ubi fines rei cuiuslibet transiri dicuntur. De quo breviter, sed adposite ad

Digitized by Google

rem Oudendorpius egit in vit. Aug. cap. 91, simillimis exemplis usus Tib. 40 *urbe egrediens*, Aug. 53 *urbe oppidoue egressus*: quo adde Vit. 14 *urbe Italiaque mathematici excederent.* *)

Pag. 32, 10 sqq. positos Volcatii senarios tales vetus Parisinus prodidit: *sed ut Afer populo sex comoedias dedit, iter hinc in Asiam fecit. nauem ut semel conscendit, uisus numquam est. sic uita uacat.* Quorum versuum primo soli casui tribuendum est quod ille inverso ordine *comoedias dedit* exhibet pro eo quod ceteri libri omnes servarunt *dedit comoedias.* Quod cum prae illo sprevit Rothius p. 184, non cogitavit veterem atque antiquum poetam nullum tam elumbem exitum iambicum probaturum fuisse, quem tam facile vitare posset. Praeterea vix dignum mentione, in Vrbinate codice et editione principe transponi *sex populo*, in sola principe *edidit* exstare. Contra fieri potest ut ab initio versus aut *Sed Afer populo ut sex d. c.* aut, quod etiam gratius ad aures accidit, *Sed populo ut Afer sex d. c.* dederit poeta: quorum tamen neutrum necessitatem habere concedendum est.

Altero versu ut hiatus tolleretur, praeter artem correctum est *nauem cum semel*, quod rursus cum Vrbinate libro editio princeps participat. Multo lenius *fecit et nauem ut semel* Rothius proponebat, sed refragante latinitate, quae in talibus non patitur *et* particulam, sed *autem* postulat. Quid multa? finitimo *nauem* vocabulo absorptum est *autem*, sic ut poeta scripserit: *nauem autem ut semel.* Nec enim recte in ipsis *ut* litteris mutilam *autem* particulam quaeres salutemque corrupto versui hanc comminiscere: *nauem autem semul* || *Conscendit* h. e. 'simul atque'. Etsi enim pristina *semul* forma quotiens non intellecta librariis in *semel* transierit, satis ea exempla docent quae Prolegomenon Plautinorum p. XCVII sq. composui, tamen hoc loco eam vix patitur sententia, quae, cum insequatur *uisus numquamst*, non 'simul atque' potius quam 'postquam' notionem postulat. — Ceterum quoniam necessaria sane non

*) Reliqua qui cognoscere cupiet, haec habeto. si forte non omnia, at pleraque. *egredi tabernaculo* Aug. 91, *domo* Tib. 50, *uilla* ib. 65, *triclinio* Cal. 36. Vesp. 6, *spectaculo* Cal. 56, *theatro* Claud. 13. Vit. 4: item *excedere theatro* Ner. 23, *excedere sacrario* Dom. 15. Accedit praepositio Tib. 72 *e conuiuio egrediens*, quia convivium non habet loci significationem propriam, qua caussa etiam *de potestate patris exire* dictum est Vit. 6. Diversa ratione regi apparet quod est Claud. 23 *ut ultra lapidem tertium uetaret egredi ab urbe.*

Digitized by Google

est vel *autem* vel ulla particula, etiam transponendo sanari versum posse Buechelerus monuit: *fecit. ut nauem semel* vel paullo longius a libris *fecit. ubi nauem semel.*

Pag. 32, 13 memoratus *Cosconius* non videtur alius esse nisi bis a Varrone de l. lat. prolatus, in quaestione grammatica ad analogiam spectante lib. VI, 36, de *accensus* verbi significatione VI, 89. Et posteriore quidem loco cum '*Cosconius in actionibus*' dicatur, fuerunt qui de Ictó potius vel de oratore cogitarent: immerito. Nam 'de actionibus' scribere grammaticus Cosconius potuit eodem atque ipse Varro instituto, cuius 'de actionibus scaenicis' libros fuisse cum satis constat tum pluribus a nobis disputatum est Musei Rhen. t. VI p. 516 sqq.: de actione autem Boeotiae, cuius fabulae controversa origo esset, ita idem commentari potuit, ut per aliquam occasionem eum versum, quem ex illa Varro profert 'ubi primum *accensus* clamarat meridiem', interpretaretur (cf. Parerg. p. 208). Ad eosdem igitur 'actionum' libros haud scio an non incommode etiam Suetonii memoriam referas, quae est de fabulis Terentii non actis deque morte poetae cuius actae fabulae sat largam disputandi materiam praebuerunt; cur enim a necessariis ad cognata liberius exspatiatum negemus? — Ceterum Cosconium, Porcium, Sedigitum, Memmium utrum Suetonius item ut Nepotem, Fenestellam ipsos manibus tractarit an eorum testimonia aliis accepta referat, valde posse dubitari video. Varroni potissimum (cuius modo mentionem faciebam ad p. 32, 5) non pauca eum debere iam olim suspicatus sum Parerg. p. 244. 621 sqq.: cuius 'de poetis' libros permirum sit si eiusdem argumenti commentariis suis non adhibuerit. Quamquam potuerunt ei etiam Imaginum libri alicui usui esse. Quo tamen uno loco Varronis nomen ipse posuit p. 30, 1, ibi quoniam virtus poetica Terentii indicatur, fortasse nec ab illis nec ab his est profectus, sed talibus potius usus quales fuerunt 'de poematis' libri vel 'de descriptionibus' inscripti: de quibus Mus. Rh. l. s. s. dictum est. Nam ultra coniecturas easque satis ancipites non licet sane in hoc genere progredi.

Ibidem omisso cum *A* verbo finito orationem nostro sensu Rothius asperam et hiulcam fecit ac vix dignam Suetonio. Fieri potest sane ut, cum ab hoc aliud verbum positum fuisset, velut *scribit*, simili interpolatoris correcturae *dicit* debeatur atque p. 30, 15 *ait*: at nihilo tamen hoc certius quam casu in *A* omissam vocem ceteros libros servasse ut p. 28, 9 sq. Nec ab usu Sueto-

niano abhorrere in hoc genere *dicit* perspicitur e vita d. Iul. 55 extr.

Pag. 32, 14 mirum est tam diu concoqui potuisse quod vulgatur *cum centum et octo fabulis conuersis a Menandro*: quo nihil narrari absurdius, nihil magis ridiculum potuit. Quid enim? cuius fortasse non plures quam quinque et centum fabulae exstiterunt omnino, id quod Apollodorus testatus est apud Gellium XVII, 4, eiusdemne Menandri ut octo supra centum Latinus poeta verterit? et si vel CVIII vel CIX fuerint secundum alios auctores ab eodem Gellio memoratos, quibuscum Suidas facit, eas ut unius ferme anni spatio (ab a. 594 ad 595) omnes transtulerit h. e. singulis mensibus circiter novenas? nihil ut de quattuor vel quinque illis dicam quas ex eodem numero Latinas iam Romae fecerat. Tam igitur prodigiosam memoriam proditam a vetere scriptore Cosconio putabimus? et si modo prodita fuerit, mentione dignam Suetonio visam? et si digna visa, sine ullo dubitationis indicio relatam? Apage tam incredibilia: praesertim cum fons erroris sit in propatulo. Quis enim semel monitus diffitebitur temere iteratae CCCIII praepositioni numerum illum omnem CCCIII deberi? Eiusque originis ipsi adeo libri ms. obscuriora vestigia servarunt.*)

---

*) Contrarium exemplum in vocabulum mutati numeri habes in Suasoriarum libro Senecae p. 11, 24 ed. Burs., ubi Laconibus haec verba tribuuntur: *ideo* (h. e. ut cum Spartae dedecore fugiamus) *hanc Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futurae militiae patientiam? ideo Taygeti nemoris difficilia nisi Laconibus iuga? ideo Hercule gloriamur de operibus caelum merito? ideo muri nostri arma sunt?* Vbi nihili esse et a latinitate prorsus abhorrens *de operibus caelum merito* neminem fugit. Fuit igitur cui *deo operibus caelum merito* in mentem veniret. At inter deos non est profecto deus receptus, sed homo mortalis: *operibus* autem tam nude positum mirifice friget. Quid multa? natum est illud DE EX DC, scriptumque a Seneca *sexcentis operibus caelum merito*. — Aliud hac occasione eiusdem scriptoris mendum corrigere libet, unum ex incredibili multitudine eorum quae Bursianus aliis sananda reliquit prope nimia liberalitate. In Controversiarum enim l. VII p. 184, 12: *ubi spes? in gubernaculo? nullum est. in remigio? ne hoc quidem est. in comite? nemo repertus est naufragi comes. in uelo? in arte? omnia paene instrumenta circumcisa sunt* —, quid sibi velle *in arte* dices, ubi de instrumentis sermo? Scripserat Seneca *in uelo? in artemone? omnia* —. Nam differre a velo artemonem constat. Et *in arte in omnia* habere codex Bruxellensis videtur. Eadem opera leviora corrige finitima, paullo ante v. 8 *quid accusas quod inpunitatem fratri dederim, quom fato consilium*

Digitized by Google

Pag. 32, 15 *in archadia stymphali siue leucadie* unus vetus Parisinus servavit: ubi quod libros novicios occupat *sinu* pro *siue*, nulli usui est. Prorsus et soloecam orationem et absurdam sententiam Erasmus invehebat: *in Arcadiae Stymphalo siue Leucadia*, sed idem tamen in tralaticia scriptura non posse acquiesci recte sensit. Non equidem negabo *in Arcadia Stymphali* dici potuisse, ut reapse Plinius dixit N. H. II, 227 'in eo (fluvio) ut *in Arcadia Stymphali* enascuntur aquatiles musculi', vel XXXII, 17 *in Lycia Myris* (ubi disparia miscuit Silligius): quamquam usitatius esse aut *Stymphali in Arcadia* sentio (quemadmodum vita Ambrosiana loquitur ab A. Maio edita *Stymphali decessit in Arcadia*) aut *Stymphali Arcadiae oppido* aut saltem *in Arcadiae oppido Stymphalo*. Verum *in Arcadia Stymphali siue Leucadiae* nonne prorsus ita posita sunt ut Leucadiam quoque urbem dici Arcadiae credas? Apage igitur molestum *Stymphali* nomen, quod non est aliunde nisi e carminis Porciani p. 28 versu 3 huc ab interprete inlatum, Suetoniumque confidenter crede sic scripsisse: *ceteri mortuum esse in Arcadia siue Leucadiae tradunt*. Vbi insulae, vel antiquitus paeninsulae nomen *Leucadiae* notissimorum normam exemplorum sequitur quae sunt *Cypri Corcyrae Chersonesi*. Nec *siue* particula, pro qua facile quispiam *uel* exspectet vel *aut*, ratione sua caret; nam cum haec praecedant *Q. Cosconius redeuntem e Graecia perisse in mari dicit*, ipsi mari iam opponi terram apparet, sive ea Arcadia fuit sive Leucadia. Neve quis *in Arcadia* verba pro insiticiis habeat Suetonioque haec potius tribuat *ceteri mortuum esse Stymphali siue Leucadiae tradunt*: ne quid de parum concinna urbis cum insula consociatione dicam, praesto est, cuius testimonio haec quaestio omnis absolvitur, Hieronymus, qui ipsa Suetonii verba exprimens *Terentius* inquit *in Arcadia moritur*, non dixit *Stymphali moritur*. Nam ex Ausonii sane verbis Epist. XVIII, 16 *Arcadiae medio qui iacet in gremio* nihil consectarium.

Pag. 33, 1 *implicatum* formae, quam testatur Parisini *A* memoria, non erat cur *implicitum* praeferret Rothius. Recte autem idem *ex dolore ac taedio*: in quibus perscribendis cum librarius imprudenter anticipatam *ac* particulam bis posuisset *ac ex dolore ac taedio*, hinc profectus corrector, e cuius recensione libri novicii

---

meum uictum sit: item paullo post v. 20 *poenarum eius pars est, non est nequitiae opus*. Sed talia corrigentem dies deficiat.

Digitized by Google

manarunt, effinxit nihili scripturam *acri dolore ac taedio.* Nam nihil ut dicam de ambigua conlocatione *acri* adiectivi, quod inter morbum et dolorem incerta constructione vagatur, ipsam *ex* praepositionem haec quidem sententia postulat necessario. Non sane usquam Suetonius, cum quempiam quippiam facere dolore, taedio, metu declarare vult simpliciter, id adiecta *ex* notione dicit (velut cum Servium *pudore ac taedio secessisse ab urbe* narrat de gramm. 3): sed morbum cum vellet e dolore ortum dicere, debebat profecto '*morbum ex dolore*', nisi addito participio 'dolore effectum' mallet vel similiter. Quod quidem sentiens Bothius cum utroque sociato vocabulo sic scripsit *morbo implicitum acri ex dolore ac taedio,* non magis placet. Sive enim cum *morbo* sive cum *dolore* struitur *acri* adiectivum, perinde inepto pondere sententiam onerat postpositum participio ac praepositioni antepositum. Nolo enim in eo haerere quod *grauem* potius morbum solet Suetonius dicere ut Tib. 72. Vesp. 2, non *acrem* ut Plautus Menaechmis v. 872. Quodsi quis aliud eruere e Parisini memoria animum induxerit, unum hoc relictum est ut *morbo implicatum prae dolore* probet (ut Oth. 12): quod num sit probabile in *ac ex* corruptum esse, ipse viderit.

Pag. 33, 2 *sarcinarum* etiam scriptor vitae Ambrosianae legit *sarcinas fabulasque* in navem impositas memorans: ubi *sarcinulas* Petrarca cum Polentono habent. Nec aliud voluisse Stephanum suspicor, calami tantum vel typothetae errore nisi fallor *satyrarum* exprimentem.

Ibidem *in nauem* quod Rothius recepit ex *A*, factum nollem. Nam in navem praemisisse sarcinas is tantum recte dicitur qui, in litore restans parumper, eam navem ipse conscensurus est: quae quomodo perire, nondum egressa portu, potuit? Rectius rem menti suae scriptor vitae Ambrosianae informabat, quantumvis is commentorum ferax. — Ceterum *naue* potius quam *naui* ex *nauẽ* efficias, ut Iul. 52. Aug. 17. Tib. 14. Tit. 5 et fortasse, de quo anceps iudicium, Iul. 66. Semel tantum in Memmiano codice proditum *naui* reperio Aug. 98, praeterea de rhet. 1 extr.

Versu **5** *in uia Appia* pravissimo instituto Burmannus, quod etiam magis mirum Oudendorpium servasse. Numquam non omissa praepositione locutus Suetonius: *uia Appia* Claud. 1, vit. Persii (cuius recentior demum interpres apud Iahnium p. 239 *in* addidit), item in vita Ennii apud Hieronymum, vel *Appia* simpli-

Digitized by Google

citer Tib. 72, *uia Praenestina* in vita Attae, vel inverso ordine *Aurelia uia* Galb. 20, *Salaria uia* Vesp. 12, *Latina uia* Dom. 17: quae exempla prope omnia adposuit Rothius. Quamquam *in sacra uia* idem Suetonius bis d. Iul. 46 et 80. Item *in uia Laurentina* Gellius X, 2, si integra scriptura.

Pag. 33, 6 *ad Martis uillam* libri. Nec fuisse ullam via Appia *uillam* Martis nec cogitari posse Schopenus vidit, *uillam* probabiliter coniciens explicandae *hortulos* voci adscriptum esse. Cuius ipsa verba habes in Fleckeiseni praefat. p. VII. Quo magis miramur rursus patronum illi si dis placet villae Rothium p. 186 extitisse, Suetonii testimonio usum quod est in vita Tiberii cap. 65: *per nouem proximos menses non egressus est uilla quae uocatur Iouis.* Et tamen conlato Tacito Annal. IV, 67 pridem intellectum est non aliam huius nominis rationem esse nisi quod duodecim in Capreis insula villis suis privatis Tiberius arbitratu suo duodecim deorum nomina indiderat: id quod unus quisque videt ad publicum nomen aedis publicae nihil prorsus pertinere. Nec hinc non aliena *uilla Martis in Apennino* illa, in qua Pertinacem Imp. natum Iulius Capitolinus c. 1 perhibere creditur: ubi *uilla matris* est in Palatino codice.

Versus **7—9** in quem ambitum pinguissima interpolatione creverint, satis supra disputatum est ad p. 28, 4—7.

Versu **10** Afranii senarium multitudo librorum talem prodidit: *Terentio non similem dicens quempiam.* In his tamen mihi nec *dicens*, nec quod pro eo iam veteres editores substituerunt *dices*, sat commode posse expediri visum est. Et tantum quidem dubitationem vix habet, quin in eodem prologo fabulae et illi versui locus fuerit et his quos Macrobius servavit Saturn. VI, 1, 4 (apud Ribbeckium p. 144): *fateor, sumpsi non ab illo modo, Sed ut quisque habuit conueniret quod mihi, Quod me non posse melius facere credidi, Etiam a Latino.* In prologo autem, quo ipsi compellantur spectatores, quorsum pertinere potuisse numerum verbi singularem *dices* putabis? Quod intellegens Rothius cum in primae personae formas '*fateor*' '*sumpsi*' '*credidi*' egregie quadrare *dicens* participium ratiocinatur p. 185, non magis persuadet. Nec enim ita *dicens* potius exspectatur, quod parum facundiae habiturum sit, quam 'existimans' 'intellegens' 'sentiens' vel aliquid simile: nec, illud si toleremus, ullo modo perspicitur quo tandem construendi vinculo cum primae personae verbis illis coire huius in quo versamur versus sententia potuerit. Itaque quoniam enuntiatorum talis conforma-

Digitized by Google

tio, quae *dicens* participium apte admitteret, omnino in promptu non erat, satius duxi ex ea scriptura efficere, quod longe commodissimum explicatum haberet, *dicas*, praesertim cum caussam erroris satis apertam exiguo intervallo praecedens *scribens* participium monstrare videretur. — Verum hoc levius: multo graviori offensioni cum dativo constructum *similem* vocabulum fuit. Nec enim alium nisi genetivum casum in hoc genere antiquiores probasse, dedita opera olim demonstravi Musei nostri philologici vol. VII, p. 584 sqq. et VIII, p. 159 sqq. Vbi congestis e Plauto et Terentio exemplis adde e Ribbeckianis copiis *parasitorum simil est* Naevii v. 60, *pueri simil es* Novii v. 62, *sepulcri similis* Laberii v. 124, *veri simile* Pacuvii v. 374, *nihil horum similest* tragici incerti v. 206. Eamque construendi legem Afranium quoque servasse certissimo documento vetus Parisinus est, in quo ipse quem expetimus genetivus exstat *terentii*. Quem quoniam Afranius non potuit nisi tribus syllabis efferre, unius quae iam desideratur syllabae iactura curandum erat ut probabili coniectura resarciretur. De *nocnu* forma non inepte cogitaretur, si cum Plauto nobis res esset vel cum antiquitatis sectatoribus Lucilio, Varrone: tersissimo togatarum poetae illam tribuere vix quisquam ausit. Sed *non* litteris cum facile hauriretur *con* syllaba, nihil esse simplicius visum est quam Afranii manum sic restitui: *Terenti non c•nsimilem dicas quempiam*. Nec enim profecto alia construendi ratione *consimilis* atque *similis* et *dissimilis* reguntur. Itaque in Vopisco idem Afranius apud Charisium p. 193 v. 398 Ribb.: *Vbique repentino húius consimile áccidit*. Item Plautus Capt. 116 *Libér captiuos áuis est consimilis ferae*. Et v. 14 *Auis mé ferae consimilem faciam ut praédicas*. Nec Terentius aliter Heauton timor. 393 *Quóius mos maxumést consimilis uóstrum*. Ibidem v. 382 cum vulgaretur *isti formae ut mores consimiles forent*, errore tantum iteratis *isti* syllabis versum Fleckeisenus sic liberavit: *Id tu quom studuisti, formae ut m. c. f.* Construere nesciunt qui dativum Plauto tribuunt Poen. IV, 2, init.: *Sátis spectatumst deús atque homines éius neclegere gráliam, Quoi hominist erús consimilis uélut ego habeo hunc húius modi*: ubi praeter lexicographos nostros nemo non videt ad *est* pertinere dativos, cum *uelut* sociari *consimilis*. Primus quod sciamus Accius, sed in rebus comparandis, non in personis, dativum admisit Medeae v. 405: *Siluani melo || Consimilem ad auris cántum et audítum refert*. Apud Lucretium quidem, qui cur in construendo *similis* vocabulo

dativum frequentet significatum est Mus. Rh. l. s. s. p. 159*, *consimilis* tamen servavit genetivum in *sucum consimilem lactis* V, 813, *lunam pilai consimilem* ib. 714. — Atque sic olim ratiocinatus tamen omnes mihi scrupulos ne tum quidem exemptos sensi. Nam primum quidem haud scio an ad vim sententiae aliquanto efficacior ipsa simplicitas *similis* notionis quam compositum *consimilis* vocabulum fuerit, quod dubitari potest utrum illo fortius sit an exilius. Plus etiam offensionis *quempiam* pronomen peperit cum negatione sociatum: quam societatem etsi nemo nescit suam suo loco veniam habere, tamen in hac ipsa sententia intellegere visus sum locum vix tueri posse, sed cedere *quemquam* formae debuisse. Nec placere *non* particulae conlocatio poterat, quae hanc potius sibi posituram postulabat: *Terenti similem non dicetis quempiam* (id quod suadebat Buechelerus): quae enim insolentioris sane conlocationis exempla Naekius tractavit in Valer. Cat. p. 295 sq., aliena vel propterea sunt quod talis licentia poetarum non cadit in hoc genus scaenicum. Denique e *dicens* scriptura non minus commode quam *dicas* erui *dicent* Ribbeckius monuit verissime, id autem acute vidit spectare ad adversarios et obtrectatores posse, quibus in prologo isto Afranius respondisse videretur similiter atque Luscio Lanuvino Terentius. Harum igitur coniuncta vis cogitationum non potuit me non movere quin probabilius quam olim factum est poetae manum hoc exemplo restitui confiderem:

Terenti numne similem dicent quempiam?

Vbi si qui *numnam* praetulerint, optare suo arbitratu poterunt.

Pag. 34, 1 pro *in Limone* aegre perspicitur quid moverit Robertum Vngerum ut '*in Lino*' suaderet Subsicivorum Brandenburgi Novi a. 1854 editorum p. 3: coniectandi vel potius hariolandi genere, ut nobis videtur, valde infructuoso. Quam enim veteribus illa ipsa inscriptio miscellorum librorum placuerit quae vel *Λειμών* fuit vel *Λειμῶνες* vel '*Pratum*' vel '*Prata*', sat certis testimoniis cum Gellii tum Plinii in praefationibus, Suidae v. *Παμφιλος*, ipsiusque exemplo Suetonii constat: nec e Plinianis Gellianisve verbis id quod Vngerus argutatur ullo modo consequitur. Contra '*Linus*' ille quid sibi velit, vix ac ne vix quidem intellegimus. Nec magis Andream Schottum moramur *in Libone* comminiscentem Nodor. Cicer. III c. 10.

Versu **5** *sedatis motibus*] Poetae quidem Ciceroni quamvis

multa condonemus quae in oratorem nullo modo cadant, tamen tam ille expers elegantiae ne in carminibus quidem fuit ut vel haec scriberet: *tu quoque, qui ... expressum latina uoce Menandrum in medium nobis sedatis uocibus effers,* vel non minus frigide proximum versum talem faceret: *quiddam come loquens atque omnia dulcia dicens.* Et illic quidem etsi nihil vitii vel Valckenarius in Theocriti Adoniaz. p. 330 vel Meinekius praefat. Menandri p. XXXVII suspicati sunt, verum raro exemplo Barthius vidit Adversariorum XXXIV, 7 *sedatis motibus* substituens pro *sedatis uocibus,* quod ne per se quidem sat commodum intellectum habet. Motus enim animi h. e. concitatiores atque adeo sublimiores affectus cum gravitate descriptos satis constat a Terentio iam veteres criticos abiudicasse, ἤθη potius illi quam πάθη tribuentes: de quo et luculenta sunt et nota omnibus Varronis testimonia apud Charisium p. 215 et Nonium p. 374. Eodemque pridem intellectum est Horatium spectare, cum *gravitatem* laudari in Caecilio, in Terentio *artem* exclusa gravitate significavit. His igitur Terentius πάθεσι, quae a Menandro quidem minime aliena fuerunt, non esse nisi sedatis h. e. attenuatis et ad aliquam humilitatem depressis usus dicitur. Contra *sedatis moribus,* quod fuit cui in mentem veniret, ratione omnino caret, cum τὸ ἠθικὸν suapte natura leue sit et sedatum. Itaque in eandem partem illam interpretandum est quod *dimidiatum Menandrum* C. Caesar Terentium dixit eis qui subsequuntur versibus, h. e. Menandriae artis in duplici genere, et ethico et pathetico, conspicuae dimidiam tantum partem adsecutum: aliter atque Meinekio visum est p. XXXVI in adnotatione. Ceterum quod apud Schottum l. s. s. positum reperio *sedatis auribus,* nec capio nec unde ascitum sit comperi.

Pag. 34, 6 *quiddam,* pro quo quod in ceteris praeter veterem Parisinum libris exstat *quid quod* vel *quidquid* ne intellegi quidem potest, rectissimo iudicio iam Pithoeus suscepit Epigrammatum et poematum veterum p. 42 ed. Lugd. a. 1596, probavit post Nicolaum Heinsium in Ovid. Trist. V, 1, 18 Burmannus Anthologiae vol. I, p. 410, miro consilio ut tot alia ante se recte inventa sprevit Meyerus Anthol. epigr. 64. — *atque* pro *ac* reponendum iam Burmannus viderat.

Ibidem post *loquens* vocem misere languens *dicens* participium iam Ciceronis editoribus quibusdam antiquioribus offensioni fuit, a quibus *linquens* scriptum invenio: quod unde petitum sit vel

Digitized by Google

quid sibi velit, ignoro iuxta cum ignarissumis. Nec Scaligero *dicens* tolerabile visum, ut qui *omnia dulcia promens* tacite ediderit in Catalectis p. 221 ed. Lindenbr. a. 1617. Quod cum a similitudine litterarum parum commendationis habeat, vide num e *dulcia-dicens* litteris rectius effecerim *dulciāiscens* h. e. *dulcia miscens*. Nam quod *come* Cicero dicit, cum suis qui infra positi sunt versibus C. Caesar *lene* interpretetur, lenitas autem etiam arida esse et ieiuna possit, iure suo Cicero videbitur omni suavitate mistam lenitatem in poeta praedicare, ut qui intra lenitatis quidem vel comitatis fines (eo enim spectat quod praemisit Suetonius '*Cicero hactenus laudat*') nihil dulcedinis omiserit, vim autem et gravitatem, quae opposita est lenitati, destituerit.

Pag. 34, 8 de praeclara emendatione, qua in Caesaris carmine a Stephani amico *tu in summis o* effectum est e Parisini memoria *tu in summisso*, non est quod dicatur pluribus.

Versu **10** quod *uerbis* Scaliger expetebat pro *scriptis*, opinatae elegantiae fallaci specie deceptus est. Satis nota sunt apud Horatium *Lucili scripta* Serm. I, 10, 56, *spissis indigna theatris scripta* Epist. I, 19, 42, *Graecorum antiquissima scripta* II, 1, 21, *mea scripta* Serm. I, 4, 23: ut in poetae testimoniis me contineam ad poetas spectantibus. De ipso autem Terentio non Suetonius tantum supra p. 30, 3 'non obscura fama est adiutum *in scriptis* a Laelio et Scipione', item p. 32, 7 'mores quos non perinde exprimeret in *scriptis*', sed Quinctilianus quoque X, 1, 99 'licet Terentii *scripta* ad Scipionem Africanum referantur'. Quamquam alibi accidit sane ut in *scripta* verterentur quae poeta *uerba* dixisset, ut in Ovidii epist. ex Ponto I, 5, 2. — In exitu versus notabile est veram interpunctionem a Bentleio Wolfioque restitutam veterem adeo Parisinum servasse.

Versu **12** *neque hac despecta ex parte iaceres* idem Parisinus: ubi *ex* a noviciis libris plerisque abest, a vetere autem correctore illo, cuius vestigia codex Vrbinas servat, sic est mutatum: *neque in hac despectus parte iaceres*. Et illud quidem, *neque in hac*, praeter rationem, qua *neue hac* potius commendari Rothius intellexit: summa autem cum evidentia veritatis *despectus* pro *despecta ex*, cuius scripturae defendendae via nulla patet. Quamvis enim facili constructione, si modo *iaceret* recipiatur ex editione principe, superioribus haec continuentur: *neue hac despecta ex parte iaceret*, tamen ipsa ratio sententiae obstat. Quippe nihil offensionis esset,

Digitized by Google

si praecederet *comica poesis* vel eiusmodi quiddam: absonum est autem despectam iacere *uirtutem* dici.

Pag. 34, 13 *ac doleo*, quod etiam codex Reginensis praebuit, e Parisini scriptura *audolco* Rothius eruebat pro eo quod vulgatur *et dolco*. Sed acquiescere profecto ne in illo quidem poterit qui, quantopere langueant sic et coniuncta et conlocata *maceror ac doleo* vocabula uni notioni inservientia, secum reputaverit. Aliquanto plus gravitatis habiturum esse *unum hoc maceror, hoc dolco* concedimus, quod Buechelerus proponebat: sed vel sic tamen inverso potius ordine *hoc dolco, hoc maceror* ad fortius progrediendum fuisse intellegimus, ad aliquam similitudinem eorum quae sunt in Captivis v. 928 *satis iam dolui ex animo et cura satis me et lacrumis maceraui* (cum quo genere miscere noli quod prorsus dispari conformatione sententiarum dictum est Cistell. I, 1, 61 *male mihi est, male maceror: doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab aegritudine*). Recte idem Plautus et convenienter rationi *egomet me coquo et macero et defetigo* Trinummi v. 225: item recte *hoc me facinus miserum macerat meumque cor corpusque cruciat* Gloriosi v. 616, vel etiam simplicius et contrario ordine Terentius in Andria v. 886 *quor me excrucio? quor me macero?*: nam has quidem notiones ut dispari origine, ita pari inter se gravitate esse omnium optime Casinae versus docet II, 8, 9 *illorum me alter cruciat, alter macerat.* Vt non mirer si quis apud Suetonium secundo loco positum multo exilius *dolco* verbum ex interpretamento repetere Caesarique *unum hoc maceror, hoc crucior* tribuere animum inducat. Verum is tamen vix habebit cur illum tanto animi affectu tamque concitato genere loquendi usum esse in tam leni et simplici caussa dicat. Nam ut ad perfectae artis et praestantiae exemplar aliquid deesse Terentio iudicaretur, vel *unum hoc dolco* dici satis erat: potuit haud dubie aliquanto fortius etiam *unum hoc maceror* vel *unum hoc crucior* dici: sed nimium erat profecto et prope putidum vel *hoc dolco, hoc maceror* vel adeo *hoc maceror, hoc crucior*. Ergo eo ducimur ut fallere verbi h. e. ῥήματος speciem persentiscamus atque aliud quiddam latere in memoria librorum suspicemur. Quodsi quis de talibus cogitet, qualia futura sint *unum hoc maceror, hoc docto tibi* —, vel *hoc lecto*, vel *hoc dulci*, et si quae sunt similia, haec tamen omnia suis singula incommodis, eisque sat gravibus laborare facile perspicitur. Nec obliviscendum ad *hoc* pronomen nos delapsos ab eo prorsus aberrasse unde proficiscen-

Digitized by Google

dum: *audoleo* vel AUDOLEO. In quo aut fallor aut nihil aliud nisi AUREOLO delituit:

Vnum hoc maceror aureolo tibi desse Terenti.

aureolum enim *et ad verbum ediscendum libellum* Crantoris si potuit Cicero dicere Acad. II, 44, 135, item *aureolam oratiunculam* C. Laelii de nat. deor. III, 17, 43, quidni *aureolum* poetam quem in deliciis haberet Caesar?

In eodem versu levius est quod Parisini memoriam *derẽ* non ad *deesse* potius, quod ceteri prodidere, quam ad reconditiorem *desse* formam spectare putavi, quam Lachmannus tetigit in Lucret. p. 20 et 134. Vnde profectus *dest* scripturam in Bruxellensi codice servatam apud Senecam Controv. VII, 18 p. 206, 14 recte nuper Bursianus P. Syri versui 486 Ribb. reddidit: *Tam dést auaro quód habet quam quod nón habet.* Apud Vergilium pristinam scripturam vetustissimos codices puto ubique servare: proditum est DERŪNT Georg. II, 200. 233, DERIT e Vaticano Aen. VII, 262: proditum iri a Ribbeckio DEST e Palatino suspicor X, 378. Constanter apud Horatium DEST Epist. I, 12, 24 Blandinius antiquissimus, *dero* et *derit* Gothanus Serm. I, 9, 56. II, 1, 17. II, 2, 98. In Terentii Phorm. 298 libri sane omnes *deerant*: in Adelph. 881 correctum saltem DERIT ex DEERIT in Bembino libro. Nihil eiusmodi enotatum e codicibus Manilii miror, qui talibus formis sexiens usus.

Pag. 35, 2 in auctario Donati recte a Fleckeiseno repositum *Maecius* nomen, spectans id ad Sp. Maecium Tarpam, firmavit veteris Parisini auctoritas. De *nam* particula quae praecedit significavi ad p. 29, 11.

Versu **4** nihili esse vel *Vallegius* nomen vel, quod libri novicii praeter Reginensem exhibent, *Valegius* neminem fugit. Ergo illinc *Valgius* effectum est, quod inde ab Erasmo haesit in editionibus: eodemque spectat quod in vetere Parisino *le* litteras induxit manus recentior vel fortasse recentissima. *in actione* autem, pro quo *ñatione* est in Vrbinati, *natione* in ceteris, cum nulli usui esse videretur, *Valgius in Actaeone* Erasmo placuit, Scaligero *Valgius in Auctione*. Et ille quidem num de aliqua tragoedia cogitaverit satis sane mirabiliter, incertum: comoediae vel fortasse Atellanae nomen Auctioni fuisse haud dubie alter opinabatur. Qualem fabulam ut potuisse lócum talibus versibus in prologo praebere largiamur, at scaenici poetae Valgii in tota antiquitate nec vola nec vestigium. Igitur novam viam Robertus Vngerus ingressus com-

Digitized by Google

ment. de Valgii Rufi poematis p. 158 sqq. ad C. Valgium Rufum poetam eundemque rhetorem et grammaticum memoriam illam omnem referebat, ita quidem ut in Arte rhetorica Valgii, qua is Apollodori Pergameni praeceptoris *Τέχνην* Iatine enarravit teste Quinctiliano III, 1, 18, suam versibus illis sedem fuisse coniceret, sive eis ab ipso Valgio factis sive ab antiquiore poeta aliquo sumptis: haud dubie enim ultra aridos magistri commentarios liberalius exspatiatum multa de suo addidisse discipulum. Et talem quidem coniecturam poterat ille fortasse alia coniectura aliquanto saltem probabiliorem reddere: nisi enim fallit opinio, non prosa oratione Valgius, sed didactico carmine graecam Artem exsecutus est. Non desunt certe vestigia numerorum partim manifesta partim non spernenda in illis quae ex Valgii interpretatione latina Quinctilianus cap. 5 § 17 excerpsit: 'caussam finit Apollodorus, ut interpretatione Valgi discipuli eius utar, ita: *caussa est negotium omnibus suis partibus spectans ad quaestionem*, aut *caussa est negotium, cuius finis est controuersia.* ipsum deinde negotium sic finit: *negotium est congregatio personarum, locorum, temporum, caussarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorum, sermonum, scriptorum et non scriptorum.*' Integros ab initio senarios nulla littera mutata hos habes:

Caussa ést negotium ómnibus suis pártibus
Spectáns ad quaestiónem —:
item *Negótium, cuius finis controuérsia est.*

Nec minus commodi e proximis prodeunt, si modo Quinctilianum concesseris praeterire potuisse, quae non necessaria ad vim sententiae vel numeris tantum sustentandis vel nectendae orationi inservirent:

Negótium autem quaédam *congregátio*
Et *pérsonarum est* ét *locorum* et *témporum*
*Caussárum*que et *modórum*, porro *cásuum*,
Factórum, instrumentórum, sermónum quoque,
Scriptórum et non scriptórum.

Verum hoc quidem quocumque modo se habet, illud nunc quaerendum restat, quid fieri libri indice *in actione* Vngerus voluerit. De quo ille sic ratiocinatur: certum fuisse locum artis rhetoricae quo de ea figura ageretur quae Latinis est 'translatio', *μετάστασις* Graecis: eam translationem alio nomine etiam 'quaestionem actionis' dici: id igitur caput Artis Valgianae aliqua breviloquentia sive Donati sive eius quem ille auctorem secutus sit '*in actione*'

Digitized by Google

verbis indicari: nisi forte in ea verba pristinam '*in translatione*' scripturam librarii corruperint. Haec autem omnia quam miro argutandi artificio excogitata sint, nec quemquam fugiat qui aliquem sensum simplicitatis habeat, nec Henricum Keilium fugit Vngeri coniecturas sanissimo iudicio impugnantem in Ephem. litt. Halens. a. 1849 m. Mart. p. 470. Ipse autem Keilius cum de substituendo *Valerius* nomine suspicatur, sed suspicatur modestissime, dubito num fidei satis inventurus sit. Scriptum est sane uno in loco vitae Suetonianae p. 29, 5 *Valerius* pro *Vulcatius* in Neapolitano codice: sed altera ex parte tam vulgare nomen quale est *Valerius* in tam absconditam *Vallegius* formam transisse non est saltem valde simile veri. Et vel sic indagandum restet, quo in libro illos versiculos Valerius Soranus (hunc enim suum Keilius Valerium interpretatur) posuisse videatur, cuius aliquam '*actionem*' fuisse nec testimonio nec indicio ullo constet. Nec magis de '*satiris*' constat, quas ei suo periculo Meyerus in Cicer. Brut. 46, 169 tribuit p. 145: quamquam fatendum est item ad cavillandum veterem poetam versum illum, et hexametrum quidem, spectare quem e 'Valerio' Varro prodidit de l. lat. X, 70: *Accius Hectorem nolet facere, Hectora malet.* — Superest ut cum Schopeno sentiamus, de illis quae sunt *in actione* satis et simpliciter et ad persuadendum apposite sic ratiocinante. Fieri enim posse ut sive Valgii sive alius cuiuslibet liber (sive finitius 'libellum' dixeris) extiterit '*Actio*' inscriptus, quo ille veterum poetarum furta vel nescio quas alias culpas exagitaverit hac forma usus, ut tamquam accusator prodiret actionemque reis intenderet: censuram saltem poetarum etiam Ciceronem egisse videri in Limone itemque respondentem illi ('*tu quoque*') Caesarem. Sed etiam quo nomine fuerit qui talem librum ediderit, non sine probabilitate e librorum vestigiis *Vallegius* prodentium posse erui videtur. Quippe uno eodemque tempore *Vagellius* nominis ad illa vestigia proxime accedentis et Ribbeckius et Buechelerus admonuerunt: cuius memoriam illi Iuvenalis suggesserat Sat. XIII, 119 et XVI, 23, huic Seneca Natur. quaest. VI, 2, 8. Et nomen quidem ipsum etiam lapides quidam Bruttii firmant in Mommseni I. R. N. 15 et 53: a quo non differt VACELLIVS forma ibid. 11. '*Declamatoris*' tamen Vagellii ab Iuvenale commemorati vereor ut ullus in hac caussa usus sit: contra Senecae Vagellium sat commode huc convenire prorsus adsentior Buechelero. Sunt autem Senecae verba haec:

Digitized by Google

egregie Vagellius meus in illo inclito carmine 'si cadendum est' inquit 'mihi, e caelo cecidisse uelim.' Quorum extrema *e caelo cecidisse uelim* qui ad hexametri principium referat, non posse non haerere in eis quae praecedunt numero dactylico aperte refragantia. Liberius igitur poetae verbis Senecam usum talem potius in mente habuisse senarium videri:

Si mihi cadendum est, cecidisse e caelo uelim.

Senarios autem cum etiam Donati versiculos habeamus, nihil obstare quominus et unum eundemque utriusque scriptoris Vagellium credamus et fortasse etiam 'inclitum carmen' illud non aliud esse nisi 'Actionem' suspicemur. Quae si certa non sunt, at veris propinqua haberi poterunt. Sed de carmine quocumque modo iudicabitur, *Vagellii* quidem nomen coniectura repertum esse felicissima confido, quamquam non ignarus ad omnia alia et (ut solet) aliena de Senecae verbis coniectando eundem illum Vngerum nuper delapsum esse in ea commentatione quam de Lucani Heliacis a. 1858 edidit. Nimirum blandis verborum lenociniis summam nobis lenitatem talis permutationis litterarum persuadere studet qua e *uagellius* fiat *uero annaeus lucanus*.

Pag. 35 versuum 6—8 haec est in vetere Parisino species: *hae quae uocantur fabulae cuiae sunt. non has qui iura populis retentibus dabat summo honore affectus fecit fabulas.* Nec multum ceteri libri discrepant, nisi quod pro *retentibus* in plerisque *recensentibus* exstat, *recentionibus* ex Italo quodam codice 'vetustissimo' affertur a Barthio Adversar. VI, 26. In his autem expediendis dici nequit quantum se longo ex tempore docti homines torserint: Iosephus Scaliger Animadv. in Eusebii Chronol. p. 144 ed. alt., Ianus Rutgersius Var. lect. I, 7, ipse Barthius l. s. s., nostra autem memoria Carolus Beierus in Cic. Lael. p. 141*), Vngerus de Valgii Rufi poema-

*) Beieri verba, quibus disputatiunculam suam conclusit, animi caussa adscripsi: 'fragmentum enim corruptum esse atque emendatione adhuc egere, sobria ingenii sollertia iudicat longe peritissimus arbiter Aug. Weichertus in pererudita *commentatione de C. Valgio Rufo poeta* (Grimae ex offic. Goeschenia 1827. 4.) fragm. XVII.' Nimirum plane sui similis Weichertus extitit Poet. lat. reliq. p. 239 sq., rerum inutilium strue molestus, hebes iudicio. — Ceterum ne quid desideraretur, infructuosa emendandi conanima duorum versuum priorum infra scripsi. *Hae quae uocantur fabulae Terentii, Non has qui iura Poblius gentibus dabat* Scaliger. *Hae quae uocantur fabulae huius, nonn' eas Qui iura populis, leges gentibus dabat* Rutgersius. *Terentianae quae uocantur fabulae cuiae sient?*

Digitized by Google

tis p. 154 sqq. conl. excursuum p. 443, Keilius l. s. s., postremo in nitidissima Terentii editione Alfredus Fleckeisenus. Quorum tamen nullum id quod verum haberi possit adsecutum putamus: quod cum longum sit singillatim persequi, in paucis nobis subsistendum intellegimus. Ac primum quidem eum versum qui est medius non vidimus a quoquam ita conformatum, quin aut nimis asperis aut nimis debilibus numeris incedat aut ab utroque genere laboret. Nervos non habet quem Scaligero duce plerique exitum probarunt *géntibús dabat*: durus est et inelegans dactylico vocabulo comprehensus dactylus *Poblius*, quod nomen e *populis* idem ille Scaliger efficiebat, vel cum *régibus et populis dabat* fuit qui suaderet; nihil profecto gratiae tales quales nuper placuerunt ictus habent *Póplíi' dabat géntibus*. Praeterea nemo fuit quin cum in hoc versu tum in primo aut addendo aut resecando aut transponendo fines modestiae licentius migrarit fidemque librorum nimis magno intervallo reliquerit. Porro autem, Terentium esse ad quem hi versus spectent, quo tandem indicio intellegi dices? quod merito offendens Scaliger cum poetae nomen sic inferret: *Hae quaé uocantur fábulae Teréntii*, e conflatis *terentii* et *gentibus* vocibus portentum scripturae *recensentibus* repetens, aliquid vidit, rem ipsam non pervidit. Nec cum perbona coniectura Fridericus Windischmannus in Welckeri Naekiique Museo Rhen. I, p. 113 principium versus primi sic sanavit: *Tuae quae uocantur* e. q. s., illud effecit, ipsius ut significationem poetae ne desidere-

---

Non hás qui iura pópulis, regna nátionibús dabat Barthius. *Hae quae uocantur* (*uorantur* nuper) *fabulae cuiaene sunt? Non has qui iura populis end' hibus* (*endo hibus* nuper) *dabat* Bothius. Cum Rutgersio facientes in primo versu *Qui iura populis implorantibus* (vel *endoperantibus*) *dabat* Beierus, *Qui iura populis, reges gentibus dabat* Vngerus. *Tuae quae uocantur fabulae, non sunt tuae. Nonne has, qui iura regibus et populis dabat* Keilius. *Tuae quae uocantur fabulae cuiaene sunt? Non has, qui iura Poplius dabat gentibus* Fleckeisenus. — Nimirum Bothio Beieroque fraudi fuit Lindenbruchii p. 622 ed. Par. haec adnotatio: '*Terentius dabat*] Ita ex MSS. restitutum est, quorum alter sic habet ·····*end' ibus dabat*. vulg. *petentibus dabat*.' Quae in editione Francofurtensi sic mutata sunt p. 632: '*Populis end' ibus dabat*] Ita MSS. Danielis. vulg. *petentibus dabat*. al. *recensentibus*.' Nulli fuerunt 'MSS.' Danielis, sed unus MS. Ex eius margine (non 'ex MSS.') adsciverat in Parisinam *Terentius* nomen. Quem '*alterum*' dicit, non fuit alter Parisinus noster 7921, sed aut Contianus ut puto aut Cuiacianus. Praeterea qui *petentibus* ediderit non magis novi quam qui *uolentibus*, quod in suarum editionum novissima testatur Bothius.

mus. Et tamen ab illa emendatione perfacilis ad veritatem aditus erat. Nam nihil sane aliud in monstro scripturae *retentibus* (hinc enim proficiscendum, non a noviciorum codicum memoria *recensentibus*) nisi Terentii nomen delituit: id quod iam is quisquis fuit sensit, cuius manu recenti adscriptum est in margine Parisini *terentius*. Nisi quod illud non e versu primo huc est aliquo casu delatum, quae Scaligeri mens fuit, sed sedem suam in alterius principio occupabat. Sic enim, nisi omnia fallunt, antiquitus scriptum fuit: *Tuae quae uocantur fabulae, cuiaene sunt,* || *Terenti? non has, iura qui populis dabat*, e. q. s. Nihil in hoc exemplo ultra mutatum praeter libros, nisi quod modestissima duarum litterarum accessione *cuiaene* cum Bothio factum est e *cuiae*, modestiore profecto quam qua vel *cuius sunt cedo* Erasmus suadebat vel *dic cuiu' sunt* Oudendorpius: praeterea longe lenissima transpositione *iura qui* repositum pro *qui iura*. — At ita nulla fit Scipionis mentio, a quo factas fabulas edidisse Terentium hic poeta testatus erat auctore Donato. Fatemur non nominari: non potuisse intellegi negamus. An nominari contendes, si Scaligerum secuti *Poblius* amplectamur pro *populis*, in tanta quidem Publiorum frequentia? Recordandum est autem duos esse omnino a quibus adiutum in scribendo Terentium fama ferebat, C. Laelium et P. Scipionem: e quibus cum ille iura populis nulla ullis dedisset, nihil relictum erat nisi ut de uno Scipione cogitaretur. Eiusque ipsius cogitationem paullo etiam promptiorem proximo versu fieri putamus. Ibi enim quod ab initio proditum est *summo honore* etsi ad legitimam mensuram Erasmus transponendo revocavit, cuius exemplo *Honore summo* vulgatur, tamen quid impedit quominus servato ordine verborum intercidisse potius aliquid existimemus, hiatus ut sic removeatur: *Summo ille honore affectus* —? — His igitur argumentis moveri me passus sum ut Vagellii versiculos tales quales edidi conformarem, non sine spe indagatae veritatis.

Pag. 35, 9 quod Parerg. p. 325 ratiocinatus sum *Apollodoro Carystio* a Donato scriptum esse, hinc ut duplex nomen in vitam Ambrosianam transierit, eius me coniecturae ne nunc quidem paenitet. Nam unde tandem nisi ex Donato hausisse medii aevi scriptorem istum tam exquisitam memoriam putabimus, qualis haec est, Carystium esse, non Geloum, poetam cui suas fabulas acceptas referret Terentius? Quam si quis ex ipsis commentariis Donati repetat in Hecyram et Phormionem scriptis, quorum in

Digitized by Google

prooemiis, ubi nunc *Apollodorus* legitur simpliciter, potuerit aliquo loco olim pleniore nomine *Apollodorus Carystius* dictus esse: etsi eis commentariis est sane hic scriptor usus, velut in illis quae de Luscio Lanuvino rettulit, tamen quid est quaeso, cur probabilius hic statuatur quam in auctario vitae nomen gentile intercidisse? praesertim cum ex eo auctario finitima deprompta sint omnia.

Vita autem Ambrosiana illa (quam post Rothii curas eodem iure Parisinam dicas) etsi referta est sane additamentis non e Donati vel vita vel commentario petitis, tamen haec omnia ita comparata sunt ut suo ingenio fretus fingere scriptor potuerit quantumvis temerariae explanandi exornandique libidini indulgens, doctrinae fontes alios habuerit nullos: praesertim ubi illa reputaveris ad unum hoc consilium redire, ut itinerum rationes a poeta factorum clariore in luce conlocarentur. De quo ut certius iudicare liceret, ipsam vitam illam, inter IV saeculum et XI scriptam, sed illi nisi fallor quam huic propiorem, hic subicere placuit et emendatam aliquotiens et ex arte adnotatam. Itaque pro fundamento esse codicem Parisinum membraneum 7902 (*A*) volui, saeculi ut fertur XI, possessum olim a Petro Daniele: lacunosum sane et ut usu venire in tali genere solet mendosum, sed ex antiquiore ut videtur fonte ductum. Cui saeculi XV Basileensis F. III, 2 (*B*) et Parisinus 1441 (*P*) accedunt: quorum hic insigni exemplo, quomodo serpserit interpolandi licentia monstrat. Praeter hos tres, e quibus excerptam ab Hunzikero discrepantiam scripturae Rothius Musei Rhenani t. XII p. 186 sqq. proposuit, *M* dixi e tribus codicibus Ambrosianis, nusquam inter se distinctis, proditam ab Angelo Maio vitam, quae est in eo libro quem ille Mediolani a. 1815 sic inscriptum edidit: 'M. Acci Plauti fragmenta inedita. Item ad P. Terentium commentationes et picturae ineditae'. Vbi de libris illis sic testatus est p. 37: 'Haec Terentii Vita, nondum ut puto vulgata, extat in Ambrosianis codicibus D. 79 et O. 109 part. sup., in quibus et dicitur excerpta e vetustissimo codice. Exstat item in codice F. 92 part. sup., ubi inscribitur *Prohoemium uerum*, ut nimirum distinguatur a Terentii Vita studio Petrarchae descripta (et edita) quae in eodem ms. proxime praeponitur.' — Ceterum interpunctionem tacite correxi.

Digitized by Google

VITA TERENTII

Terentius, Afer genere Kartaginensis, puer captus est et a quodam Terentio Lucano emptus. litteris graecis latinisque instructus cum liberatus esset, mox propter elegantiam studiorum morumque in amicitiam perductus est P. Scipionis, Laelii Sapientis, Furii Phili. quorum fabulas in scena dare illum inimici diffamabant: maxime autem Luscius Lanuuinus, qui aemulus eius erat, hanc opinionem diuulgabat. et cum criminarentur quidam Terentium, non uere eum Graecorum mores exprimere, set pleraque latina facere consuetudine, ut instituta Graecorum moresque cognosceret Athenas profectus est ibique aliquamdiu commoratus Menandrum in latinum sermonem transtulisse dicitur. set cum Romam repetiturus esset, sarcinas fabulasque quas ibi conscripserat in nauem imposuit quae Malean circuitura erat. ipse terrestri itinere Patras profectus est, ubi nauem ex-

---

